image not available

Digitized by Google

Plinio vol III

COLLECTIO

LATINORVM SCRIPTORVM

CVM NOTIS.

TAVRINI

MDCCCXXXI

PER IOSEPHVM POMBA.

BIBL. NAZ
Vitt. Emanuele III
Raac.
de Marinis
30
NAPOLI

Digitized by Google

Rec De Marinis C. 30

C. PLINII SECVNDI

HISTORIA NATVRALIS

Digitized by Google

R. 5. 1. 5

CAII

PLINII SECVNDI

HISTORIA NATVRALIS

EX RECENSIONE I. HARDVINI

ET

RECENTIORVM ADNOTATIONIBVS

TOMVS TERTIVS.

AVGVSTAE TAVRINORVM
EX TYPIS IOSEPHI POMBA
ANNO MDCCCXXXI.

PARS TERTIA CONTINENS ZOOLOGIAM

GEORGII CUVIER

NOTIS ET EXCVRSIBVS ILLVSTRATAM

CVRANTE

Jo. B. Fr. Steph. AJASSON DE GRANDSAGNE.

Digitized by Google

PAVCA LECTORI.

Quidquid ad libros priores, lector studiose, illustrandos collatum est diligentiae atque impensarum, praestitum quoque in his facile perspicies qui Animalium historiam, vel, ut technici proprie magis dicunt, Zoologiam exhibent. Neque ergo monendus es multa. Necesse est tamen nostri in hac parte laboris ratio tibi ac tenor innotescat.

1° Harduini, Salmasii, Pintiani, Gelenii, Dalecampii notas repraesentat tibi pars pagellarum nostrarum inferior; horum quidem, Salmasii scilicet ac caeterorum, nec omnes, nec totas; Harduini vero fere omnes et integras. Nam si gallico editori nonnulla desunt, quae Plinii commentatorem decent, laudandus est tamen ob fidelitatem in codicum scriptura aut firmanda, aut reducenda, et textus castimoniam felicissime ac cautissime emendati. Quae dos admodum paucos commendat, etiam si ingenio sagaci plures notentur atque improba patientia. Hinc V. D. nobis admirationem movit in Regia Bibliotheca exentientibus vim librorum calamo exaratorum. Id tamen saepe displicuit, quod in nummis explicandis copiosus usque ad nauseam Harduinus, ex initiali qualibet littera semper elicit integram vocem, ut vel nolentes cogat lepidi hominis meminisse qui hanc, apud quemdam Proto-Praesidem (Petrum Pontium), epigraphen videns P. P. P. P. interpretabatur: *Pauvres Plaideurs, Prenez Patience.*

2° E Rezzonico, quem quidem nullus commentariis huc usque inseruit, notarum apices decerpsimus: quibus nonnunquam Aegidii Menagii schediasmata immixta sunt, quae manu propria vir in re litteraria non ignobilis, exemplaris cuiusdam olim sui marginibus adscripsit.

3° Ad descriptiones animalium subiecit notas vir, quo vivente Aristotelem nec antiquitati recens aetas, nec Graeciae Francia invidet, nobilissimus D. D. Georgius * Cuvier, quem Europa principem et ducem in scientiis naturalibus agnoscit; cuius in-

* Falso in primi voluminis Praefat. p. III, pro *Georg.* operae habent *Carol.*

genio et humanitati gratias eo effusius rependi par est, quod miserrimus pater filiae suae interitu nuper oppressus, quem dudum animo intelligens, maxime tamen exhorrescebat ac deprecabatur, insanabili orbitatis vulnere afflictum erexerit animum, et tandem compresso utcumque fletu inter condolentium lacrymas, Plinium nostrum auxilio suo non fraudaverit, necessario sane et in primis notabili. Nam Plinius, levis in scribendo, et rerum minus observator sedulus quam narrator nimis credulus, si non ea omittit quae ab antecedentibus prolata sunt, saepius certe eadem sub diversis nominibus crepat, atque, ut aiunt, revolvitur bis in idem. Nomenclaturam et synonymias felicissime excutit vir clarus; nec raro intra brevis notae angustias illa congessit, quae in volumen non sordidum poterant excrescere, et quae gallice ab ipso scripta nos fideles discipuli latinitate donavimus.

4° Ad calcem librorum, ne plus aequo luxuriantium notarum moles exuberaret, eas quae paginam totam denuo invasurae videbantur, Excursuum vice, diatribas remisimus, quarum multae tum a pristinis editoribus, tum a doctissimo Cuvier manarunt; caeterarum nos auctores exstitimus.

AJASSON DE GRANDSAGNE.

C. PLINII SECVNDI

NATVRALIS HISTORIAE

LIBER VII.

I.

Mundus, et in eo terrae, gentes, maria, insulae, insignes urbes ad hunc modum se habent. Animan-

I. *Mundus*. Cave ne cum quibusdam de orbe terrarum intelligas: neque enim de terris duntaxat, aut iis quae terra habet, sermonem fecit Noster, sed et de caelo, astris, etc. Et ipse lib. I, quum argumento generali omnium rerum seriem complectitur, quae mox tractaturus est, haec habet: *Liber II, de Mundo, et Elementis et Sideribus*. Re quidem vera, in his liber secundus totus absumitur; qui sequuntur a tertio ad sextum, circa terras versantur. Ad hos Pliniana phrasis fere tota respicit; sed ad secundum, τὸ *mundus*. Ergo perperam vertit Poinsinet de Sivry: *On a vu... ce que le monde renferme de terres, de nations, de villes*; et unice verus nostras P. C. B. Gueroult, a quo quinquè tantum de animalibus versos libros nemo non dolet Plinii amator: *Tel est le tableau du monde et l'état des terres*, etc. Az. Sic indicabuntur novi Editoris notae.

Gentes. Namque in libris III, IV, V, VI, non locos tantum dinumerat nominatque, at gentes; neque de Geographia solum docet, sed et de hac, quam recentiores Εθνογραφίαν appellamus, scientiâ. Caeterum adi librorum arg. quae e manu Plinii esse aiunt. Az.

Maria, insulae, insignes urbes. Plana omnia hic credideris. Neque sane ea sunt quae commentatorem morentur; sed critico non parum creant incommodi. Nam vulgo olim

tium in eodem natura, nullius prope partis contemplatione minor est, si quidem omnia exsequi humanus animus queat. Principium iure tribuetur homini,

legebatur *maria insignia*, *insulae*, *urbes*; sed in quibusdam, quorum Harduinus, omisso τῷ *insulae*, *maria insignia*, *urbes*; tum in veteri codice quem quidem Rhenanus vidit, *maria*, *insignie*, *insulae*, *urbes*. Vnde non paucis statim succurrit, non in *insignes* tantum necesse mutari barbarum id *insignie*, sed praeterea loco suo demoveri, post τὸ *insulae* reponendum, nempe ut in huncce modum scriptura se habeat, quem noster textus exhibet: *maria*, *gentes*, *insignes urbes*. Sed Bestus, quum et φράσιν totam, si ἐξ ἀσυνδέτου constaret, quae figura brevitati inprimis apta est, elegantiae plus sortituram perviderct (atqui hoc loco substantivam, non adiectivam τὸ ἀσύνδετον vocem flagitat), et palaeographiae memor et litterarum ultimarum vestigiis verbum subodoraretur in *us* terminari, *sinus* coniecit pro *insignie* vel *insignes*. Quam in sententiam eo libentius nobis videtur eundum, quod asperius paulo est post *insulae* τὸ *insignes*, ob priorum litterarum consonantiam, tum quod Plinius supra, in argumentis, modo *urbes*, interdum *oppida* scripsit, omisso additamento, mox vero quum montium et amnium celeberrimos tantum a se innuit nominatum iri, *claros*, *praeclaros* saepenumero illos dicat, *insignes* nunquam. Quid, si reputemus expresse huic in iisdem argumentis nominatos Europae *sinus* (vid. Elenchos librorum omnium lib. II, et IV), et *sinus* Persicum, Arabicumque (ibid. lib. VI, c. 24), maris Rubri, Troglodyticumque, et Aethiopicum (ibid. capite. 29)? Non raro Antiqui, quum de mari et insulis loquerentur, sinuum meminere. Tacit. de Mor. Germ. cap. I: *Caetera oceanus ambit, latos sinus et insularum immensa spatia complectens*. Mox *ad hunc modum*; ubi *hunc* ad haec referas quae praemisit. *Hic* latine ea significat quae sunt propiora; *ille*, quae distant. Porro propria haec visa quae supra dicta fuerunt; remotiora, quae nondum. Ita nos; et gallice verteretur *voilà le tableau*; non *voici*, etc. Aj.

Eodem. Mundo scil. vid. init. e.

Animantium.... natura. Non hic indoles animantium exprimitur, sed quidquid animantibus a natura insitum est, quidquid vitae, sensus, motus, figurarum, etc. habent; ita ut scientia haec sit animalium omnium, qualia a natura sunt, scientia. Aj.

Nullius prope partis contemplatione minor est. Non minoris ingenii aut operae est, quam rerum naturalium pars quaelibet. Aj.

Omnia. Οὐδετέρου γένους *animans* est in Plinio; aliis masculini; Ovid. Metamorph. lib. XV, vss. 88, 90: *Heu! quantum scelus est.... Alteriusque animantem animantis vivere leto!* Aliis feminini. Cicer de Nat. Deor. lib. I, cap. 127: *Animantes multae insectantes odoris intolerabili foeditate depellunt*; caeterum nec masculini, neque οὐδετέρου usum perpetuo abiiciens. Aj.

Si quidem omnia exsequi.... queat. Ad hunc locum Harduinus: *Non minus*, inquit, *admirabilis foret, minorisque contemplationis animantium*

cuius causa videtur cuncta alia genuisse Natura, magna saeva mercede contra tanta sua munera; non sit ut satis aestimare, parens melior homini, an tristior

in mundo degentium natura, quam quaevis alia rerum naturae pars, si cuncta quae ad illam pertinent, mente complecti liceret; quasi nempe conditionaliter Plinius loquereturur. Sed hallucinatur vir doctus: nam, remoto omni dubio, affirmat Noster animantium naturam nosse difficultatis eiusdem esse ac mundi partem quamlibet contemplari; quin etiam mox, amplificans sententiam, innuit difficultatis id forte maioris esse. Quae vis est τοῦ *si quidem*, gallice, *si toutefois*; ut in Cicer. Epist. ad Div. X, 33: *Robur et soboles militum interiit, si quidem quae nuntiantur vera sunt.* As.

Homini cuius causa . . . genuisse Natura. Diu scholas pervagata opinio, nec quam aetas totam abolevit. Aeschylus in Prometheo sic ait: Ἵππων ὄνων τ' ὀχεῖα, καὶ ταύρων γονὰς Δοὺς ἀντίδωρα, καὶ πόνων ἐκλέκτορα, Multi tamen irriserunt; quorum Satyrographus noster Boileau. *Sat. VII*, his versibus:

L'homme de la nature est le chef et le roi;
Bois, prés, champs, animaux, tout est pour son usage,
. . . . . .
Lui seul de la nature est la base et l'appui,
Et le dixième ciel ne tourne que pour lui.

In hanc quoque humanae superbiae vanitatem locatur acer irrisor et idem magnus poëta, Voltaire, *VI.me Disc. en vers sur l'homme.* As.

Magna saeva mercede. Tenebras Plinianae evidentiae offuderunt editores, interpolata particula *et*, ita ut legatur *magna et saeva*, auferendi casum subeunte τῷ *saeva*; quod neque perfacile intelligas: neque sensus elegantior subsequitur. Inde Rhenano suspicio legi oportere *magna usa mercede*; perspicuum quidem, at elumbe. Nos antiquamus, et genuinae codd. lect. adhaeremus, quam sollicitare nihil opus fuit. Sunt autem qui locum explicant, ut sensus sit: Natura magna mercede saevit, i. e. saevitiam immenso pretio redimit, gall. *achète à grands frais le droit d'être cruelle.* Quod prorsus ire contra Plinii sententiam nobis videtur. Hic τὸ *merces* in malam partem, pro pretio vel damno, Noster accipit, ut Cic. Tusc. III, 12: *Istud nihil dolere, non sine magna mercede contingit immanitatis in animo.* Et Epist. ad Div. I, 9: *Gaudeo te eam fidem cognoscere hominum non ita magna mercede, quam ego maximo dolore cognoram.* Proinde hanc unice veram esse interpretationem credimus: *mais, par une cruelle compensation, elle vend bien cher les présents qu'elle lui fait.* As.

Magna saeva.... munera. E notula superiore iam sententiae totius tenor planus est; an haec vera existimanda sit, necne, nunc disputari posset. Quod nostri operis non videtur, nec tentamus; sat putantes ad Sallustium remisisse, Iugurthinae hist. init. ita proloquentem: *Falso queritur*, etc. As.

Non sit ut satis. In libris nonnullis *ut non sit satis*; vulgarior, nostro quidem iudicio; sed minus Pliniana scriptura. As.

2 noverca fuerit. Ante omnia unum animantium cunctorum, alienis velat opibus : caeteris varie tegumenta tribuit, testas, cortices, coria, spinas, villos, setas,

An. Edit. Variorum *aut* : συλοιχίζουσα.

Tristior. Acerbitatem, non moestitiam, hac voce indicat. Saepe enim *tristis* pro *aspero* et *severo* ; quanquam non apud Tullium; sed *tristitiam* eo sensu passim ipse scripsit. De cl. Orat. XCVII : *Homo ipsa tristitia et severitate popularis.* Naso, Metamorph. lib. XV, vss. 43, 44 : *Nunc quoque sic lata est sententia tristis; et omnis Calculus immitem demittitur ater in urnam.* Tacito sumitur pro *vili*, turpi, Annal. lib. XI, cap. 24 : *Longa post haec senecta, et adversus superiores tristi adulatione, adrogans minoribus, inter pares difficilis*, etc. Itali recentiores saepe habent *tristo* pro *pessimo*, *scelesto*, *nequam*. Conf. *Dizion. dell' Ac. della Crusca.* As.

Alienis velat opibus. In Toletano codice, *aliena velut ope.* Alius liber, *aliena alienis.* Reiiculae lectiones. Nam *aliena alienis* redundantia est vix latina, nec in *alia aliis* bene h. l. mutaretur. *Aliena velut ope* aenigma, et sphingem sibi postulat. Quam scripturam nos habemus, haec sponte patet. Quod ad sententiae veritatem spectat, vera illa quidem; sed poterat Plinius suspicari tegi minima necessarium. Nam quid obstaculi homini est quin nudus incedat, nudus sub dio vitam agat? Non debilitas corporis; nam animantium patientiam patientia nostra longe superamus : non hyemis nimius rigor, aut aestivi caloris pondus; nam caloris et frigoris vices quis melius sustinet? Quid si naturae consuetudinem adderemus? De hoc vide exactissimum Locke, *De l'éducation des enfants*, §§ 6, 7, 8; et I. I. Rousseau, *Émile* lib. I, pag. 57, ed. Paris. Lequien, 1821. Vid. quoque Désessart, *Traité d'éducation corporelle*; nec non et Verdier-Heurtin. Atqui gentes in Africae et Americae aestuosis regionibus olim nudae divagabantur; at nunc quoque septemtrionalibus in locis prope Hudsonium, sic vocant, mare, barbari sunt quibus nullum fere vestimentum. As.

Tegum. Quidam *tegimenta.*

Testas. Ostrea, lingulae, murices et totum conchyliorum genus, et ut Cicero habet de Nat. Deor. lib. II, cap. 100 : *Belluae ad saxa nativis* testis *adhaerentes*, hic designantur, et praeterea, ut videtur, cochleae, ac caetera molluscorum. *Testa* principio vas fictile; mox ad conchyliorum tegumen transpositum est ob similitudinem. Testacea vocantur hodie a Zoologistis animalia mollusca conchia vestita. As.

Cortices. Parum avidens vocabulum quod ad testudinem et chelonios omnes iure tuo retuleris. De cancris, astacis et sauriis cogitavimus quoque; sed nihil ausi pronunciare. As.

Coria. Corium nemo non novit esse proprie pellem arte certa praeparatam, extenuato in pulverem cortice querneo et in terram cum pelle defosso, ita ut haec illius principia quadamtenus imbuatur. Non de hoc corio ibi Noster; sed pellem intelligit asperam et crassam quae, ut in corium nondum versa, ita corio simillima est duritie et in hoc verti

pilos, plumam, pennas, squamas, vellera. Truncos etiam arboresque cortice, interdum gemino, a frigoribus et calore tutata est. Hominem tantum nudum et in nuda humo, natali die abiicit ad vagitus sta-

potest. Aliquando enim corium pro pelle, etiam humana, accipitur. Plaut. Amp. prolog. 85: *Corium concidere*, h. e., *verberare*; et alibi: *Corium perdidi!* Quae exclamatio est vapulantis et ingemiscentis ob pellem fuste attritam laceramque. Recentiores Europaei, vernacula quisque lingua, secuti sunt, nos inprimis; quod vel e subiecto versiculo perspexeris, quem mala minerva fudit Clar. Deshoulières, *Sonn. sur Phèd.* vs. 9:

Une grosse Aricie, au cuir rouge, aux crins blonds. As.

Spinas. Vt herinaceus.

Villos, setas, pilos, plumam. Longiores sunt *villi* et flexiles, ita ut magna ex parte sese tangentes molliter cadant alii in alios et effundantur. Sic in hircis, leonibus, camelis, et quadrupedum non paucis. *Villus* est a *vellere*; et quanquam de lanigeris tantum vellus accipitur, *villus* autem et de ove et de caeteris, cognatio et affinitas est utriusque vocis. *Setae* vero in apro, v. gratia, sue, et hoc Plantigrado quem setigerum nomine gallico *tenreo* dicunt. Non cum spinis quibus horret herinaceus eadem est seta. Nec similis quidem, in acumen sese tenuante spina, dum eadem semper setis crassitudo est. Mox *pilos*: a villis hoc discrepantes quod magis aridi. Optime Gueroult interpretatur *crin*. Tum *plumam*; quae hoc loco lanuginem designat sub pennis ipsis avium ἐπιδέρματι affixam. As.

Pennas, squamas, vellera. Haec clara, nec quae illustrationem velint. Caeterum locus totus videtur a Cicerone desumptus, de Nat. Deor. II, 47: *Animantium vero quanta varietas est? Quarum aliae coriis tectae sunt, aliae villis vestitae, aliae spinis hirsutae: pluma alias: alias, squama videmus obductas: alias esse cornibus armatas, alias habere effugia pennarum*, etc. Hard.

Cortice... gemino. Duo plerumque corticis partes distinguuntur, interior nempe et exterior, rugosa haec et aspera, et nigrescens, mollior illa et laevior, cui nomen *liber*, quum prior ἐπιδέρμα proprie appelletur; sed Plinius videtur h. l. da crassiore cogitasse. As.

Tutata est. Salmanticus quidam codex et unus Parisiensis cum optimo Regio: *tuta est.* Quod magis sapit, ait Harduinus. Nos quidem unde haec docto viro arriserit scriptura non assequimur; immo, ne sensum quidem scripturae attigimus: nam *truncos* arboresque accusativus casus sibi vindicavit, nisi ῥῆμα in phrasi qua latitet, vel subaudiatur. E *tuta* possimus quidem nos extricare *tuita*; sed nec *tuta* bonum est, nec *tuita* elegantissimum. Omnino τὸ *tutata* melius videtur. As.

Hominem... nudum. Epigramma est Palladae πολυθρύλλητον de eodem argumento, in Antholog. lib. I, c. XIII (εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον), epigr. 6: Γῆς ἐπέβην γυμνός, γυμνὸς θ' ὑπο

tim et ploratum, nullumque tot animalium aliud ad
3 lacrymas, et has protinus vitae principio. At hercules risus, praecox ille et celerrimus, ante quadragesimum diem nulli datur. Ab hoc lucis rudi-

γαῖαν ἄπειμι· Καὶ τί μάτην μοχθῶ, γυμνὸν ὁρῶν τὸ τέλος.

Abiicit ad vagitus statim et ploratum. Respicit procul dubio Noster ad famosum morem exponendi liberos in cubiculo, quos pater de suo arbitrio tolleret relinqueretve, prout educare huic liberet, vel neci tradere. Caeterum raro infantem non levabant; unde Ethnicis Levana quaedam dea excogitata est et templum habuit. Huc vox *abiicit*, ut iam diximus, referenda, non quod de Romania tantum Plinius pronuntiet; ait ille quidem de tota hominum stirpe in universum, sed de Romanis cogitans, et εἰκόνα apud Romanos usitatissimam appingens. Suffragantur Baptista Pius, Caelius Rhodiginus, alii. Negat Pintianus, et Plutarchi locum apponit e libro cui titulus περὶ Τύχης: Ἐπεὶ Τύχῃ γε καὶ φύσει γενέσεως ἄμεινον τὰ πλεῖστα τῶν ἀλόγων κέχρηται Τα μὲν γὰρ ὤπλισται κέρασι, καὶ ὀδοῦσι, καὶ κέντροις· αὐτὰρ ἐχῖνος, φησὶν Εμπεδοκλῆς, ὀξυθελὴς δέ τε νώτοις ἐπιπεφρίκασι, καὶ ὑποδέδυται, καὶ ἠμφίεσται φολίσι, καὶ λάχναις, καὶ χηλαῖς καὶ ὁπλαῖς ἀποκρότοις· μόνος δὲ ἄνθρωπος, κατὰ τὸν Πλάτωνα, γυμνός, καὶ ἄνοπλος, καὶ ἀνυπόδητος, καὶ ἄστρωτος ὑπὸ τῆς φύσεως ἀπολέλειπται. Sed quid inde? Vir Cheronseus, quamquam ἑλληνιστὶ, apud Romanos tamen scripsit, neque mirum si ad romanos mores allusit. Caeterum quia Hermolaus naturae patrocinium suscepit adversus Plinium, petito ex Aristotele testimonio De Generat. Animal. lib. II, scire lectorem volumus patrocinium hoc piamve apologiam, melius ab Hermolao desumi potuisse ex lib. De Part. Animal, cap. IX. Quoad totius huiusce initii nexum tenoremque et querelarum acerbitatem, Lucretius exemplo fuit, de Rer. Nat. lib. V, vss. 223-230: *Tum porro puer, ut saevis proiectus ab undis Navita, nudus humi iacet, infans, indigus omni Vitai auxilio, quum primum in luminis auras Nixibus ex alvo matris Natura profudit: Vagituque locum lugubri complet, ut aequum est Cui tantum in vita restet transire malorum. At variae crescunt pecudes, armenta, feraeque; Nec crepitacula eis opu' sunt*, etc. As.

Nullumque tot animalium aliud ad lacrimas. Habeant licet caeterorum animalium fetus, dum in lucem eduntur, quiddam vagitui ploratuique simile, lacrimas certe non habent; quae hominis propriae ac singulares sunt. Flent tamen pauci infantes, ita ut lacrymentur: vagiunt quidem illi, sed siccis oculis. Hard. — Hermolaus: *pronius ad lacrymas*; clarius quam elegantius, nec e Plinii mente. Nam, illius iudicio, non solum pronior ad lacrymas homo, sed solus ex cunctis lacrymatur; solus certe quum in lucem prodit. Ergo cum Salmasio et manuscriptis facimus. As.

Hercules. Sic e manuscriptis Harduin. *Hercule* Gr. et Al. Marg. Varior.

Risus, praecox ille et celerrimus, ante quadragesimum diem nulli datur. Non ridere infantem vigilem, nisi a

mento, quae ne feras quidem inter nos genitas, vincula excipiunt, et omnium membrorum nexus: itaque feliciter natus iacet, manibus pedibusque devinctis, flens animal caeteris imperaturum: et a sup-

quadragesimo die opinio invaluit, et ab Aristotele ad nostros usque dies constitit. Stagirites, Animal. Hist. lib. VII, cap. 10, fin. (ed. Lugdun. Guglielm. Laemarii, 1590): Τὰ δὲ παιδία, ὅταν γίνωνται, πρὸ τετταράκοντα ἡμερῶν, ἐγρηγορότα μὲν, οὔτε γελᾷ, οὔτε δακρύει, νύκτωρ δ' ἐνίοτε ἄμφω. Buffon, *Histoire naturelle de l'homme*: « L'enfant ne commence à rire qu'au bout de quarante jours; c'est aussi le temps auquel il commence à pleurer; car auparavant les cris et les gémissemens ne sont point accompagnés de larmes. » E recentioribus, Richerand, *Nouv. Élém. de physiol.* T. II, p. 503, ed. Paris. 1820. Conf. *Diction. des Sciences médicales*, circa verbum *Rire*; *Physiol.* d'Adelon, edit. Paris. 1824, T. IV, p. 522-533; nec non et Poinsinet, *Traité des causes physiques et morales du rire*, edit. Amstelod. 1768; at praesertim Le Roy *Traité sur le rire*. De risu satis; non tamen ante notae clausulam ponemus quam legentes monuerimus ingenui pueri indicium fuisse praecoces risus. Vnde Virgilius, Ecl. IV, vss. 60, 62, 63: *Incipe, parve puer, risu cognoscere matrem;.... qui non risere parenti, Nec Deus hos mensa, Dea nec dignata cubili est.* Neque enim credimus *cui* hoc loco legendum; nec quae filio parens non arriserit, scimus, ut res mira sit risus matris. Ai.

Quae. quo, Marg. Var. male.

Nr. Neque. M.

Quae ne feras quidem... membrorum nexus. Vincula, quae ne feras quidem excipiunt inter nos genitas, vel efferatissimas natura, ea excipiunt hominem. Infantiles fascias panniculosque intelligit, quibus recens natus obvolvitur. Eloquentiae princeps J. J. Rousseau, in istum quoque morem passim invehitur, *Émile*, lib. I int. (oper. omnium vol. VIII, p. 20, ed. Paris. Lequien, 1824): *A sa naissance, on le coud dans un maillot; à sa mort, on le cloue dans une bierre... On l'emmaillotte, on le couche la tête fixée et les jambes allongées, les bras pendants à côté du corps.* Conf. id. p. 58. Ai.

Feliciter natus jacet. Duo codices ex Harduinianis: *idque feliciter natus;* non latine. Vnus *atque* pro *itaque;* quod minus placet. Videtur Harduinus mox probasse *itaque infeliciter natum*, e coniectura cui nullus codex ansam dedit. Male: nam neque οὐδέτερον pro masculino necesse est (vid. infr. not. ad τὸ *caeteris imperaturum*); nec *infeliciter* sensum exhibet asperum acerbissimumque ut κατ' εἰρωνείαν iactum *feliciter*. Caeterum in notae fine, ipse ad antiquam scripturam revolvitur, et vim sententiae probe illustrat: retineri, inquit, tamen prior lectio potest: *animal..... huiusce modi felicitatis auspiciis in lucem editum, h. e. homo ipse iacet.* Ai.

Flens animal caeteris imperaturum. Pulcrior antithesis quam cui laudandae aliquis sufficiat, sed grammatici aliquantulum immorabuntur haesitabuntque. Nam *flens* et *imperaturum* οὐδετέρου; *natus* vero, quod praecedit,

pliciis vitam auspicatur, unam tantum ob culpam, quia natum est. Heu dementiam ab his initiis existimantium ad superbiam se genitos!

Prima roboris spes, primumque temporis munus quadrupedi similem facit. Quando homini incessus? quando vox? quando firmum cibis os? quamdiu pal-

ἄῤῥενος γένους est. At exempla non pauca talis anomaliae in probatissimis auctoribus. Horatius, verbi gratia, non soloecissat, Carm. Lib. I, Ode 37, vss. 20, 21, etc.... *Daret ut catenis Fatale monstrum; quae generosius Perire quaerens*, etc. As.

Auspicatur. Vox prosperi vulgo auspicii, ita ut antithesis sit cum *suppliciis*, quod proximum est. De horoscopiorum usu apud Romanos, praesertim imperatorum tempore, omnia sunt nota. As.

Quia natum est. Harduinus in codicibus quinque, vel pluribus (nam postquam nominavit, addit *etc.*), reperit *qua natum est.* Quae lectio utrum illi arriserit, nunc in incerto est. Rem enim non perpendit. *Qua natum est* sensum gigneret diversum multo et Christianorum opinioni fere similem, qui hominem negant sine *originali* labe nasci, ut in hisce versiculis: *Vnde superbit homo cuius conceptio culpa, ... nasci poena, necesse mori?* Sed haec Plinio in mentem venisse quis crediderit? ironice dictum *culpa*, ut paulo ante *feliciter natus*, nulli dubitamus. As.

Dementiam. Dementia in quibusdam. Minus eleganter. As.

His. Sic ex codicibus suis Harduinus emendavit, probante Chifletio. *Is* Gronovius et alii. As.

Heu... genitos! Vid. et cf. c. 5.

Primumque temporis munus. Quod primum homini munus vel beneficium a tempore impertitur. Gallice: *la première faveur*, sive ut interpretatur Gneroulì: *le premier bienfait du temps.* As.

Quadrupedi similem facit. Huius rei causam Rhodiginus explicare nititur c. 10; scil. superiora membra ea aetate inferioribus adhuc molliusculis esse graviora. D.— Infantiam notat, quum manibus pedum vice utimur, nec statim pares sumus corpori surrigendo, nec proprium homini statum agnoscimus, cui Natura *Os sublime dedit, caelumque tueri Iussit.* Ovid. Metam. lib. I, vss. 85, 86. Hard. — Haec infantium belluina mobilitas adumbrata in Sphingis aenigmate, ut aiunt, olim fuit; quod sic se habet: Εστι δίπουν ἐπὶ γῆς καὶ τέτραπον, οὔ μία φωνή, Καὶ τρίπον... Αλλ', ὁπόταν πλείστοισιν ἐπειγόμενον ποσὶ βαίνῃ, Ενθα τάχος γυίοισιν ἀφαυρότατον πέλει αὐτοῦ. Ovidius, Metam. lib. XV, vss. 221, 222: *Editus in lucem iacuit sine viribus infans, Mox quadrupes, rituque tulit sua membra ferarum.* As.

Quando. Ecquando in quibusd.

Homini) *Hominis* Vet. ap. Dalec. et Chifflet.

Quando... vox? Nihil his variabilius; nullum tamen constat infantem ante nonum mensem aut balbutire, aut stare. As.

Quando firmum cibis os. Toletanus

pitans vertex, summae inter cuncta animalia imbecillitatis indicium? Iam morbi, totque medicinae contra mala excogitatae, et hae quoque subinde novitatibus victae. Caetera sentire naturam suam, alia pernicitatem usurpare, alia praepetes volatus, alia nare: hominem scire nihil sine doctrina, non fari,

liber, Variis saepe laudatus, habet post *cibis*, non *os*, sed *sospes*; unde concludunt legendum *cibis os sospiti*, (quod interpretantur *bene sano*), vel *cibis os patet*; quod, ut obvium et planum, sic a scriptura omnium codicum aliquantisper distat. Nos si vulgatum reliquisse non pigebit, et de nostro penu coniecturam deprompsisse necesse erit, suspicemur pro *sospes* rescribendum *os pes*, ita ut dempta prima littera, quae τοῦ s praeeuntis duplicatio in manuscriptis usitatior, vox διασύλλαβος in duas abeat μονοσυλλάβους. Post τὸ *os* vero signum interrogationis appingemus; unde *pes* initium erit φράσεως alicuius quae sequitur, sed non visa terminari, ob hanc scilicet causam quod caetera interciderint. Ergo locus totus in hunc modum statuerunt: *Quando firmum cibis os? pes...? Quamdiu*, etc. Az.

Quamdiu palpitans vertex. Caeteris quidem animalibus discrimen ossium Veteres credidere nullum esse, sive in lucem modo prodita, sive in senectutem vergerent; soli homini sinciput, principio mollissimum, non nisi multa aetate obdurescere. Aristoteles, Hist. Animal. lib. VII, cap. 10, edit. graecolat. Lugdun. Lemar. 1590: Τοῖς μὲν οὖν ἄλλοις ζώοις οὐδεμία διαφορὰ τῶν ὀστῶν, ἀλλὰ πάντα τετελεσμένα γίνεται· τοῖς δὲ παιδίοις τὸ βρέγμα λευκὸν, καὶ ὀψὲ πήγνυται. Cf. ipse Noster, lib. XI, cap. 49. Az.

Iam morbi, totque, etc. Parm. editio, *Iam morbi tot, atque medicinae*; minus sincere. Secuti sumus codices ante appellatos. Harn.

Novitatibus. Novis scil. morborum generibus. Multi enim antehac inauditi morbi urbem invasere et Italiam sub Caesarum imperio, quia nempe in hac omnium gentium exterarum barbararumque, a Thule ad Euphratem usque, colluvies confluxerat celebrabaturque. Et revera opinio hodie percrebuit, quae morborum genera a longinquis regionibus allata et adscititia esse olim videbantur, haec non prius exstitisse quam humanarum stirpium, propria et sua utrinque labe laborantium, mixtura gigneretur. Az.

Alia pernicitatem usurpare, alia praepetes volatus, alia nare. In libris hactenus editis, *alia vires, alia nare*, legebatur. Sed quum duae illae voces, *alia vires*, neque exstent in Reg. 1, 2, Paris. aliisque, et alioqui natae videantur ex inepta repetitione sequentium, et quod caput est, perquam ese ibi otiosae sint: quum terrestria animalia pernicitate, aves volatu praepeti, natatu pisces, opposite et abunde satis indicentur: nos eas ideirco expunximus, ac repudiavimus. Tullius similiter, de Nat. Deor. lib. II, cap. 47: *Iam vero alia animalia gradiendo, alia serpendo ad pastum accedunt, alia volando,*

non ingredi, non vesci; breviterque non aliud naturae sponte, quam flere. Itaque multi exstitere, qui non nasci optimum censerent, aut quam ocyssime aboleri.

5 Vni animantium luctus est datus, uni luxuria, et quidem innumerabilibus modis, ac per singula membra: uni ambitio, uni avaritia, uni immensa vivendi

alia nando, etc. Laetius in editione Elzeviriana, *alio ire, alia nare*, scripsit: perinde ac si non ea vox *ire*, communis foret et iis quorum pernicitas laudatur, et iis quibus volare, nare, vel denique serpere, natura concessit. Hard.

Non fari. Quaestio est in scholis iam dudum agitata utrumne divinitus concessa facultas loquendi hominibus, an potuerint soli et auxilio destituti homines fari; et adhuc sub iudice lis est. Videtur tamen scientiae principibus placuisse viris, non posse aliquem nisi ingenio miro praeditum voces minutatim et, quod aiunt, per articulos profarre, nullis praeeuntibus. Aj.

Non ingredi. Docentur enim infantes incedere, dum eos fasciarum et lororum *(lisières)* ope sustinemus ut incedant. Aj.

Qui non nosci optimum censerent aut quam ocyssime aboleri. Haec Sileno et Euripidi sententia adscribitur a Cicerone, Tusc. Quaest. lib. I, cap. 48. Libro item de Consolatione, ubi sic eam extulit, teste Lactantio: *Non nasci longe optimum, nec in hos scopulos incidere vitae: proximum autem, si natus sis, quamprimum mori, et tanquam ex incendio effugere violentiam fortunae.* Elegans in eam sententiam Posidippi distichon hic adscribere est, ex Aethol. lib. I, cap. xii, epigr. 3: Ἦν ἄρα τοῖν γε δυοῖν ἑνός αἵρεσις, ἢ τὸ γενέσθαι Μηδέποτ', ἢ τὸ θανεῖν αὐτίκα τικτόμενον. Quam graeci poëtae sententiam apud nos Ausonius ita reddidit: *Ergo Optima Graiorum sententia: quippe homini aiunt Non nasci esse bonum, natum aut cito morte potiri.* Iam vero Seneca Philos. pulcherrime, in lib. De Consol. ad Marciam, cap. xxii: *Itaque felicissimum est non nasci, proximum puto brevitate vitae defunctos cito in integrum restitui.* Similis Plutarchus in Consolat. ad Apollonium: Ἄλγος γὰρ ὄντοις οὐδὲν ἅπτεται νεκροῦ· τὸ γὰρ οὐ γενέσθαι, τῷ θανεῖν ἴσον λέγω. Petr. Lebrun in notissimo dithyrambo, segm. IV, st. 4, vss. 4, 5: *Ceux que favorise le Ciel, Terminent jeunes leur carrière.* Cf. acutissimi J. B. Rousseau ep. de vita humana, cuius haec clausula:

C'était bien la peine de naître! Aj.

Luxuria. Liber Variorum *luxus*, in margine. Aj.

Per sing. membra. Vid. Sall. Bell. Cat. cap. xiv: *Quicumque manu, ventre, pene... bona patrio laceraverat.* Aj.

Immensa vivendi cupido. Hyperbolice forsan Plinius, quanquam veri simillimum est non notum animalibus quid sit mors, neque illis, si quid fugiant periculi, tam mortem timeri quam dolorem. Cave vero ne ad futurarum rerum ideam et famae cupidinem, *immensa vivendi cupido* referenda h. l. videatur; nam id

cupido, uni superstitio, uni sepulturae cura, atque etiam post se de futuro. Nulli vita fragilior, nulli rerum omnium libido maior, nulli pavor confusior, nulli rabies acrior. Denique caetera animantia in suo 6 genere probe degunt: congregari videmus et stare contra dissimilia. Leonum feritas inter se non dimicat: serpentium morsus non petit serpentes: ne

ipsum posthac dicit, his scil. verbis, *post se de futuro*. Aj.

Superstitio. De cunctis ibi religionibus Noster, cui neque ethnicae fabulae satis probabantur, neque argumentis sapientium perspicuum fuit aut esse Deum, aut rebus humanis interesse. Aj.

De futuro. Quid sit futurum, postquam e vivis excesserit. Frustra nescio quis legit *defuturae*, ad sepulturam id referens. Plinius, l. XI, cap. 2, pariter insecta ait *habere victus, generationis, atque operis, et de futuro etiam curam*. Haan. — Sed haec de futuro cura, etsi Plinius acriter repugnat, indicium est altioris ingenii et eximiae indolis. Non in terram et terrestria perpetuum pronus degit homo, sed et supra corporalia mente surgit et aetates futuras ratione complectitur. Locus est Ciceronis in hanc sententiam classicus, Tuscul Quaest. lib. III, et passim. Aj.

Nulli vita fragilior. Nihil humani corporis machina subtilius coaptatum coagmentatumque; et ipsissimam illam ob causam nihil citius faciliusque frangitur et solvitur. Pascal, *Pensées*: *L'homme est un roseau, et le roseau le plus faible de la nature*. Aj.

Confusior. *Confusus* forsitan h. l. est active, quod tumultum et trepidationem ciet: melius tamen, ut opinor, passive sumitur. *Confusus* est qui pavet, Ciceroniano stylo; Pliniano ipse pavor. Aj.

In suo genere. Erga sui generis feras. Quasi subaudiretur tractando, habendo, etc. Aj.

Serpentium... serpentes. Ita ex MSS. qui omnes in hanc scripturam conspirant, uno excepto, ubi *serpentum* legit Chiffl. Sensus generalis patet; et in hanc sententiam plurimi elegantes. Horatius, verbi gratia, in Carm. Epod. VII, vss. 11, 12: *Neque hic lupis mos, nec fuit leonibus Unquam, nisi in dispar, feris*. Iuvenalis, Sat. XV, vss. 159-165: *parcit Cognatis maculis similis fera: quando leoni Fortior eripuit vitam leo? quo nemore unquam Expiravit aper maioris dentibus apri? Indica tigris agit rabida cum tigride pacem Perpetuam: saevis inter se convenit ursis. Ast homini ferrum letale... etc.* Similiter Gallicus poët. ex optimis, Boileau, Sat. VII:

Voit-on les loups brigands comme nous inhumains,
Pour détrousser les loups courir les grands chemins?
Jamais pour s'agrandir vit-on en sa manie
Un tigre en factions partager l'Hyrcanie?
L'ours a-t-il dans les bois la guerre avec les ours?
Le vautour dans les airs fond-il sur les vautours?

maris quidem belluae ac pisces, nisi in diversa genera, saeviunt. At hercules homini plurima ex homine sunt mala.

7 (1.) Et de universitate quidem generis humani, magna ex parte, in relatione gentium diximus. Neque enim ritus moresque nunc tractamus, innume-

. . . . . .
L'animal le plus fier qu'enfante la nature
Dans un autre animal respecte sa figure.
Lyricen noster J. B. Rousseau, lib. II, Od. XIV:
Tigres plus acharnés que le lion sauvage,
Qui, malgré sa ferocité,
Dans un autre lion respectant son image,
Dépouille pour lui sa fierté.

Quod ad rei veritatem spectat, nempe, caetera animantia probe in suo genere degere, congregari, et stare contra dissimilia, exceptionem patitur, Plinius, de Coccyge ave, lib. X, c. 9: *Quin absumitur ab accipitre, si quando una apparuere; sola omnium avis a suo genere interempta.* Et libro eodem, cap. 72: *In quo genere omnia magis exitialia, si suum genus edere, antequam noceant.* Et Aristoteles, de Historia Animalium, lib. IX, c. 16, olores seipsos ad invicem maxime omnium avium devorare tradit: Εἰσὶ δ' οἱ κύκνοι ἀλληλοφάγοι μάλιστα τῶν ὀρνέων. Post haec addit: Εστι δὲ τῶν θηρίων τὰ μὲν ἀεὶ πολέμια ἀλλήλοις, τὰ δὲ, ὥσπερ ἄνθρωποι, ὅταν τύχωσιν. Tauri quoque saepe decertant, et quidem ita acriter ut saepe, altero vincente, alter exanimis concidat. Virgilii in Georg. lib. III, vss. 217 seqq. locus classicus est, e versione rhythmica nostrat. Delille notissimus: *Dulcibus illa quidem illecebris et saepe superbos Cornibus inter se subigit decernere amantes.... Illi alternantes multa vi praelia miscent, Vulneribus crebris, etc.* Item cervi (vid. ibid. paulo infra, et Roucher, *les Mois*), arietes; unde vox *arietare*, Senecae usitata. Sed haec et huiusmodi exempla congerere est operam ludentis; nam expresse Plinius negat non singulares aliquas feras contra suum genus dimicare, sed congregari et stare turmatim contra similia. Aj. — *Maris belluae*, etc. Portenta intelligit de quibus narrat *Graecia mendax*, ut videre est e lib. IX, cap. 3, ubi de monstris marinis satis prolixe loquitur. Aj.

In relatione gentium diximus. Libris geographicis. H.—Vel, si exactius interpretari libeat, in hac librorum geographicorum parte qua gentium descriptio et enumeratio continentur. Male ergo in gallica versione Ant. du Pinet, p. 252, 3 edit. Lugd. 1531: *En nostre cosmographie.* Neque enim de Κοσμογραφίᾳ Secundus cogitavit, sed de Εθνογραφίᾳ, ut in Prooemii (ipsius nempe huius libri) exordio *in eo terrae*, gentes; ubi vide quae notantur. Aj.

Tractamus. Vetus liber *tractavimus* habet; ut indubie legendum sit *tractabimus*; nam *v* pro *b* in codicibus paulo vetustioribus subinde occurrit. Rhenan. — *Innumeros*, quod proxime sequitur, in quibusdam libris scriptura non exhibet, sed *innumeri*

ros, ac totidem paene quot sunt hominum coetus: quaedam tamen haud omittenda duco, maximeque longius a mari degentium: in quibus prodigiosa aliqua et incredibilia multis visum iri haud dubito. Quis enim Aethiopas, antequam cerneret, credidit? aut quid non miraculo est, quum primum in notitiam venit? Quam multa fieri non posse, priusquam sint facta, iudicantur! Naturae vero rerum vis atque maiestas in omnibus momentis fide caret; si quis modo partes eius, ac non totam complectatur ani-

sunt; nec τὸ *ac*, quod inter *innumeros* et *totidem*, adest. Dure hoc; illud abrupte. Az.

Totidem paene quot sunt hominum coetus. Horatius similis, Serm. lib. II, Sat. 1, vss. 27, 28: *Quot capitum vivunt totidem studiorum Millia*, et quae praecedunt. Item Carm. lib. I, Od. 1, vss. 1-23, ubi hominum varias cupidines, varia oblectamenta esse canit: *Sunt quos curriculo pulverem*, etc. Tragicus non abludit Voltaire, *Zaïre*, Act. III.

J'eusse été près du Gange esclave des faux Dieux,
Chrétienne dans Paris, Musulmane en ces lieux.

Nec Satyrographus recentior: *L'Anglais navigue, l'Arabe pille, le Grec se bat pour être libre, le Français*, etc. Mox *haud omittenda.* Sic e membranis emendavit Harduinus, plaudente Chifflietio; antiquae adhaerent Elzev. et Gronovius, quae est *non omittenda.* Az.

Longius a mari degentium. Scilicet harum gentium minor notitia; quippe quas ne facile navibus invisebant, et pedestri itinere adeuntibus solitudines vastae, et montium immensae molea, et imperia saepe obstitissent. Hae etiam diebus nostris causse morantur navigantium et peregrinantium φιλομαθίαν; hae vetant ne Africae pars interior notescat. Hic enim plurimae gentes, quas nec unius imperii consortium iungit, aut linguarum communio, nec Oceani ullo modo immensitas tangit in sinus multos fusa, ut in Europa nostra, et tortili ambage regionis intima pervadens. Az.

Quis enim Aethiopas.... credidit? Haec, oratorum arte usus, praemittit, libri partem inchoaturus ubi plus aequo credulus, et iudicio omni in Physicis carens deprehenditur. Quae sequentur de humanarum gentium variis speciebus, fere cuncta extra verum; nec rerum naturalium indagatori quidquam officii est, nisi ut in haec inquirat, quae, aut male spectata, aut in maius a narrante prolata, fabulis locum dedere. Quibus plerumque magis origo fuit, nunc audientium stuporem, dum mira contexunt (is enim viatoribus mos), aucupata frivolitas; interdum, ubi de regionibus narratur quae emporio et lucro idoneae, mendacii utilitas, cui auxilio est quod iam nec quis locorum situs sit, nec quae natura rerum, pateat. Cuvier.

Quid. Cui, Marg. Var. Minus bene.

mo. Ne pavones, aut tigrium pantherarumque maculas, et tot animalium picturas commemorem, parvum dictu, sed immensum aestimatione, tot gentium sermones, tot linguae, tanta loquendi varietas, ut externus alieno paene non sit hominis vice. Iam in facie vultuque nostro, quum sint decem, aut paulo plura membra, nullas duas in tot millibus hominum indiscretas effigies exsistere: quod ars nulla in paucis numero praestet affectando. Nec tamen ego in plerisque eorum obstringam fidem meam, potiusque

Mox pro τῷ *est* eadem monet in manuscripto legi *fuit*. Aj.

Animalium picturas. Non semel Virgilius: *Pictasque volucres*, nec paucis imitantibus. Aj.

Tot gentium sermones, tot linguae... vice. Plinius tamen ignoravit quod nostra etiam aetate plurimos fefellit, quae linguarum, idiomatum dialectorumque multitudo sit et discrepantia. Quod, ut saeculi proxime elapsi initio divinatum, ita anceps et incompletum, magis ac magis in dies luci admovit clarorum virorum continuus labor. Quorum principes Adelung, cuius selectissimum opus *Mithridatem* nullus non laudavit qui legit; Vater qui inceptum Adelungii nec absolutum opus ad finem perduxit; et diebus nostris Ad. Balbi, Venetus, qui, anno 1826, tabulas suas synoptices quibus titulus. *Atlas ethnographique des langues*, iuris publici tandem fecit. Cuius in libri indice, fere tria millia linguarum recensuit vir doctus, totidem forsan omissis, quae aut cum aliis nimiam similitudinem videbantur habere, aut gentium sunt Europaeis non notarum, aut temporis fuga intercidere. Vnde nunc fas est sperare pervasurum scientiae novum genus, cui Germania, talium rerum singularia artifex, nomen imposuit *Linguistique*; at Malte-Brun (quem morbo gravi nuper praereptum bonae artes lugent), *Idiomographie*. Aj.

Quum sint decem, aut paulo plura... exsistere. Sic vulgo dicitur, in sylva, quamlibet vasta, nec duobus quidem foliis omnimodo esse convenientiam. Caeterum ad haec et quae sequuntur nostras Gueroult notam subiungit, artium amantibus non ignorandam: artem scilicet posse quidquid in natura varii est repraesentare; nec, si mille hominum quibus forma dissimilis habitudo penicillis effingatur, effigies similes unquam fore; sed Nostrum, dum, hinc quae sit naturae fecunditas, inde quae artis ieiunitas, simul exhibet, de Graecis praesertim cogitasse. Namque illi habitum capitis non multimode statuere, unde signis, inprimis feminarum, facies *si* non (ut ait Ovidius Met. II, 14,) *omnibus una, Nec diversa tamen, qualem decet esse sororum*. Aj.

Paucis. Paucorum margini suae Varii adscripserunt.

Obstringam. Ita Paris. cod. et libri

ad auctores relegabo, qui dubiis reddentur omnibus: modo ne sit fastidio Graecos sequi, tanto maiore eorum diligentia, vel cura vetustiore.

II. (II). Esse Scytharum genera, et quidem plura, quae corporibus humanis vescerentur, indicavimus. Id ipsum incredibile fortasse, ni cogitemus in medio orbe terrarum, ac Sicilia et Italia fuisse gentes huius monstri, Cyclopas et Laestrygonas, et nuperrime trans Alpes hominem immolari gentium earum more solitum: quod paulum a mandendo abest. Sed et iuxta

vulgati. At Reg. 1, 2, *obstringam fidem modo*: mallet Rhenanus: *obstrictam fidem do*. Haab.

Dubiis reddentur omnibus. De dubiis rogentur omn. quidam libri. Reddam, inquit, assignaboque auctores rebus his omnibus, de quarum fide dubitari merito poterit. Sic legitur et in praefatione ad Vespas. *Quae suis locis reddam*; et alias saepe.

Tanto maiore eorum... vetustiore. Ridiculum sane. Nam quis ignorat Graecos plus imaginandi quam observandi facultate insignes, nec satis patientiae in rebus Physicis attulisse, nec in historia satis fidei? As.

II. *Indicavimus.* Libro IV, cap. 26, et libro VI, cap. 26.

Ac Sicilia et Italia. Desunt haec verba in Toletano codice: τὸ *et Italia* duntaxat in Chifletiano e marg. Var. sed hoc in nota seq. quam adi. As.

Fuisse gentes huius monstri, Cyclopas et Laestrygonas. Ita quidem Colb. 1, 2, et Paris. At Reg. 1 et 2, et Chifl. his vocibus carent, *et Italia*; quas ego suspicor e margine libri irrepsisse in contextum, vel quod *medio orbe terrarum* Italia indicetur, quam lib. XXXVII, capite 4, inter ortus occasusque mediam ait esse: vel quod Laestrygonum sedes Italia, ut Cyclopum Sicilia fuerit, uti dictum est lib. III, cap. 9. H.

Hominem immolari.... solitum. Hoc loco Dalecampius monet Allobrogum, in Viennensi Gallia, quae Transalpinae est, hunc morem fuisse, et ad Strabonem mittit lib. IV, et lib. XXXVI, cap. 5. Potuisset annotare id horrendi sacri et apud romanam gentem genus viguisse; nec in urbis conditae primis tantum temporibus (Macrob. Saturn. lib. I, cap. 7); quanquam reipublicae statim initio foedum morem Iunius Brutus sustulit. Nam posthac usu certe, si non e lege, invaluit: ann. urb. 638, qui ant. Christ. nat. 116 est, in una e plateis duo Galli, vir et femina, et item duo Graeci immolati sacerdotum manu traduntur; mox, Cn. Cornelio Lentulo Clodiano, P. Licin. Crasso Coss. ann. urb. eond. 657, ante Chr. n. 97, ne haec fierent, nisi quum Sibyllinorum librorum iuberet tenor, Senatus edicto vetuit. Equites splendidissimi plus quam centum numero, Augusti tempora et iussu, ad aras Perusinas Caesaris interempti. Item Aureliano imperan-

eos, qui sunt ad septemtrionem versi, haud procul ab ipso aquilonis exortu, specuque eius dicto, quem locum Gescliton appellant, produntur Arimaspi, quos diximus uno oculo in fronte media insignes: quibus assidue bellum esse circa metalla cum Gry-

te, ann. post. Chr. nat. 270, accepta clade a Iuthungis. Aj.

Gescliton. Ita Reg. 1, 2, Paris. Chifft. aliique. Turnebus *Gesclithron* legit, quasi γῆς κλεῖθρον, id est, terrae claustrum: quasi vero Scythicae vocis originationem e Graeciae fontibus repeti oporteat, aut omnino fas sit. Hard. — Turnebo tamen nos assentimur; mos enim Graecorum solemnis fuit barbararum gentium et urbium nomina iuvertere, et linguae suae accomodata quoquo modo aliis tradere. Ita *Bosporos*, bovis meatus, *Graeas-Gony*, vetulae genu, *Kriu-Metopon*, frons arietis, etc. Sic et recentiori tempore doctissimo cuiqua usitatum fuit ad latinas graecasque significationes nomen suum trahere: sic *Schwartzerdt* fuit *Melanchthon*; et e popularium gente *Schweitzer*, *Helvetium* sibi nomen attribuit. Aj.

Quos diximus. Lib. IV, cap. 26, et lib. VI, cap. 19. H.

Arimaspi... uno oculo. Haec de Arimaspis totidem verbis Solinus ex Plinio, cap. x, pag. 35, et Gellius lib. IX, cap. 4. H. — Quae de Arimaspeae gentis et Gryphorum inimicitia circumferebantur, eis annumeres quae ab avaritia profecta sunt nolentium evulgari ubi et unde venale aurum. Quod quidem remotissimis etiam temporibus videntur Europam versus misisse Asiae septemtrionalia, in fodinas eruta ad evellendum metallum ex montium serie, quam *Altaï* nunc vocant, ne hodie quidem auri infecunda ac vestigiis non paucis cunicularorum antiquissimos labores arguente. Aristeam Proconnesium, quem ferunt ducentis annis ante Herodotum claruisse, libenter crediderim, antequam haec et istiusmodi multa per Graecos primus spargeret, iis imbutum fuisse apud Issedonas, qui contermini Arimaspis fuerunt, ita ut illorum maxime referret nusquam gentium innotescere quibus e locis haustum exciperent, mox ad Graeciam mitterent aurum. Caeterum Herodotus se fatetur monophthalmis fidem non adhibere; at Plinio minus pervicax credulitas. Gryphi vero imaginem, fabulosi animalis, cel. Hereen iudicio ad allegoriam reducendi, exhibuere Persepolitana monumenta; quod e figuris videre est apud peritos itineratores Chardin, Niebuhr, Corn. Lebruyn adumbratis. Et hinc non dubium est in Ctesiae libros fluxisse descriptionem Gryphi, Aeliano posthac, Hist. Anim. lib. IV, cap. 26, exscriptam. Cuvier.

Vno oculo in fronte... insignes. At inde Arimaspi sunt dicti, inquit Herod. lib. IV (Melpom.), num. 27, quod ἄριμα Scythico sermone *unum* significat, σποῦ vero *oculum*. Quidam porro, inquit Eustathius in Dionysii versum 31, putant eam gentem, quum arcu et sagittis excelleret, in illis dirigendis, ut fit, alterum oculum claudere solitam, quo rectius

phis, ferarum volucri genere, quale vulgo traditur, eruente ex cuniculis aurum, mira cupiditate et feris custodientibus, et Arimaspis rapientibus, multi, sed maxime illustres Herodotus et Aristeas Proconnesius scribunt.

Super alios autem Anthropophagos Scythas, in 3 quadam convalle magna Imai montis, regio est, quae vocatur Abarimon, in qua silvestres vivunt homines, aversis post crura plantis, eximiae velocitatis, passim cum feris vagantes. Hos in alio non spirare caelo, ideoque ad finitimos reges non pertrahi, neque ad

collimaret; et propterea creditum unum tantum oculum ei fuisse: ἕρι Scythica lingua, *unum*: μασπούς *oculum* sonare. Cyclopis ab Vlysse excoecati fabula ab Homero ideo excogitata est, ut doceret, gravem sibi ultionem accersere, qui sacra hospitii iura violarent. Non potuit fellicius aut aptius, quam in Cyclope, exemplum fingi, cui unus tantum oculus esset. Nam si binos haberet, non potuissent ob corporis proceritatem ambo ei simul effodi, et alter ei satis fuisset ad detegendos percussores: nec evadere Vlysses ex eiusdem manibus potuisset. Cyclops graeca vox est, facta e κύκλος et ὤψ: nec eum significat, cui unicus est oculus, sed cui sunt duo rotundi, nec apte fissi. Vt hunc autem Cyclopem magis horrificum faceret, unius oculi poëta gigantem finxit. Hand.

Maxime... Herodotus. Libro III (Thalia), num. 116, et lib. IV (Melpom.), num. 13, hoc ipsum sane ex Aristea Proconnesio recitat: sed ipse in fabulis censet. Vid. supra not. 7, sub fin. *Caeterum Herodotus*, etc. Hand.

Aristeas Proconnesius. De eo in auctorum Indice disimus. Ex eo haec eadem descripsit Pausanias lib. I, in Atticis. Item Ctesias. Iterum vid. sup. not. 7. H.

Abarimon. Ita Reg. 1, 2, Colb. Paris., etc. Chiffl. *Abarimen.* Hard.

Aversis post crura plantis. Gellius, Noct. Attic. lib. IX, cap. 4: *Alii*, inquit, *item homines apud eamdem caeli plagam, singularis velocitatis, vestigia pedum habentes retro porrecta, non ut caeterorum hominum, prospectantia.* Horum iconem vide apud Aldrov. lib. de Monstris, pag. 15. Meminit et D. Augustin. de Civit. Diei, lib. XXVI, cap. 8. Hand.

Hos in alio non spirare caelo. Iterum bene ac caute viatores, ne fide careret mendacium. Cuvier. — Notat hoc sagacissimus loco Poinsinet, id miraculi ad optices, sic aiunt, lusum reduci posse; quem enim currentem eminus adspicimus, huic retro versam plantam videri, ita ut ad posticam cruris partem et suras spectet; ibi porro de gente sermonem esse mirae pernicitatis; quod φαινομένῳ convenit. Aj.

Alexandrum Magnum pertractos, Baeton itinerum eius mensor prodidit.

4 Priores Anthropophagos, quos ad septemtrionem esse diximus decem dierum itinere supra Borysthenem amnem, ossibus humanorum capitum bibere, cutibusque cum capillo pro mantelibus ante pectora uti, Isigonus Nicaeensis. Idem in Albania gigni quosdam glauca oculorum acie, a pueritia statim canos qui noctu plus quam interdiu cernant. Idem itinere dierum decem supra Borysthenem Sauromatas tertio die cibum capere semper.

Esse diximus. Libro IV, cap. 26, et lib. VI, cap. 29. H.

Ossibus humanorum capitum. Haec quoque Solinus cap. xv, et Strabo, Geograph. lib. VII. Hard. — Magis sane hoc ex vero quam caetera. Possunt eo crudelitatis quaedam Scytharum gentes devenisse; si quidem ea summa in Wodeni Elysio voluptas fuit ut in hostium calvariis biberent. Non difficile iidem pelle pro mantelibus usi essent; quem enim in re tali modum statuit sibi barbaria? Cuvier.—Sic Barbari alii. Alboinus rex Longobardorum in historia iussit ebrius Rosamundam coniugem suam patris caesi in cranio potare. Haec bibit, mox vero regem interficiendum curavit. Ar.

Mantelibus. Nihil Caelium Rhodig. moror, qui lib. XVI Antiq. lect. c. 10, pag. 731, mantelia interpretatur paenulae genus, quo se ut lorica munirent. Certum est loci sententiam esse (ut ab epulis non discedendum sit), quemadmodum in iis ossa humanorum capitum praebebant Anthropophagis pocula, sic cum capillo cutem inde resectam, eorumdemque pectori appensam, mappas suggessisse tergitorias. *Mantelia* sunt mappae, quibus discumbentium manus absterguntur. Varro lib. V de Ling. Lat. *Mantelium*, inquit, *quasi manuterium, ubi terguntur manus.* Consule etiam Festum, verbo *manticularia.* Gallis, *serviettes.* Hard.

In Albania, etc. Haec Solinus et Gellius locis citatis. Hi sunt Albani; vid. lib. VI, cap. 15. Hard.—Et illud verum. Namque in orbe terrarum universo, et inprimis sicubi montium altitudinem angustissimae valles excipiunt (ut in Albania, quae e Caucaseis vallibus fere tota est), multi nascuntur, quibus a pueritia albet capillamentum et rubent oculi; et nomen iis *Albinos.* Familiam totam istius generis in valle Alpina *de Chamouny*, nos vidimus. Cuvier.

A pueritia statim canos. Venit hic in mentem mihi pueri illius, quem una nocte canum esse factum Martialis cecinit lib. IV, Ep. 7, 4: *O nox, quam longa es, quae facis una senem!* Hard.

Sauromatas tertio... semper. Id vero Gellius sic interpretatur, IX, cap. 4: *Item esse compertum, et creditum*, inquit, *Sauromatas qui ultra Bory-*

Crates Pergamenus in Hellesponto circa Parium genus hominum fuisse tradit, quos Ophiogenes vocat, serpentium ictus contactu levare solitos, et manu imposita venena extrahere corpori. Varro etiamnum esse paucos ibi, quorum salivae contra ictus serpentium medeantur. Similis et in Africa gens Psyllorum fuit, ut Agatharchides scribit, a Psyllo rege dicta, cuius

sthenem fluvium longe colunt, cibum sumere semper diebus tertiis, medio abstinere. Haro.

Circa Parium, genus hominum fuisse tradit, quos, etc. Apud Priscianum Varro, lib. I Rerum Humanarum: *Vt habent Parii, qui vocantur* Οφιογενεῖς, *et in Africa Psyllos: quorum* Οφιογενεῖς, *quum arbitrantur suppositum aliquem esse in stirpe, ei admovent, ut pungat, colubram. Quum pupugerit, si de genere sit, vivere: si non sit, mori.* In eodem: *Admota aspis quum pupugerit, si non occidat, sciat ex Psyllorum stirpe esse.* Muret. Var. II, c. 2, Celsus lib. V, cap. 27, ait Psyllos ore vulneri admoto ictae percussaeve partis, anguium venenum extrahere, idque non praecipua quadam scientia, sed audacia usu confirmata. Vide quid de his auctor dicat lib. XXVIII, c. 3. Dal.

Ophiogenes. Οφιογενεῖς, quasi serpentigenas, qui genus et originem a serpentibus ducant. De his Strabo, lib. XIII. Cf. not. 20, 23, 25. Haro. — Ophiogenes, Psyllos et eiusdem farinae circulatores scito ubique necurrere ubi serpentes vulneri instillant venenum; paucos auxilio vere esse, dum plagas augunt; at plerosque promissis non stare, quippe quae potestate sua longe maiora: tum solitos omnes, ut populo dent verba, serpentes secum ferre quibus exarmatum os dente vulnifico, et dictitare ex imperio arcano id sibi concessum iuria ut impune feram tractent. In Aegypto praecipue omnea nugae permanserunt quarum Veteres meminere; qualis, exempli gratia, ia mos ut serpenti in os inspuant. Norunt et anguem immotum tenere, dum illi cervicem ita premunt, ut paralysi quadam laboret. Ea est colubri in baculum mutatio; mox iterum moveri sinunt, baculusque denuo fit anguis, ut de magis Pharaonis narratur, Exod. VII, tt. Cuvier.

Varro. Libro primo Rerum Humanarum, testante Prisciano, lib. VII, cap. 2. Haro.

Gens Psyllorum. Quomodo serpentibus mederi illi soliti essent, describit Aelianus, Hist. An. lib. I, c. 57, et lib. XVI, cap. 27, ubi Agatharchidem pariter auctorem laudat. Corn. Celsus (sicut iam in Dalecampii nota indicatum est) ita rem explicat. lib. V, c. 27, ut dicatore vulneri admoto, venenum ab iis extractum, non peculiari quadam scientia, sed audacia potius corroborata usu. Ac paulo post: *Venenum*, inquit, *serpentum, non gustu, sed in vulnere nocet.... Ergo quisque exemplum Psylli secutus, id vulnus exsuxerit, et ipse tutus erit, et totum hominem praestabit.* Hard.

6 sepulcrum in parte Syrtium maiorum est. Horum corpori ingenitum fuit virus exitiale serpentibus, et cuius odore sopirent eas. Mos vero liberos genitos protinus obiiciendi saevissimis earum, eoque genere pudicitiam coniugum experiendi, non profugientibus adulterino sanguine natos serpentibus. Haec gens ipsa quidem prope internecione sublata est a Nasamonibus, qui nunc eas tenent sedes: genus tamen hominum ex iis qui profugerant, aut quum pugnatum est, abfuerant,
7 hodieque remanet in paucis. Simile et in Italia Marsorum genus durat, quos a Circae filio ortos servant,

Virus. Non semper in malam partem *virus* accipitur, aut pro *veneno.* Ipse Noster lib. IX, cap. 74, de piscium generatione: *Nec satis est generationi per se coitus, nisi editis ovis, interversando mares vitale adsperserint virus.* Aj.

Mos vero, etc. Ita Varro, loc. cit. Ex Plinio Solin. c. XXVII, refert; ex aliis fortasse Dio lib. LI, et Tzetzes, Chiliad. IV, hist. 135, v. 339. Lucanus quoque haec eleganter, IX, vs. 891, et seqq. *Gens unica terras Incolit a saevo serpentum innoxia morsu, Marmaridae Psylli: par lingua potentibus herbis; Ipse cruor tutus, nullumque admittere virus, Vel cantu cessante, potest: fiducia tanta est Sanguinis: in terram parvus quum decidit infans, Ne qua sit externae veneris mixtura timentes, Letifica dubios explorant aspide partus; Vtque Iovis volucer, calido quum protulit ovo Implumes natos, solis convertit in ortus; Qui potuere pati radios, et lumine recto Sustinuere diem caeli, servantur in usu; Qui Phaebo cessere, iacent: sic pignora gentis Psyllus habet, si quis tactos non horruit angues, Si quis donatis lusit serpentibus infans*, etc. HARD.

Haec gens. Solinus, loco citato. Sed et Gellius, Noct. Attic. lib. XVI, cap. 11, ex Herodoti libro IV, lepidam recitat de Psyllorum interitu fabulam. HARD.

Ex iis. Chiffl. *iis*; omisso nempe τῷ *ex.*

Hodieque remanet. Gronov. *remanent*; et sic vulgo. Prorsus diversus abit a Plinio Solin. XXVII, 42. ubi ait, *nihil quidquam aliud, praeter opinionem de vestigio nominis sui Psyllos reliquisse.* Quo ex loco, etsi non ex aliis, recentiorem multo, quam Plinium, fuisse Solinum apparet. H.

Marsorum genus. Ita Paris. cod. et Chiffl. Gellius, ibid. lib. XVI, cap. 11: *Gens in Italia Marsorum orta esse fertur a Circae filio: propterea Marsis hominibus... vi quadam genitali datum est, ut serpentium virulentorum domitores sint, et incantationibus, herbarumque succis, faciant medelarum miracula.* Hinc Pliniani libri hactenus editi, *Marsorum gentis*, prae se ferunt. Haec fere ad verbum Solinus, cap. II; ubi vid. Salmasii Exercitt. HARD.

et ideo inesse iis vim naturalem eam. Et tamen omnibus hominibus contra serpentes inest venenum; feruntque ictas saliva, ut ferventis aquae contactum fugere. Quod si in fauces penetraverit, etiam mori; idque maxime humani ieiuni oris.

Supra Nasamonas confinesque illis Machlyas, Androgynos esse utriusque naturae, inter se vicibus coeuntes, Calliphanes tradit. Aristoteles adiicit dextram mammam iis virilem, laevam muliebrem esse.

Circae. Gronovius *Circes.* Chifflet. et omnes manuscripti, ait Harduinus, ut nos. As.

Circae filio. Telegono, quem in insula Aeâ peperit Vlyssi. As.

Ortos servant. Parmensia editio, *ortos ferunt.* Hard.

Omnibus hominibus. Hanc vim inesse salivae hominis cecinit Nicander in Theriac. ut vel odore serpentes fugat: Πολλάκι καὶ βροτέων σιάλων ὑποείτρεσαν ὀδμήν. Item Arist. Hist. Anim. lib. VIII, cap. 29, ed. Lugd. Lemare, 1591: Εστι δὲ τοῖς πλείστοις αὐτῶν (τῶν ὄφεων) πολέμιον τὸ τοῦ ἀνθρώπου πτύελον. Vide quae infra dicturi sumus lib. XXVIII, cap. 7 initio.] Haad.

Ictas saliva. Magis probaverim, *ictus*, vel *ictum salivae*, *ut ferventis aquae contactum*, *fugere.* Haad. — In quibusd. *ferunt*, absque ἐγκλιτικῷ. Vid. marg. Varior.

Ferventis aquae contactum. V. et M. *Frigentis aquae contactum.* E marg. Varior.

Nasamonas. Gens in Africa, de qua supra in Geographicis dictum, *Psyllis* vicina et Cyrenaicia ad gradum latitudinis 35 (ab insula quam vocamus *de Fer*) nunc in imperio Tripolitano. *Supra* est idem τῷ *ultra*, meridiem versus. As.

Machlyas. Μάχλυες Herodoto lib. IV, dicuntur, num. 178. Quidam *Machlyos* male. Haad.

Androgynos. August. lib. XVI de Civit. cap. 8. *Perhibetur*, inquit, *quibusdam utriusque sexus esse naturam, et dextram mammam virilem, sinistram muliebrem, vicibusque alternis coëundo, et gignere, et parere.* Haec eruditi fabulosa censent. Haad. — Merito quidem; atqui tamen Harduini temporibus non haec omnes fatebantur; nunc nullus nescit qui paululum se naturalium rerum contemplatorem effecit. Alicuius tamen momenti est nosse quid hac de materia varii variis saeculis cogitarint, et quo pacto a fabulis et anilibus figmentis ad verum ratio pervenerit. Vid. Richerand, *Physiol.* Tom. II, pag. 399. Vid. et mox not. ad c. 4 init. Caeterum non inutile est annotare, si quis nasceretur puer ambigui sexus, hunc statim in mare, vel flumina deiici; tum virgines ter novenae urbem perambulabant canentes, et Iunoni sacrum offerebant, hoc piaculo sibi visae immunditiam a se praevertere. As.

Vtriusque naturae. H. e. sexus.

Coeuntes. Apud Chifflet. *coëuntibus.* Marg. V.

Calliphanes. Parum notus auctor.

8 In eadem Africa familias quasdam effascinantium, Isigonus et Nymphodorus: quorum laudatione inter-

Vid. tamen Fabric. Bibl. graec.

Mamnium iis virilem. Tolet. cod. *in mammis virilem.* — *Aristoteles adjicit... esse.* Vt Amazonidum genti fuisse tradunt; ea scilicet differentia praenotata, quod illae alteram e mammis sibi ipsae urendam curarent, hae vero unam duntaxat a natura datam prae se ferrent. Porro facile adspicuum est *mammas* non idem cum *uberibus*, quum de feminis duntaxat vox posterior vulgo sumatur, prior et de viris. Tullius, de Finib. lib. III, cap. 18: *Viris mammae atque barba.* Pariter *mamilla;* ut in hoc Satyrographi: *Cui laeva in parte mamillae Nil salit.* Cuius rei habita ratione apud naturae peritos per *mammiferos* species tota signatur, mas et femina. Az.

Familias quasdam effascinantium, etc. Ne hodie quidem a magicis artibus fidem Nigritae abiudicant; quippe quas ex iis non pauci exercent, venenorum sane peritiores quam incantamentorum. Porro et in Europa nostra olim percrebuit vana de quorumdam potentia credulitas; cuius particeps doctus in caeteris et perspicax Bodin; et provincialium hominum, qui quidem e plebe sunt, multi dubitant potius quam falsum esse ducunt. — Maligne spectantium oculis dira saepe accidisse, quasi fataliter, olim existimatum, et dudum nota res est, et tirones ex hoc Virgilii docebuntur, Eclog. III, 103: *Neseio quis teneros oculus mihi fascinat agnos;* famoso alioqui, quod Βουκολικοῦ ῥυθμοῦ apud Latinos exemplum sit. Immo ὀφθαλμὸν βάσκανον dicit expresse Heliod. in Aethiop. quod Theocr. scholiastes ita interpretatur: Κτείνοντα καὶ φθείροντα τὸ ὁραθὲν, καὶ μάλιστα παῖδας. Caeterum quod h. l. *familias* ait, ex hoc pervide in quibusdam familiis has servari, sive artes, sive fraudes dicere malueris, arcanorum vice quae filio pater, quasi haereditatem tradit ad nepotem mox transferenda. Sic et olim, ante iatricen natam, aut multis cultam, apud Graecos fuit; sic, et his quae mediam aetatem vocant temporibus, medicina saepe in arcanis fuit. Immo nos et hoc die matronas novimus pietate spectabiles et natalibus, quae remedia solae norunt efficacissima et pauperibus gratis subministrant. Quo autem pacto a *fascino* quod virilis pudendi συνώνυμον est (V. Horat. Carm. Epod. VIII, vers. 18, et Priapeia Carm. XXXIV, vers. 6, seqq. et ad hos commentatores), *fascinare* derivatum, aut a *fascinando* τὸ *fascinus*, res inprimis ardua est, nec in qua explananda horulas tres aut quatuor satis esset impendi. Nos haec aliis linquimus, uno hoc notato, fascinum fascini imaginem coriaceam, aut ligneam fuisse, puerorum collo suspensam, ut incantationes depellerentur. Fascinatio quoque. Varr. de Ling. Lat. Az.

Quorum laudatione, etc. Virg. Eclog. VII, 27: *Aut, si ultra placitum laudarit, baccare frontem Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro.* Fascinus pro Deo habitus, qui fascinum depelleret, hominis pudendum fuit; *turpicula res,* ut inquit Varro, *pueris solita e collo suspendi.* Quam ob causam si quando animo bono, candide et sine livore laudari quempiam vellent, laudationi ut adderetur, *praefiscini,* exigebant, id est, absque

eant probata, arescant arbores, emoriantur infantes. Esse eiusdem generis in Triballis et Illyriis adiicit Isigonus, qui visu quoque effascinent, interimantque quos diutius intueantur, iratis praecipue oculis: quod eorum malum facilius sentire puberes. Notabilius

fascino, ἀβασκάντως. Titinius in Setina: *Paula mea, amabo. Pol tu ad laudem addito: Praefiscini; ne puella fascinetur.* Turn. c. 10, 22, etc. Cf. Scaliger. in Varronem, de Ling. Lat. et ad Catull. Plaut. Asin. II, 4, 84: *Praefiscini hoc nunc dixerim, nemo etiam me accusavit Merita meo.* Vide cap. 4, 28. Dal. — Gellius IX, 4: *In libro*, inquit, *Plinii Secundi Historiae Naturalis septimo, legi quasdam esse in terra Africa familias hominum, voce atque lingua effascinantium: qui si impensius forte laudaverint pulcras arbores, segetes laetiores, infantes amoeniores, egregios equos, pecudes pastu atque cultu opimas, emariantur reprente haec omnia, nulli alii causae obnaxia.* Hard.

Probata. Sic enim latine id nomen in libris antiquis, etiam manu exaratis, scribitur; quod cave tamen ne cum *probata* a *probando* idem esse censeas, quum sit ex graeco πρόβατα, quod oves significat, pecudesque lanigeras. Sic infra, eodem libro, cap. 48, *pyctam* dixit pro pugile; et lib. XXXV, cap. 36, scripsit *pallacas* pro concubinis. Ita Cicero, in Verrem Actio 2, Orat. v, *in acta* dixit, ἐν τῇ ἀκτῇ, in litore. Hard. — Potuisset et multos et Papinium inprimis addere, qui, magis de improviso, Achilleid. II, 441: *Oebalios in nubila condere discos, Et liquidam nodare palen* (nempe luctatianem a graeco πάλη); tum et solemne id comparationis genus morientium cum πρόβασι fuisse apud Veteres, meminisse. Thucydides in peste Atheniensi aegros tradit ὥσπερ τὰ πρόβατα θνήσκειν, et Lucretius lib. VI fin. in Epizootia: *Lanigeras tanquam pecudes*, etc. Vbi cf. natas Wakefieldi. — Vix tamen me ea fatear posse adduci, ut *probata* credam mere graecum in h. praesertim l. ubi *probare* optime convenit, et πρόβατα ambiguitatem nulli tolerabilem gignit. Quisquis enim *q. l. i. p.* leget, huic affirma visum iri τὸ *probata* cum *approbata*, nam cum oves συνώνυμον. Ergo quae sequuntur, sensum mutant φράστως quae praecedit! At cur de ovium clade non loquitur? Non necesse de omnibus loqui obiter loquentem; et forsan e textu vox *animalia* excidit. As.

Iratis praecipue oculis. Tolet. cod. *irritatis*; male. Gellius lib. IX, cap. 4: *Traditurque esse homines in Illyriis qui interimant videndo quos diutius irati viderunt.* Hard.

Puberes. Pueros, vel *impuberes* magis probat Rhenanus. At reclamant codices MSS. et editi omnes; ac prodigium significari hoc loco simile veri est, diversum a superiore, in quo emori infantes laudantium fascinatione dictum est. Nam Thibios, de quibus Plinius post disserit, non infantibus moda, sed et adultis visu nocere docet Plutarchus, ut ibi diximus. Hard.

Notabilius esse quod.... in oculis singulis habeant. Multo magis probaverim cum eodem Rhenano *notabiles*

esse quod pupillas binas in oculis singulis habeant. Huius generis et feminas in Scythia, quae vocantur Bithyae, prodit Apollonides. Phylarchus et in Ponto Thibiorum genus, multosque alios eiusdem naturae: quorum notas tradit in altero oculo geminam pupil-

esse, hoc est, nota illa insignes esse, internoscique ab aliis. Nam paulo post de Thibiis quoque: *Quorum notas*, inquit, etc. Favere videtur emendationi Gellius, quum post adducta paulo ante verba, subiungit: *Eosque ipsos mares feminasque qui visu tam nocenti sunt, pupulas in singulis oculis binas habere.* Haad. — Quoad exegeseos seriem, magas esse duplici pupilla quoque nos Ovidius docet, Amor. lib. I, Eleg. 8, 15, adversus Magam: *Suspicor, et fama est: oculis quoque pupula duplex Fulminat, et gemino lumen ab orbe micat.* Vid. Brod. c. 37. — Vnde haec de pupnla duplici pervagata opinio, equidem nescio; neque crediderim tales unquam in humanitate, etiam monstrosa, oculos visos. Cuvier.

Bithyae. De his pariter Solinus cap. 1, et Gellius, lib. IX, cap. 4. Vereor ut Salmasius recte coniecerit, qui Scythicam gentem, *Bituam*, nomine latino putet appellatam: quod binas pupulas haberet, quibus tuemur. In Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. et Chifflet. legitur *Vitiae.* Si coniecturae locus, libentius *Thibiae*, permutatis syllabis agnoverim: nam Hesychio pag. 444. Θίβεις, γυναῖκές τινες. Et Thibii, de quibus mox agetur, Θηβεῖς a Plutarcho nomen habent. H. — In vano labor. Nam omnino *Bithyae* legendum est; siquidem Stephanus Byzant. Bithyas in Thracia memorat quam ab his feminis diversam gentem male omnino scripsit Dalecampius, nempe dum meminit Plinianas magas e Scythia esse. Sed olim Scythae Thraces nuncupabantur a Graecis qui mesembriam versus siti, hyperboream Thraciam autumabant, aliunde nivalem et asperam montibus τινοστιφύλλοις. Ovid. Metamorph. lib. XV, vers. 356: *Esse viros fama est in Hyperborea Pallene;* atqui Pallene eiusd. latitudinis est cum Neapoli, nempe minus quam 41.° Et, Romanorum etiam vigente imperio, Thraciae septemtrionalia, quanquam citra Danubium, Scythia andiverunt: Scythiae Latinae Tomi, qua in urbe Naso exsulavit. Tum memento Thracum colonis non paucis Asiam habitatam esse, et praecipue Bithyniam, quam a Bithynu quodam, vel Bithya, Iovis filio, nominatam ait Herodotus. Caeterum quod feminas Bithyas Noster vocat, id facile crediderim errorem a terminatione plerumque feminina *as* profectum. Aj.

Thibiorum. Hoc ipsum ex eodem Phylarcho refert Plutarchus lib. V Sympos. Quaest. 7: Καὶ τοι τούς γε περὶ τὸν Πόντον οἰκοῦντας πάλαι, Θηβεῖς προσαγορευομένους ἱστορεῖ Φύλαρχος οὐ παιδίοις μόνον, ἀλλὰ καὶ τελείοις ὀλεθρίους εἶναι. Horum quoque Gal. meminit lib. I Methodi, ut servorum emptitiorum. Vida Innium, Adag. 36, Cent. VIII. Haec gens adeo pestilens fuit, ut solo halitu perimeret. Didymus. Dal.

lam, in altero equi effigiem. Eosdem praeterea non posse mergi, ne veste quidem degravatos. Haud dissimile iis genus Pharnacum in Aethiopia prodidit Damon, quorum sudor tabem contactis corporibus afferat.

Feminas quidem omnes ubique visu nocere, quae duplices pupillas habeant, Cicero quoque apud nos auctor est. Adeo naturae, quum ferarum morem vescendi humanis visceribus in homine genuisset, gignere etiam in toto corpore, et in quorumdam oculis quoque venena placuit: ne quid usquam mali esset, quod in homine non esset.

Equi effigiem. Nomine τοῦ ἵππου Plinium deceptum arbitror. Significat enim ea vox et equum animal, et ingenitum oculi vitium, quo instabilis et tremulus assiduo motu concutitur. Phylarchus nictationem perpetuam intellexit, quam Plinius equi effigiem interpretatur. Dal. — Deiusum nonnulli Plinium arbitrantur ambiguitate graecae vocis ἵππος, quae non equum modo significat, sed et insitum oculo vitium, quo subinde tremulus nictat, semper instabilis. Verum deludi reprehensores Plinianos similius veri videtur; et quod id vitium admirabilitatem habeat omnino nullam, quam ob causam reddi id miraculum oportere auctori suo Phylarcho Plinius censuerit; et quod inesse illud oculo uni, experte interim eius mali altero, nequeat; et quod geminae demum pupillae, quae in oculo uno deprehenditur, sit magis affine vitium insueta aliqua in altero effigies. Hard. — Nos Daiecampio ita suffragamur, ut deceptum τοῦ ἵππου ambiguitate non Plinium arbitremur, sed Phylarchum. Quanquam et deceptus et graeca perperam vertens Plinius potuit mirari et ad auctorem remittere, non secus ac si mira vere in illo invenisset. Non sola haec in verbo ἵππος ambiguitas fuit. Aj.

Eosdem.... veste.... degravatos. Magicae rei peritus non mergi, res diu, etiam apud recentiores, pro certo habita; unde mos in aquam eos ligatos proiici, qui malarum artium accusabantur; et hoc unum fuit e Dei iudiciis. Cuvier.

Iis genus Pharnacum. Chiffl. *id g. Ph.* male. Non scythicarum modo, ut diximus, sed et aethiopicarum vocum originem s. ἔτυμον, repetere Salmasius nititur e fontibus alienis, hoc est, latinis graecisve, quum hoc loco genus Φαρμακίων legi cupit. Codices tamen MSS. *Pharmacum* legunt. H.

Damon. Quis ille nos nescimus, nisi scriptor quidam sit e Cyrene, quem de historia philosophiae scripsisse tradunt Diogenes Laërt. et Plutarchus. Aj.

Cicero. In iis scilicet libris, quos iniuria temporum doleamus intercidisse. Haan.

Adeo naturae.... non esset. Quam

11 Haud procul urbe Roma in Faliscorum agro familiae sunt paucae, quae vocantur Hirpi: hae sacrificio annuo, quod fit ad montem Soractem Apollini, super ambustam ligni struem ambulantes non aduruntur. Et ob id perpetuo senatusconsulto militiae omniumque aliorum munerum vacationem habent.

12 Quorumdam corpori partes nascuntur ad aliqua mi-

hic valde ludatur Noster et legentes ludat, vel ex hoc conspice quod nullum venenum, nisi tactile laedat. Atqui haec eminus, si nocent, nocent. Ai.

Hirpi. Ita rescripsimus ex codd. Reg. 1, 2, et Paris. Solinus, cap. III *Quos Hirpos vocant.* Ab Hirpinis sc. Italiae populis, de quibus lib. III, c. 16. Hae familiae longe situ magis dissitae, quam appellatione dissimiles. Hae enim in Faliscorum agro Etruriae: illi Samnitium vicini et Lucanorum. Parmensis editio, aliaeque, habent *Hirpiae.* Haan.

Soractem. Monte S. Oreste, ut diximus libro secundo, cap. 95. Ad hos Hirpos, et ad hunc ritum respexit Virgilius, Aeneid. XI, 785, apud quem sic Aruns, ex eo sacrificulorum genere, ut videtur, unus: *Summe Deum, sancti custos Soractis Apollo, Quem primi colimus, cui pineus ardor acervo Pascitur, et medium, freti pietate, per ignem Cultores multa premimus vestigia pruna.* Verum per ignes caute ambulasse scito, ex Serviu, qui Varronem testem advocans, sacrificulos illos admonet per prunas ambulaturos, medicamento aliquo solitos sibi plantas tingere. Strabo, Geogr. lib. V, non Apollini, sed deae Feroniae fieri haec sacra prodidit. Maronem Silius sequitur, V, 175. H.

Apollini. Strabo lib. V, non Apollini, sed Feroniae haec sacra fieri solita tradit, cuius et eo loco fanum fuerit, urbsque cognominis. Dal.

Non aduruntur. Fraudem hic etiam subolere est illius non dissimilem, qua vir Hispanus nostris diebus Lutetiae usus est, igni invium sese dictitans, igne tandem consumptus et suis ipse artibus mortem nactus. Cuvier.

Et ob id perpetuo senatusconsulto. Vtrumque meum exemplar, non *senatusconsulto* legit, sed *senatusconsulti:* quam lectionem ille approbabit, quisquis Plinianum observaverit morem, quae apud alios auctores nomina aliarum sunt inflexionum, in quartam libentissime mutandi. Pint.

Quorumdam corpori. Chiffl. *corpore.*

Quorumdam corpori partes nascuntur ad aliqua mirabiles. Ita omnes codices MSS. Nec tamen assentior Rhenano ac Pellicerio, qui legi sic iubent, *corpori partes adnascuntur, alioqui mirabiles:* ut sit haec loci sententia, extraordinaria quoque membra, quae inutilia plerumque sunt ac supervacanea, legitimis caeteris praestantiora interdum deprehendi et admirabiliora. Nam ut illud omittam, nullis eam lectionem codicibus defendi posse, Plinio ipsi adversari plane affirmo, qui de legitimis agit, qualis fuit Pyrrhi pollex, in quo

rabiles: sicut Pyrrho regi pollex in dextro pede, cuius tactu lienosis medebatur. Hunc cremari cum reliquo corpore non potuisse tradunt, conditumque loculo in templo.

Praecipue India Aethiopumque tractus miraculis 23
scatent. Maxima in India gignuntur animalia. Indicio sunt canes grandiores caeteris. Arbores quidem tantae proceritatis traduntur, ut sagittis superiaci nequeant. Haec facit ubertas soli, temperies caeli, aquarum abundantia, si libeat credere, ut sub una ficu turmae condantur equitum. Arundines vero tantae

exemplum statuitur: de agnatis hoc loco verbum nullum facit. Hard.

Sicut Pyrrho regi. Haec quoque narrat Plutarchus in vita Pyrrhi. H. — Haec da regibus non raro, gliscente adulatione, prolata et circumlata ubique sunt; sed et Imp. Flavii miraculis, et Franciae Angliaeque regum adversus scrofas potestati appendenda. Cuvier.

Hunc cremari. Adi Plutarchum, loc. cit.

Maxima in India... animalia. De his Aelianum vide, de Histor. Anim. lib. XVI, cap. 11, et seqq. item, lib. XVII, cap. 26. Hard.

Indicio sunt canes. De cane Indico, qui cum leone dimicarel, Aelianus Hist. Anim. lib. IV, cap. 19. Vide et Plinium lib. VIII, cap. 40. Hard.

Sagittis superiaci nequeant. Haec pariter Solin. cap. LII, pag. 81. Hard. — Mox: *Ut sub una ficu.* Chiffl. *fico.* Perperam, teste Martial. lib. I, epigrammat. 46. *Quum dixi ficus, rides quasi barbara verba, Et dici ficos, Caeciliane (paene exciderat calamo* Chifflelianae), *iubes: Dicemus ficus quas scimus in arbore nasci; Dicemus ficos, Caeciliane, tuos.* Ai. — De ficu Indica copiosius post agetur, in Vegetal. l. XII, cap. 11, ubi videnos. Strabo, Geograph. lib. XV, sub una arbore condi posse equites quinquagenos, ex Aristobulo prodidit: Onesicritus etiam quadringenos. H. — Arbor haec est quam *ficum religiosam* Linnaeani vocant; cuius nempe rami ita in terram vergunt, ut radices emittant surculosque progenerent usque et usque, qui cum stirpe primaria cohaerentes, et truncos tamen efficiunt sui iuris. Vnde una arbor, aliquando ad silvae instar est. Cuvier.

Arundines... homines ferant. Haec Plinius ex Herod. lib. III; Tzetzes, Chiliad. VII, vs. 741 sq. Ὁ Τζέτζης λέγει τοὺς Ἰνδῶν καλάμους τῷ Κτησίᾳ Ὡς διορυγίους γράφοντι τὸ πλάτος· τίς πιστεύσοι; Καὶ τοῖς τὸ ἓν γονάτιον δύο ποιεῖν ὁλκάδας. Vide quae dicturi sumus l. XVI, cap. 65. Hard. — Arborem *Bambou* h. l. intellige quae quum e *gramineis* sit, validissimis tamen arboribus par evadit, proceritate, crassitudine, duritia. Genus sane notabile, in quo species una, *Bambon arundinaceam* dicunt, in sexaginta pedum (a rege dictorum)

proceritatis, ut singula internodia alveo navigabili ternos interdum homines ferant.

Multos ibi quina cubita constat longitudine excedere: non exspuere; non capitis, aut dentium, aut oculorum ullo dolore affici, raro aliarum corporis partium: tam moderato solis vapore durari. Philosophos eorum, quos Gymnosophistas vocant, ab exortu ad occasum perstare, contuentes solem immobilibus oculis: ferventibus arenis toto die alternis pedibus insistere. In monte, cui nomen est Nulo, homines esse aversis plantis, octonos digitos in singulis habentes, auctor est Megasthenes.

altitudinem usque crescit. Stirps, ut aiunt, articulata; unde ut spatium innuatur quod inter articulationes iacet, graphice simul et concinne Noster scripsit *internodium*. Cuvier.

Multos ibi constat... excedere. Noli credere; pares statura Indi caeteris mortalium. Cuvier. — Et sapientior multo Horatius, quum ait Od. I, 22, 7: *vel quae loca* fabulosus *Lambit Hydaspes*, una vocula, vel oestro suo raptus, inter somnia fabellasque aniles haec relegans quae de Indis circumferebantur. Ar.

Non exspuere, etc. Haec a calida temperie; sed nec certis tantum locis, modo frigus absit, nec contra naturam.

Solis vapore. Hoc est, calore, ut diximus lib. II, cap. 40. Hard.

Philosophos eorum.... ad occasum perstare. Haec iisdem verbis Solinus cap. LII, ex ipso Megasthene, quem Plinius laudat auctorem. Hard. — Delirantium ματαιότης in qua philosophiae ne hilum quidem; hodie tamen usitata, in Industhene, Fakiris, quos pares sibi et successores genuere γυμνασοφισταί. Cuvier. — Ni forte et iam Alexandri temporibus *Fakirs* nuncupabantur οἱ ψευδόσοφοι, quorum de more solemni nomen graecanica rotunditas invertit. Nec Βράχμανες aut, ut hodie, *Brahmi* sapientiores; sed haec aliis. De his cf. Bernier, Rogers, et caeteros qui Indiam viatores adivere. Ar. — *Homines aversis plantis.* Iterum nugantur, cautus caeteroquin aut a viris deceptus non incautis, dum in montium altissimorum iugis aut asperis et inviis locis haec fieri monet, aut monent. Fortasse et non male suspicabere has viatorum graecorum narrationes ex commentis religiosis Scytharum temere et credule nimis depromptas. Nos docet viator quidam coaevus, D. D. Henderson in libro suo *Biblical researches*, populum in Caucaso cui nomen *Inguseh*, credere Cacodaemonas quosdam, solitos faciem indui hominum armatorum quibus aversi pedes *(with their feet inverted)*. Cuvier.

In multis autem montibus genus hominum capiti- 15
bus caninis, ferarum pellibus velari, pro voce latratum edere, unguibus armatum venatu et aucupio vesci. Horum supra centum viginti millia fuisse prodente se Ctesias scribit: et in quadam gente Indiae, feminas semel in vita parere, genitosque confestim canescere. Item hominum genus, qui Monocoli voca- 16
rentur, singulis cruribus, mirae pernicitatis ad sal-

In multis autem montibus, etc. Haec sd verbum Solinus loc. cit. et Gellius lib. IX. Meminit etism D. Augustin. de Civit. Dei lib. XVI, cap. 8. Apud Tartaros gentem plane facie et moribus huic similem esse, scriptores idonei referunt, quos laudant Majolus, Colloq. II, pag. 31, et Nierembergius Histor. Nat. lib. VIII, cap. 1. H.

Genus hominum capitibus caninis. Locum errori, me quidem iudice, dedit genus simiarum quibus, ob longiorem maxillam et os valde eminens, nomen impositum Cynocephalon. Cuvier.

Ctesias scribit. In eo libro, quem de Indicis rebus conscripsit. Exstat haec eius narratio multo prolixior apud Photium, in Bibl. cod. 73, qui eam mendaciis refertissimam putat. Hac porro forma loquendi, *prodente se*, intelligitur hunc eorum hominum numerum fuisse, quo tempore Ctesias haec commentaretur. H.

Prodente se Ctesias scribit: et in. Quibusdam *proditur. Ctesias scribit in.* Non insulse. Namque nec τὸ *proditur* cum puncto φράσεως τελείας indice inelegans est; et τὸ *prodente se* vix intelligendum. Prodit Ctesias: scribit Ctesias. Sed quid *prodente se Ctesias?* Mallem sane: *scribente se prodit*; ni glossam id redoleret. Caeterum si vulgatae steteris, refer *prodente se* ad *fuisse*, non ad *scribit*; unde sensus hic erit: quum ipse memoriae scriberet. Supra 120,000 hominum illi erant, Ctesiae scribentis temporibus, si quid Ctesiae credas. Az.

Et in quadam gente... parere. Solinus loco citato ex Ctesia. Ctesiae ipsius verba Photius recitat loco cit. fabulisque accenset. Hann. — Iterum atque iterum e Ctesia ineptiae, nun condignae quidem quas Plinius colligeret. Cuv. — De unico non solum feminarum partu, sed et de his quae sequuntur, vir praeclarus. Merito quidem; nam et priscis saepe temporibus, quum et credulitas vigeret et χριτικώτατος nullus fere, tamen ob ridiculas de intima Asia fabulas *fabulosus* Horatio, ut vidimus, censebatur Hydaspes (not. 70), et ob Ctesiam praecipue Luciano scriptum reor *Iter verum*, ubi tot congesta iocantium et senum deliramenta, Lachanopteri, etc. Az.

Monocoli. Quidam prae se ferunt *Monosceli*, unde concludendum *Monosceles*, vel *monoscelis*; nam *monosceli* nomin. plur. malum est. Caeterum sive *Monocoli* legas, sive Μονοσκελεῖς, nihil interest. Sed codices Reg. 1, 2. Paris. et Chiffl. secuti sumus, ac Turnebum in Adversariis; a quo descripsit et Salmasius

tum: eosdemque Sciapodas vocari, quod, in maiore aestu, humi iacentes resupini, umbra se pedum protegant; non longe eos a Troglodytis abesse. Rursusque ab his occidentem versus, quosdam sine cervice oculos in humeris habentes.

in Exerc. pag. 1006, et in Hist. Aug. pag. 118 *Monocoli*, ἀπὸ τοῦ μόνου κώλου, ab unico crure. E Graecorum mendaciis sunt isti Monopodes, Sciapodesque. Haan. — Cf. Cael. Rhodig. lib. IV, cap. 12, qui fabulosus quoque ait, sed et argumento symbolum suum det. Aj.

Ad saltum. Cod. Sabellic. *assultim.*

Eosdemque Sciapodas vocari. Quidam *Sciopodas.* Scribo *Sciapodas* cum *a*, in secunda syllaba, ex Stephano et Philostrato in vita Apollonii: item alexandrino Hesychio, adstipulante etiam utroque scripto exemplari. De reliquo notandum, haec verba paulo post inserenda esse, post illa quae sequuntur: *Eudoxus in meridianis Indiae viris plantas esse cubitales*, eosdemque Sciapodas vocari, *quod in maiore aestu humi iacentes resupini umbra se pedum protegant.* Pintian. — Mox nescio quis in edit. Veriur. legit: *eosdem Sciapodes vocari, quod in calore aestus*, etc. Vide Salmas. p. 1006. Item et Harduinus, ut mox in subiecta exegesi videbis. Mihi quoque unica placet *Sciapodes*; at causas adiiciam. Σκιόποδες quidem bonae graecitatis, immo optimae, aut certe melioris; nil enim in componendis vocabulis refert ἄρσην ne τὸ γένος an θῆλυς prima vox sit, ut τῇ ῥίζῃ vocalis o subiungatur. Licet tamen η vel α scribere, praesertim si qua vocalis aut ρ in radice ultima littera sit, ut in ἡμέρᾳ, σκιᾷ, quod ex ἡμέρ et σκι. Sed quod caeteris Graecorum licuit, poëtis solemne est, nova verba ut hexameter patiatur (porro *Sciopodes* proceleusmaticus, at iambopyrrhichus *Sciapodes*); et Ionica semper dialectus dixit Σκιήποδες, Dorica (Ctesias vero ἰδώριποδς), Σκιάποδες. Aj. — Σκιάποδες, cum τῷ α auctoritates firmant Tzetzae, Suidae, Stephani, Hesychii. Στεγανόποδες eidem Tzetzae, Chil. VII, v. 766, ex Apollodoro, qui eos fabulosis historiis annumerat, uti et ἀστόμους, et ὀπισθοδακτύλους, et ἱμαντόποδας, et ἱμαντοσκιλεῖς. Ctesiae verba ex Periplo Asiae recitat Harpocration verbo Σκιάποδες. H. — Vel si Harpocration non erit in promptu, adi Herodotum Wesselingii, ad calcem, ubi fragmenta e Ctesia. Ai.

Non longe eos a Troglodytis abesse. Rursusque ab his occidentem versus quosdam, etc. Existimo converso ordine legendum esse, *Rursusque ab his occidentem versus quosdam sine cervice, oculos in humeris habentes. Non longe eos a Troglodytis abesse.* Nam quum illos qui oculos in humeris habent in India esse conatet, Solino etiam teste, et Troglodytae pertineant ad Aethiopiam, si post Sciapodas, quos non longe a Troglodytis distare ait, alias rursus occidentem versus Indiae gentes collocet, videbitur Plinius in ordine et situ regionum aberrare. Pintianus. — Acutissime; malim tamen, videant alii, *orientem versus.* Nam et minor sic novatio in contextu quem nefas sua deque vertere (porro iam fatigavit Pintianus, passim); et τοῦ

Sunt et Satyri, subsolanis Indorum montibus Catharcludorum dicitur regio, pernicissimum animal: quum quadrupedes, tum recte currentes, humana effigie, propter velocitatem, nisi senes aut aegri, non 17

rursus melius iam ratio conatabit. Μονότροποι, in India; occidentem versus, nec procul a Troglodytice distantes, Σκιάποδες; rursus πρὸς τὴν Ἠώ, Omophthalmi. Nec me fugit *Rursus* non idem semper cum τοῖς Πάλιν, Ὕστερον, Αὖθις, at nonnunquam pro contrario motu capi, ut in compositione syllaba *re*. Az.

Oculos in humeris. Solin. loc. supra citato, et Gell. Noct. Attic. lib. IX, cap. 4. Sunt qui haec in uno monstro aliquo singulari vera esse posse fateantur: in gente aliqua universa negent. Grotius tamen lib. IV Hist. de rebus Belg. pag. 239, de hoc hominum genere agens: *Quod certiore testimonio firmatur*, inquit, *capite truncos homines, qui vultus in pectore gerant, esse, aut colli brevitate, erectisque humeris tales videri, haud pertinaciter refellam: satis gnarus, ut alibi ignium intemperie, ita vi frigoris nimia peccare naturam*. Vide et Majolum, Colloq. II, p. 30, et eum Augustini locum, quem extremo hoc capite allaturi sumus. H.

Satyri. His additam fidem Veteres testantur. Dalec. In edit Varior. *In vasto Oceano repertos Satyros ab Euphemo Care in insulis, quas Satyridas vocant, Pausanias narrat, rustos, caudis non minoribus quam equorum, salacissimos, ut qui mulierem expositam et anteriore venere et posteriore vexarint petulantissime*. Item Cuvier, in notis gallicis quas vertimus: *Id nominis (Satyri nempe) nulli non simiae, cui quidem proceritas contigit, datum; ea praecipue de causa quod in libidinem proniores, remque cum feminis libentissime habent*. Nec Harduinus nescius fuit. Vid. infr. Az.

Subsolanis Indorum montibus. Ad subsolanum, seu aequinoctialem ortum obversis. H.

Catharcludorum. Ita Reg. 1, 2, et Paris. *Catardudorum*, Colb. 1, 2, et Chiffl. *Cartadulorum*, editi. H.

Pernicissimum. Male *perniciosissimum* Franziana e Variorum margine, Harduinianam ineptiae suae epanorthosin praetendente, quam ad calcem vol. auctor reiecerat. Az.

Tum quadrupedes, tum recte currentes, humana effigie. In Salm. et Paris. cod. item in edit. Parm. *tanquam quadrupedes, tam recte currentes*. Vode Pintianus emendat, approbatque Pellicerius, *quanquam quadrupedes; tamen recte currentes*. Sed videntur ii mihi nimium indulgere coniecturae suae. De Satyris inter simiarum genera libro sequente Plinius. His praeter effigiem nihil esse humani abunde hic locus declarat, quum *humana effigie* Satyros esse prodit. Quadrupes fere igitur quum sit Satyrus, interdum pedibus uti posterioribus tantum potest, dum currit; prioribus, quos vice manuum natura ei tribuit, cum reliquo corpore elatis: quo fit, ut arduus, hominum more, rectusque feratur: quod incessus curvusque genus simiis quoque ipsis videmus esse familiarissimum: interdum etiam pronus idem potest, sicut caeterae quadrupedes, ingredi. H.

Nisi senes aut aegri, etc. Haec

capiuntur. Choromandarum gentem vocat Tauron, silvestrem, sine voce, stridoris horrendi, hirtis corporibus, oculis glaucis, dentibus caninis. Eudoxus in meridianis Indiae, viris plantas esse cubitales; feminis adeo parvas, ut Struthopodes appellentur.

18 Megasthenes gentem inter Nomadas Indos narium loco foramina tantum habentem, anguium modo loripedem, vocari Scyritas. Ad extremos fines Indiae ab oriente circa fontem Gangis, Astomorum gentem,

pariter Aelian. Hist. Anim. lib. XVI, cap. 21. H.

Choromandarum. Ita codices Reg. 4, 2, Colbert. 4, 2, Paris. et editi omnes. At vetus cod. Dalec. *Choraneorum*, ex quo forte eruere liceat *Choramnaeorum*, si gens est ea silvestris, cui velocitatem praeterea Ctesias attribuit, Historiarum lib. X, apud Steph. Byzant. Χωραμναῖοι, ἔθνος Περσικόν... οὕτω δὲ ταχύς ἐστιν ὁ ἄγριος ἄνθρωπος, καὶ διώκων τὰς ἐλάφους καταλαμβάνειν, *ea velocitate est, ut cervas cursu assequatur.* H.— Primariae magnitudinis simias crediderim. Cuvier.

Stridoris horrendi. Solin. cap. LII. Hard.

Struthopodes. Ἀπὸ τοῦ ποδὸς, καὶ τοῦ στρουθοῦ, quod pes haud maior iis quam passeri, vel ut volunt alii, quam struthioni, videretur. Hard.— Sic Struthocephalos Themistius dixit in paraphrasi Physicorum, quibus amplius caput non est quam passeri. Quidam non a passere Struthopodas ducunt, sed a Struthiocamelo. Dal.

Megasthenes. Hunc Strabo pariter lib. II, pag. 70, laudat auctorem, sed ita ut fidem ei derogandam censeat: qui ἐνωτοκοίτας in auribus cubantes, ἀστόμους καὶ ἄῤῥινας ore naribusque carentes, μονοφθάλμους unoculos, μακροσκελεῖς longipedes, ὀπισθοδακτύλους aversis praeditos digitis, aliasque eiusmodi nugas venditarit, ac Pygmaeorum τριπιθάμων fabulam Homericam instaurarit, et amplificarit. H. — Strabo Amycteras ἄνευ μυκτήρων vocat, omniaque et cruda comesse, parum vivere, ante senectutem mori, superius labrum eminentius habere tradit. Dalec.

Scyritas. Ita MSS. omnes, et editiones vetustae ante Hermolaum, qui recte se reponere credidit *Syrictas*, ex Solini testimonio, quod vir magnus cursim raptimque percurrens, nec vidit ad Astomos pertinere (de quibus postea), et ad gentem, de qua agimus, prave detorsit. Nec sane felicior Salmasius fuit, qui *Syrtas* legit, ἀπὸ τοῦ σύρειν τὼ πόδε. Neque enim indicae vocis ulla e graeco fonte petenda derivatio est: et cuivis attente Plinii mentem indagato, naribus carentes, hoc est ἄῤῥινας, ἀμύκτηρας, ut Strabo vocat l. XV (vid. supra), voluisse eum describere hoc loco constabit; quum et sequentes, quia ore careant, Astomos appellavit. Hard.

Astomorum gentem, sine ore. Haec Solinus cap. LII. Astomorum iconem

sine ore, corpore toto hirtam vestiri frondium lanugine, halitu tantum viventem, et odore quem naribus trahant. Nullum illis cibum, nullumque potum: tantum radicum florumque varios odores et silvestrium malorum, quae secum portant longiore itinere, ne desit olfactus: graviore paulo odore haud difficulter exanimari.

Supra hos, extrema in parte montium, Trispithami, 19
Pygmaeique narrantur, ternas spithamas longitudi-

exhibet Aldrov. lib. de Monstris, pag. 6. Hard. — *Struthopodes... Seyritas... Astomorum gentem.* Fabulae merae, neque ex iis quae explicari ullo modo queant. Cuvier.

Frondium lanugine. Hoc est vestibus e frondium lanugine contextis, quemadmodum uberius explicatum est lib. VI, cap. 20. Ridicule Gellius, aut obscure admodum est locutus, quum de his agens, *corporibus hirtis esse dixit, avium ritu plumantibus*: nisi de veste plumanti serica intelligas. Hard.

Halitu tantum.....quem naribus trahant, etc. Lege hac de re Strabonem lib. XV, ex Onesicriti sententia. Rhodiginus hunc locum lib. XXIV, cap. 21, ex Platone interpretatur. Dicit autem in calidis regionibus ac odoriferis homines plerumque esse gracili corpore, tenui cibo ac paene nullo, ex odoribus ali, et ipsam naturam loci herbarum et frugum succos redigere in odores, et humanorum corporum humores in spiritus resolvere. Quum igitur uterque (odor videlicet, ac spiritus) sit vapor quidam, et simile simili nutriatur, nimirum et spiritus, qui spiritum ducit, homo, plurimum odoribus accipit alimentum. Qui scripsit Homeri vitam, narrat malorum odore prorogatam ei aliquandiu vitam. Olympiodorus ex Aristotele historiam citat cuiusdam, qui aëre tantum ac sole nutriretur. Dal. — Haec, Sylphorum. Aj. — Solinus loc. cit. (vid. pag. 40 fin.): *Haec ego fabulosa arbitror: etsi odore aliquanto tempore produci vitam posse, medicorum filii asseverant.* In fabulis quoque Strabo annumerat lib. XV. Hard.

Extrema in parte montium, Trispithami Pygmaeique. In editis, *Spithamaei Pygmaei.* At codices Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chiffl. aliique constantissime: *Spithami Pigmaeique.* Nos ultima praecedent. vocis littera *m* repetita, unde *III Spithami*, ἀτρέμας; *Trispithami* reposuimus. Potuit enim facile a librariis omitti haec nota III, quid hic ea ageret non sentientibus. At de Trispithamis et Pentaspithamis Strabo non semel meminit, inprimis libro decimo quinto, ex eo ipso Megasthene, quem hoc loco Plinius auctorem sequitur. Gellius quoque hunc locum transcribens, *Trispithamos* legit: *Pygmaeos*, inquit, *haud longe ab his nasci: quorum qui longissimi sint, non longiores esse quam pedes duo et quadrantem*; hoc est, ternas spithamas, seu ternos dodrantes, ut Plinius ait. Denique Plinius ipse Trispithamos

ne, hoc est, ternos dodrantes non excedentes. salubri caelo, semperque vernante, montibus ab aquilone oppositis: quos a gruibus infestari Homerus quoque prodidit. Fama est, insidentes arietum caprarumque dorsis, armatos sagittis veris tempore universo agmine ad mare descendere, et ova pullosque earum alitum consumere: ternis expeditionem eam mensibus confici, aliter futuris gregibus non resisti. Casas eorum

diserte notat, quum subiicit statim, ut Pintianus animadvertit, ternas eos spithamas habere longitudine. Hard. — Scribendum puto, pro *Spithamaei* nempe quod in textu suo habuit, *Trispithamaei Pygmaei;* quia subiicit statim *ternas spithamas longitudine*, hoc est, ternos dodrantes non excedentes. Strabo lib. XV. *Sed ad fabulas rediens ait, homines quosdam esse quinque palmos, quosdam tripalmos, quorum nonnulli naso careant, et duo tantum spiramenta supra os habeant.* Mox cum tripalmis grues pugnare, quod et Homerus significat. Pint. — Nos, cum Harduino *Trispithami*. Nam αἶος in fine designat a quo res tempore evenerit, aut quibus soleat redire intervallis. Sic τριταῖον dic τὸν πυρετόν. Sic Theocriti Simaetha, Idyll. II: Ος μοι δωδεκαταῖος, ἀφ' ὦ τάλας οὐδέποθ' ἥκει. At ut longitudinem declares, nil his opus. Idem Idylliograph. Αδωνιάζ. vss. 16, 17: Νίτρον καὶ φῦκος ἀπὸ σκανᾶς ἀγοράσδων Ηλθε φέρων ἅλας ἄμμιν, ἀνὴρ τρισκαιδεκάπηχυς. Eiusdem notae et id. Videat. ultima annot. Ai. — In bono Homero Pygmaeos non miror, miror in Plinio. Cuv. — De Pigmaeis quoque l. VI, cap. 35. Dodrantem porro vocat; novem ex asse uncias, ex pede qui 12 pollicibus constabat, pollices novem. H. — Commentarius qui commentario eget. Namque pedis cuiusnam dodrans σπιθαμή? Num pedis romani qui ad nostras rationes reductus, 10 poll. 11 lin. 3/20 aequat, vel 295 millim. (aut exacte magis 0m,2958524)? At graeci viri haec narraverunt, pedis romani, ut credo, inscii. Ergo de pede aut Olympico agitur qui nobis esset 11 p. 4 l. 65/100, vel om, 308259, aut Phileterio qui 1 P. 1 p. 1 l. 38/100, h. e. 0m, 354004. Spithamen igitur (quae pedi :: 9: 12, vel 3: 4) patet vel 8 p. 6 l. 12/25 (0m, 231194) aequavisse, vel 9 p. 9 l. 78/100 (0m,265503); et hinc Trispithamorum mensura 2 P. 1 p. 7 l. 11/25 (0m, 693582), vel 2 P. 5 p. l. 34/100 (0m, 796509). Caeterum potuit notari et hoc non male de longitudinis mensura dodrantem, quod frequentius tamen de assis fractionibus; nam pedis pars quaeque duodecima apud Romanos fuit *Vncia*, sc. ex *uno*, ut vult Varr. de L. L. IV, vel ex siculo οὐγκία; novem porro unciae *Dodrans*. Ai.

Semperque. M. et Chifflet. *Superque*. Margo Variorum.

Homerus quoque. In Iliad. lib. III, vss. 3 — 6: Κλαγγὴ γεράνων πέλει οὐρανόθι πρό, Αἵ τ' ἐπεὶ οὖν χείμωνα φύγον.... Ανδρασι Πυγμαίοισι φόνον καὶ κῆρα φέρουσαι. Hard.

luto, pennisque, et ovorum putaminibus construi. Aristoteles in cavernis vivere Pygmaeos tradit: caetera de his, ut reliqui.

Cyrnos Indorum genus Isigonus annis centenis quadragenis vivere. Item Aethiopas Macrobios et Seras existimat, et qui Athon montem incolant: hos quidem, 20

Pennisque. Chiffl. *Pinnisque.*

Construi. Tol. cod. *Conseri.* Chifflet. *Conserui.*

Aristoteles .... tradit. Hist. Anim. libro VIII, cap. 15. Haab. — Cuius haec nimirum verba: Εστι δὲ ὁ τόπος οὗτος περὶ ὃν οἱ Πυγμαῖοι κατοικοῦσιν· οὐ γάρ ἐστι τοῦτο μῦθος, ἀλλ' ἔστι κατὰ τὴν ἀλήθειαν, γένος μικρὸν μὲν ὥσπερ λέγεται καὶ αὐτοὶ, καὶ οἱ ἵπποι· Τρωγλοδύται δ' εἰσὶ τὸν βίον. As.

Cyrnos Indorum genus... vivere. Nil de Cyrnia apud alios invenio. Coeterum et *Cyrni* urbs Euboeae, et *Cyrnos* nomen secundum fuit insulae Corsicae, quae prius Therapne. Suspicor vocem fictitiam, aut mirum in modum mutatam. Si quis v. de traditarum rerum veritate singulariter curet, Pliniana ne hili quidem faciat, mera somnia et his appendenda quae toties *Graecia mendax Audet in historia.* Quanquam non Graeci solum ausint, et plura Lusitanus vir *Faria e Souza*, in sua *Asia Portugueza* congessit, dum ait tribus saeculis quemdam in *Diu* vixisse; mox in *Guzurate* (veterum Larice Cherrhoneso) plurimos duocentis annis natos. In Indiae quidem septentrionalibus, maximeque in regione quae hodie *Pendjab* dicitur, et nobili convallium serie *Kashemire*, *Sirinagar*, *Gorgâh*, *Nepaul*, quae Alpibus suis circumseptae, et ver longum et aestatem non aestuosam habent, sër saluberrimus, et qui longaevitatem pariet, vel ferat. Sed, plerisque in locis, vividus plus aequo sër vitam elimat, ac morbi terris nostris hucusque incogniti vim hominum metunt; e quibus sat et amplius montanam febrim, et *gendchi*, et *mordekshim*, et elephantiaseos varias formas memorasse. As.

Item Aethiopas .... exist. Forte rectius *idem.* Aldrovandus libro de Historia serpentium p. 155: *Nostra aetate*, inquit, *in Italia caro viperina non in epularum lautitiis adhibetur, sed ob vitae longitudinem.* De viperarum esu et usu vide Plinium libro XXIX, cap. 38. Ad restituendam valetudinem usum esse Commodum Imperatorem, testis est, ut quidem coniicimus, nummus insignis ea aere magno in Museo nostro: M. COMMODVS ANT. P. FELIX AVG. BRIT. P. P.; capite laureato, vultu barbato, ore valetudinem aegram et languorem testante. ℞ IOVI IVVAXI P. M. TR. P. XIII. IMP. VIII. COS. V. DES. VI. S. C.; Iuppiter stat, fulmen dextra tenens, hastam sinistra; ad pedes, aquila romana, imperii et Augusti symbolum. Nos olim alios secuti, Invem Iuvenem appellari Commodum in hoc titulo diximus, falso; quum annum aetatis Commodus ageret tricesimum quintum, imperii decimum. Sententia his literis comprehensa haec videtur esse: IOvi VItali, In Valetudine Viperarum Esu Nutrienti Imperatorem. Infirma valetudine fuisse Commodum

quia viperinis carnibus alantur: itaque nec capiti, nec vestibus eorum noxia corpori inesse animalia.

21 Onesicritus, quibus locis Indiae umbrae non sint, corpora hominum cubitorum quinum, et binorum palmorum exsistere, et vivere annos centum triginta, nec senescere, sed ut medio aevo mori. Crates Pergamenus Indos, qui centenos annos excedant, Gymnetas appellat, non pauci Macrobios. Ctesias gentem ex his, quae appelletur Pandore, in convallibus sitam, annos ducenos vivere, in iuventa candido capillo, qui in senectute nigrescat. Contra alios, quadragenos non excedere annos, iunctos Macrobiis, quorum feminae semel pariant: idque et Agatharchides tradit.

supremis vitae suae annis, alii etiam nummi, nec pauci, testantur. Iuppiter Vitalis, Natura est vitae tutatrix et altrix, restitutrixque iuventae. H. — Harduino crede, sed Iovem Iuvenem sentienti. Quod sequitur mox *Macrobios*, latine est *longaevos*; a μακρὸς, *longus*, et βίος quod est vita. Horum quibusdam Onomscritus scripsit vitam ultra millesimum annum extendi. Non miror; a centesimo enim ad millesimum minus spatii et intervalli narrantibus est quam a quinquagesimo ad centesimum fuit. *Da poda, da spithamen; decapus erit.* Aj.

Quia viperinis carnibus alantur. Vid. not. super.

Vestibus eorum. Variorum margini: *visceribus.* Aj.

Noxia corpori... animalia. Pediculos. Hard.

Quibus locis. Sic Harduinianus textus ex Chiff. emendatione. Olim *quibus in locis* vulgatum, e Gr. et Al. Aj.

Quibus locis Indiae, etc. Adi quae dicta lib. II, cap. 75. Hard.

Cubitorum quinum, et binorum palmorum. In MSS. *binorum palmorum.* Palmus quaternos digitos habet, cubitus palmos senos. Vide Herod. lib. II. (Euterpe), n. 149. Hard. — *Cubitus*, sesquipedalis, et apud Graec. = 1 P. 5 p. 1 l. (0m,462 388), Romae, 1 P. 4 p. 4 l. 29/40 (0m, 443778), Aj.

Indos .... annos excedant. Omnia haec extra verum. Cuvier.

Gymnetas. Codd. MSS. *Gymnestas:* graeco vocabulo, corporis exercitationem significante: vel Γυμνήτας potius, quod nudi incederent, ut ait Strabo lib. XV. Fuere praeter istos et alii Gymnetae, inter Aethiopas, ut diximus lib. VI, cap. 35. Hard.

Pandore. Ita Reg. 2. At Reg. 1. *Pandare.* Colb. 1, 2, Paris. et Chiff. *Pandere.* Pandas gentem esse solam Indorum regnatam feminis, dixit lib. VI, cap. 23. Hard.

In iuventa candido capillo... nigrescat. Nullus e recentioribus viator id retulit. Cuvier.

Praeterea locustis eos ali, et esse pernices. Mandorum nomen iis dedit Clitarchus, et Megasthenes; trecentosque eorum vicos annumerat. Feminas septimo aetatis anno parere, senectam quadragesimo accidere.

Artemidorus, in Taprobana insula longissimam vitam sine ullo corporis languore traduci. Duris, Indorum quosdam cum feris coire, mixtosque et semi- 23

Locustis eos ali. De his dictum est libro VI, cap. 35, ubi de Aethiopia. Hard. — In quibusdam zonae torridae regionibus verum est tot et tantas locustas interdum a ventis adferri, ut pauxillum temporis plebi alimento sint; sed nusquam his solum gens tota vescitur. Cuvier.

Mandorum nomen, etc. Vetus omnis recentiorque lectio *Mandorum* praefert, non *Mandrorum*, quod quibusdam tamen placuit. Scribendum videtur aut *Pandarum* ex Plinio lib. VI, cap. 20, item Stephano; aut *Pandaeorum* ex Arriano lib. VII, cuius verba libuit ponere, ut collata cum Plinianis huius capitis, omnem ambiguitatem e lectorum mente tollant. *Ornatum autem corporis quo utebatur hic Hercules, Megasthenes fuisse illi similem scribit quo Thebanus Hercules uti solebat, quod et Indi affirmant, eique multos fuisse filios virilis sexus, multas enim uxores habuisse; filiam vero unicam nomine Pandaeam, terramque in qua nata est, quam Hercules ei tradidit, de nomine eius Pandaeam appellatam. Datos insuper elephantos o, equites ad iv M. et pedites circiter cxxx M.* Idem mox: *Ad haec in regionibus quas Herculis filia regno tenuit, feminas ubi ad septimum vitae annum perveniunt, viris maturas censeri, ac nubere, viros quadraginta annos sumanum vivere.* Et rursus, *Herculem eundem cum filia vii annorum concubuisse, ut ex se soboles Indorum regibus procrearetur.* Pintian. — *Mandorum nomen iis dedit Clitarchus et Megasthenes.* Ita MSS. plane omnes. Neque Pintiano assentior, qui *Pandarum* legi iubet: quanquam de Pandarum gente, de qua egimus lib. VI, cap. 23, eadem prodidit Arrianus lib. VII, de Exped. Alex. Potuit enim vel gens eadem, vel huic vicina et affinis a Clitarcho et Megasthene, quos Plinius nunc in partes vocat, Mandorum nomine designari. Hard.

Feminas septimo aetatis anno parere. In maius prolata veritas. In calidissimis scilicet regionibus feminae praecoces, nec nullum exemplum est nono, aut decimo anno parientium. Cuvier. — Immo et in Italia et in Gallia nostra; sed raro admodum, ita ut stupeant et annotent sedulo medici. Aj.

Senectam quadragesimo accidere. Si senectutem h. l. hanc aetatem dicat, qua conceptui iam par mulier non est, bene est. Cuvier.

Taprobana. Vid. quae supra ad Plin. lib. VI, cap. 22 diximus. Quod ad caeli salubritatem, aequabilitatem, temperiem spectat, nil ibi quod mirari debeamus, aut miraculis gignendis idoneum arbitremur. Conf. et quae dicta ad *Cyrnos* .., *vivere* (pag. 43.) Aj.

Mixtosque et semiferos esse partus

feros esse partus. In Calingis, eiusdem Indiae gente, quinquennes concipere feminas, octavum vitae annum non excedere. Et alibi cauda villosa homines nasci, pernicitatis eximiae; alios auribus totos contegi. Oritas ab Indis Arbis fluvius disterminat. Hi nul-

Id libidinis crebro et apud cunctos miserrime usurpatum; unde tamen noli credere quidquam uspiam natum. Cuvier.

In Calingis. Indiae populi ad Gangis ripam, quae spectat occasum. Refert eadem Solinus c. LII, pag. 80. Haro.

Quinquennes concipere feminas.... non excedere. Scilicet amplificata iam a caeteris amplificat. Cuvier.

Et alibi, etc. De Anglicana gente caudata, aliisque similibus, vide Maiol. Colloq. II, pag. 35. Haro.

Cauda villosa homines nasci pernicitatis eximiae. De magnis simiis solum intellige. Quibusdam hominibus coccyx nunnunquam longior paulo fuit; quod vitii genus pictori cuidam nuper fuit Lutetiae non ignobili. Sed nihil haec ad caudam villosam faciunt. Cuvier.

Alios auribus totos contegi. Hos Panesios vocavit supra lib. IV, ἐνωτοκοίτας Strabo dicit, auribus ad talos usque demissis indormientes, adeo robustos, ut arcus nervum frangant, et arborea evellant. Annotatum et loco citato Panotios ab Isidoro vocari. Dalec. — *Alios auribus*, etc. De his diximus lib. IV, cap. 27. Sumpta haec sunt ex Ctesia, cuius excerpta exstant apud Photium in Bibl. cod. 73, pag. 157. Nec recentiores desunt, qui se homines eiuscemodi vidisse confirment. Hard. — Prorsus deridicula commentatio. Cuvier.

Oritas, etc. Hermolaus pro *Soritas*, ut antea scriptum erat, *Oritas* substituit; pro *Arabis*, *Arbis*. Priorem castigationem probo, posteriorem improbo. Nam vetus omnia lectio, Romanaque et Parmensia exemplaria tum hoc capite, tum l. IV, c. 24, item l. IX, c. 3, semper *Arabis* legunt, nunquam *Arbis*. Strabonem fatemur Arbin appellare, Ptolemaeum negamus. Nam et graece Arabis apud eum in ipso textu legitur: et e duobus eius interpretibus prior Arabin, posterior Arabium vocat. Item Arrianus lib. de Reb. gest. Alexand. Septimo: *Prope hanc*, inquit, *habitat gens Indica Arabies dicti, quorum in maiore conscriptione commemini, esse cognominatos a flumine Arabi, quod per ipsorum regionem fluens exonerat in mare, determinans horum provinciam ab Oritarum terra*. Et paulo post, his Arabin fluvium nominat. Porro idem auctur in maiore conscriptione, cuius hic mentionem habuit, Arabium vocat fluvium, non Arabin, nec semel, et Arabitas populos. Stephanus, ceu dubius in utram partem inclinaret, modo Arbin, modo Arabium vocat. Neque illud omiserim, saepe apud eumdem Arrianum scriptum inveniri per duplex ῥῥ, Arrhabis et Arrhabitae populi. Pintian. — MSS. omnes mei, ut omnes ante excusi *Soritas*, et paulo post, *Arabis*. Hermol. *Oritas* et *Arbis*. Pint. *Oritas* probat, damnat *Arbis*; et auctoritates addit, Strabonem fassus adversari, quippe qui lib. XV, in Ariana ait Ἄρβεις habitare, quibus ab Arbi fluvio nomen sit impositum. Sed Arabium Ptolemaeus

lum alium cibum novere, quam piscium, quos unguibus dissectos sole torreant, atque ita panem ex his faciant, ut refert Clitarchus. Troglodytas super Aethiopiam velociores esse equis, Pergamenus Crates. Item, Aethiopas octona cubita longitudine excedere: Syrbotas vocari gentem eam.

Nomadum Aethiopum, secundum flumen Astragum 24
ad septemtrionem vergentium, gens Menisminorum appellata; abest ab Oceano dierum itinere viginti: animalium, quae Cynocephalos vocamus, lacte vivit;

lib. VI, cap. 24, et Arrianus lib. VII, appellitant, et MSS. omnes; secolas, Arabitas. Vtramque appellationem esse legitimam Stephanus innuit. Nam (ad voc.): Αραβίς, ποταμὸς Ἰνδικῆς. Et postes, Αρβις ποταμὸς τῆς Ἰνδικῆς, ἔθνος Αρβιεῖς, ἢ Αρβῖται. De Oritis Ichthyophagis lib. VI, cap. 25. H.

Arbis flavius. Sive Cophes, ut diximus libro VI, cap. 25. Hard.

Atque ita panem faciant... Furnerius lib. IV Hydrogr. cap. 25, pag. 180, auctor est hodieque esse gentes plurimas, versus septemtrionem, aliasque in America positas, quae pane ex dissectis piscibus, atque in pollinem deinde contusis confecto vivant: quod imbecillo nimium in his regionibus solis calore, maturitatem assequi frumenta nequeant. Hard. — Qui aeriles incolunt plagas, iis revera coenae capui pisces tosti, aridi, mille modis conditi; nonnunquam et domesticis animalibus pro esca obiectis. Cuvier.

Troglodytas.... Pergamenus Crates. De his gentibus dictum est superiore lib. cap. 34. Ωκύποδας ἵππων μᾶλλον ἀπίοντας, appellat Strabo lib. XV. Hard.

Item Aethiopas.... excedere. Rectius *idem*, ut supra monuimus. Haec Solinus e Nostro pariter refert cap. xxx. Sed fortum dissimulat quum pro cubitis octonis, pedes duodecim longitudine excedere gentem eam scribit. De Syrbotis vero octicubitalibus actum est in lib. VI, cap. 35. H.

Syrbotas... Nomadum. Ab hac postrema voce novae periodi ducendum esse initium ex ipso Plinio didicimus; qui lib. VI, cap. 35, Syrbotas docet a Nomadibus fuisse diversos, Nomadasque eos appellat qui Cynocephalorum lacte vivant, qui mos est horum Nomadum qui Menismini appellantur. Hard.

Astragum. Ita codd. Reg. 1, 2, Chiffl. aliique et vetustae edit. omnes ante Gelenium, qui *Astapum*, h. e. Nilum obtrusit quod in Aethiopas medios secare dicatur, lib V, cap. 10. Sed a fide codicum primitivorum temere discedere, religio est. Hard.

Menisminorum. Ita omnes, quos vidi, codices. Cave putes *Medimnos* legi hic oportere, quorum mentio est lib. VI, cap. 35. Hi enim Nomadum Aethiopum vicini, non ipsi Nomades esse dicuntur. Hard.

quorum armenta pascit, maribus interemptis, praeterquam sobolis causa. In Africae solitudinibus hominum species obviae subinde fiunt, momentoque evanescunt. Haec atque talia ex hominum genere ludibria sibi, nobis miracula, ingeniosa fecit natura. Et singula quidem, quae facit in dies, ac prope horas, quis enumerare valeat? Ad detegendam eius potentiam satis sit inter prodigia posuisse gentes. Hinc ad confessa in homine pauca.

III. Tergeminos nasci certum est, Horatiorum Curiatiorumque exemplo; supra, inter ostenta dicitur,

Haec atque talia. De monstris huiusm. sapienter pronuntiat August. de Civit. D. lib. VIII, cap. 8: *Non nobis videri absurdum debet, ut quemadmodum in singulis quibusque gentibus quaedam monstra sunt hominum, ita in universo genere humano quaedam monstra sit gentium. Quapropter ut istam quaestionem pedetentim, cauteque concludam: aut illa, quae talia de quibusdam gentibus scripta sunt, omnino nulla sunt; aut si sunt, homines non sunt; aut ex Adam sunt, si homines sunt.* Vid. loc. integr.

Ad detegendam eius potentiam . . . gentes. Quae vis naturae sit et potentia vel ex hoc iudica, quod non unus aut alter prodigii loco sit, sed gentes totae inter monstra componendae. Aj.

III. *Tergeminos.* Τριδύμους, inquit Dionys. Halic. lib. III Antiq. Rom. pag. 150, hoc est, tres uno partu editos: ut δίδυμοι sunt gemelli. Columella item mox laudandus. Quoniam tergemini nati sunt Horatii Curiatiique, et in nummis antiq. legitur, C. cva. et Trige, qui nummi delineantur a Patino, in Famil. pag. 97, n. 1 et 2, imprudenter in iisdem putarunt aliqui se pictam videre familiam Trigeminorum. At profectu, quamvis tergemini nati sint Horatii, Curiatiique; non potuit propterea *Trigeminus* aut cognomen esse singulorum in una familia, aut Curiatiorum potius, quam Horatiorum, vel e converso. Patini nummus ex una parte caput Romae Victricis exhibet: retro: Trige. In Regio simili, qui et apud Gorlaeum exstat pag. 30, est trig. ·)(· Imperator in curru quadriiugo triumphali, scipionem sinistra consularem tenet, cuius in apice romana aquila est, imperii symbolum: a Victoria retro volitante coronatur Imperator. Sub quadrigis, C. cva. In alio, C. cva. F. *Caius Curius filius*, Triumvir Monetalis, sed non Curiatius est. Infra, Roma. Est hic Trig. vel Trige. Id quod ipsa pictura paginae alterius in his nummis admonet: TR*aianus Imperator* GE*rmanicus*. Nihil certius, aut simplicius. Vereor etiam ut *trigeminus* latine dici possit pro *tergemino*. H.

Horatiorum . . . exemplo. Nequiter, de more suo, Bilbilicus lib. IX, epigr. 42: *Nempe semel f....., generaret Horatius ut tres.* Aj. — *Horatio-*

praeterquam in Aegypto, ubi fetifer potu Nilus amnis. Proxime supremis Divi Augusti, Fausta quaedam e plebe, Ostiae duos mares, totidem feminas enixa, famem, quae consecuta est, portendit haud dubie. Reperitur et in Peloponeso binos quater enixa, maioremque partem ex omni eius vixisse partu. Et in Ae-

rum, etc. De his videnda. Livius lib. I. Confer. et Columella, de Re Rustica lib. III, cap. 8: *Aegyptiis et Afris geminos partus aiunt familiares ac paene solemnes esse: sed et italici generis esse naturae voluit eximiae fecunditatis albanas Curiatiae familiae trigeminarum matres.* H.

Supra. Hoc est, supra eum numerum: si plures, quam tres, uno partu edantur in lucem, id inter ostenta narratur. Mox *dicitur*; sic MSS. Quibusd. *adducitur*. Editi *ducitur*.

In Aegypto. Columella loco cit. Harn.

Fetifer potu Nilus amnis. Solinus cap. 1: *Quum fetifero potu Nilus, non tantum terrarum, sed etiam hominum materna fecundat arva.* Seneca, Natur. Quaest. lib. XIII, cap. 25: *Quorumdam causa non potest reddi, quare aqua Nilotica fecundiores feminas faciat adeo, ut quarumdam viscera longa sterilitate praeclusa, ad conceptum relaxaverit.* etc. H.

Proxime, etc. Cod. Reg. 1, Colb. 1, 2, Paris et Chiffl. ita legunt: *Fetifer potu Nilus amnis. Proxime supremis Divi Augusti*, uti nos edidimus, hoc est: sub excessum Divi Augusti. Defendi ea lectio eximie potest: primum ex ipso Plinio lib. XVI, cap. 86, *circa suprema Neronis principis*, iterum dicente; tum ex Solino cap. 1, ubi de Augusto: *Huius tamen*, inquit, *suprema quasi lugeret saeculum, penuria secuta est frugum*, etc. Haec fames est de qua Plinius hoc loco agit. Libri quidam editi perperam habent: *Fetifer potu Nilus. Annis proximis, supremis Divi Augusti.* Neque enim supremos Augusti annos, Plinius annos proximos appellaret. H. — Bene. Nam mortuus Augustus est anno V. C. 767. post Chr. nat. 14, Sext. Pompeio, Sexto Apuleio Coss. Porro non credibile est Plinio, quem ann. 776 natum constat, ante 808-818 haec scripta esse; ergo plus quam quadraginta ut minimum, vel quinquaginta ab Augusti morte anni effluxerant. Caeterum et, ante Harduinum, iusserat Salmasius sic emendari. Ar.

Binos quater enixa. Codices ad unum omnes miro consensu, ac vetustae editiones *binos* legunt. *Quinos* igitur perperam ex Aristotele adstruas qui Hist. Anim. lib. VII, c. 5, vicenos ait quarto partu editos, unoquoque quinos: Μία δέ τις ἐν τέταρσι τόκοις ἔτεκεν εἴκοσιν· ἀνὰ πέντε γὰρ ἔτεκε, καὶ τὰ πολλὰ αὐτῶν ἐξετράφη. Paulus item Iurisconsultus in Pand. Iust. lib. V, tit. 4: *Mulierem Peloponesiam prodidit quinquies quaternos enixam esse fetus, idque tradidisse non leves auctores.* H. — Strabo lib. XV, quatergeminos; idem ex Aristotele tradit quamdam peperisse septemgeminos. Albertus prodidit mulierem in Germania conformatis iam in utero 22 infantium corpuscula abortum fecisse: aliamque eiecisse in

gypto septenos uno utero simul gigni auctor est Trogus. Gignuntur et utriusque sexus, quos Hermaphroditos vocamus, olim Androgynos vocatos, et in prodigiis habitos, nunc vero in deliciis.

pelvim embryonum auricularis digiti magnitudine 150 corpuscula: aliam 70. Neque enim quod de Margareta, Hollandiae Comite, ferunt, affirmare libet: quae uno partu 360 filius peperisse vivos, ann. Dom. 1314, traditur. Dalec. — Fabulosiora isthaec fabulosis. Iterum vides non Plinio solum, aut Veterum ignorantiae mira rerum placuisse, sed et recentiorum doctissimis, qui poterant vera nosse. Ai.

Vno utero. Vnica et simplici praegnatione. Haec quoque. Solinus ex Trogo, cap. 4, p. 5. Item Paulus Iurisc. Vid. not. sup. Hard.

Auctor est Trogus. Et Aristoteles quoque apud Strabonem, lib. XV. Sed mendosus forte in illo est locus, neque ἑπτάδυμα, sed πεντάδυμα legendum: quum Aristoteles, et lib. IV de Gener. animal. c. 4 et 5, et lib. VII de Histor. animal. cap. 5, quinque liberos modo euixam referat: et Gellius, Noct. Att. lib. X, cap. 2, ex eodem affirmet, *finem hunc esse multiiugae hominum partionis, neque plures unquam simul genitos compertum.* Quae porro Albertus M. lib. IX, de Animal. tract. secundo, cap. 5, de prodigiosis partubus tradit, fabulis arbitror propiora. Quae vero de Margarita, Comitis Hollandiae filia, vulgo sunt iactata (vid. supr.), ea fictitia esse ex temporum collatione ostendit Petr. Scriverius in Antiq. Batav. Hard.

Gignuntur. Hunc locum exscripsit adverbum e Plinio Gellius, lib. IV, cap. 9. Hard.

Androgynos. Hoc est, homines, qui utriusque sexus, virilis ac muliebris τὰ αἰδοῖα habuerint: quibus etiam Hermaphroditorum, a Mercurio et Venere, nomen est inditum: Mercurius enim Ἑρμῆς est, Venus, Ἀφροδίτη. Referunt scilicet Astrologi androgynorum ortus causam, in certum quemdam utriusque stellae, Mercurii Venerisque coitum; inde nomen. Negant autem in re anatomica summi artifices ullum hominem esse posse, in quo sexus uterque perfectus sit: signa tantum sexus alterius, et inchoatas notas agnoverunt, in iis quibus huiusmodi naturam geminam inesse existimatum sit: in viris quidem aliquam ἐν τῷ αἰδοίῳ rimam, sed illam quidem haud permeabilem, neque, ut Arist. loquitur, δίοδον τῷ αἰδοίῳ τοῦ ἄρρενος; in feminis, nympham ad tres interdum digitos productiorem solito, sed quae flaccida foret, neque posset ἀκριβῶς τείνεσθαι ἐν ταῖς συνουσίαις. Vide Sannertum, tom. III, part 9, cap. 13, pag. 607. H. — Vocant διφυεῖς et ἀνδροθήλυας et ἀρσενοθήλυας. In maribus id fit tribus modis; quum in perinaeo, sive interfemineo muliebre pudendum exiguum videtur; quum itidem in scroto, sed nullo excrementi profluvio; quum ibidem, exeunte lotio. In feminis unico, quum penis supra genitalis fastigium in clitorio et ima pube prominet. Addunt quidam in maribus, quum supra caulis radicem muliebris natura estat; in feminis quum penis ad inguina, vel in perinaeo profertur. Rhodig. lib. XV, cap. 10, et lib.

Pompeius Magnus in ornamentis theatri mirabiles [2] fama posuit effigies, ob id diligentius magnorum artificum ingeniis elaboratas: inter quas legitur Eutychis a xx liberis rogo illata, Trallibus enixa xxx partus. Alcippe elephantum, quanquam id inter ostenta

XIX, cap. 12, Androgynos vocavit, et Pollux Concubinos. Cornel. Gemma Cosmocrit. l. 1, cap. 6. Dalec. — Quos Androgynos sic habuere romana fastidia in deliciis, eas statuae arguunt feminas fuisse, quibus μύρτος, *clitoris*, plus iusto longus eminuit. Quod viraginum genus constat identidem exstitisse; neque ita pridem talis spectata Lutetiae, in nostra urbe, mulier est; sed nulli fuisset *in deliciis*. Cuv. — Neque enim omnibus, ne Pliniano quidem tempore, in deliciis habebantur. Testis Martial. lib. III, epigr. 72, vss 4-6, qui sic fere: *Non vis mecum, Lanfeia, lavari: Nescio quod magnum suspicor esse nefas. Aut tibi pannosae pendent a pectore mammae, Aut sulcos uteri prodere nuda times; Aut infinito laevum patet inguen hiatu, Aut aliquid cunni prominet ore tui.* Vbi videsis gradationem; nec androgynos epigrammatum scriptori probatos credes. Caeterum, nec hos placuisse inficias iverim, et quo modo et quam ob causam, ex antiquis ipsis, facile expediverim. Sed haec longiora forent. Nec ante desinemus tamen, quam legentes ad optim. *Dict. des Scienc. Méd.* remiserimus, ubi de *Hermaphroditis* copiose et exacte disseritur, adiunctis exemplis non paucis, et iis αὐθεντικοῖς, et bibliographicis notitiis. Az.

Et in prodigiis habitos. Vide Livium, lib. XXVII et lib. XXXI. Item Iulium Obseq. cap. 56, pag. 32. H.

Eutychis. Ita Regii 1, 2, Paris. et Solinus ipse, qui, cap. 1, p. 5, eadem referens, Eutychidem vocat. Errat tamen Solinus, qui mulierem ipsam putat exhibitam in theatro, quum id de sola effigie mulieris proditum ab aliis scriptoribus fuerit, atque adeo a Plinio ipso plane modo, quum ait in ornamentis theatri Pompeiani mirabiles fama positas esse effigies. H.

Enixa XXX p. Totidem numerat et Tatianus, in Orat. contra Gent. ubi hunc partum prodigiosum a Periclymeno statuario expressum fuisse scribit. Vidimus aetate nostra feminam, quatuor et triginta partus enixam: sed vix duodecim in iis vitales. Harn. — Nos Lutetiae duas feminas novimus, quarum prior xxvi, posterior vero xxix liberos peperit; et haec vivit ac valet. Az. — Et nos in Horto Regio diu vidimus ianitricem triginta trigesimo utero partus enixam. Vnus porro ex istius filiis bis genuit gemellos. Cuvier.

Alcippe elephantum. Idem de Glaucippe ait Tatianus in Orat. contra Graecos: ἡ Γλαυκίππη ἐκύησεν ἐλέφαντα, etc. idque aerea statua expressum a Nicereto Atheniense scribit. Quum eamdem utrobique signari feminam verisimile, tum in alterutro contextu nomen illius in mendo cubare. Illud vero esse arbitror quod Livius Hist. XXVII, et Val. Max. lib. I, c. 6, n. 5, inter ostenta referunt, puerum cum elephantino capite natum. Videtur ea porro, quae

est. Namque et serpentem peperit inter initia Marsici belli ancilla. Multiformes pluribus modis inter monstra partus eduntur. Claudius Caesar scribit Hippocentaurum in Thessalia natum eodem die interiisse.

peperit femina, cum elephanto, ut Semiramis olim cum equo concubuisse; quemadmodum dicetur lib. VIII, cap. 64. Simile prodigium in Hungaria accidisse ea relatu virorum fide dignissimorum, ait Aldrov. l. de Monstris, p. 430; iconem exhibet, p. 431. Collegit similes prodigiosos partus I. Schenckius, lib. I. Observ. Medic. p. 9 et 10; ac l. IV, pag. 691. Hard. — Non rarum monstrositatis genus est in multis animantibus, immo et in hominibus, atrophia, ut aiunt, maxillaria ossa superna laborare; unde pendulus nasus a forma proboscidis non multum discedit. Hinc vulgo dictum a feminis, suibus, canibus, editos parvos elephantas. Potes speciminis talium ostentorum in Musaeo Anatomico, quod habet Hortus Parisinus Regius, videre. Cuvier.

Namque et serpentem, etc. Iulius Obsequens, cap. CVIIII *In Etruria, Clusii, mater familiae vivum serpentem peperit, etc.* Hard. — Legatur et recens exemplum apud Cornel. Gem. Cosmocrit tom. II, pag. 204. Dalec. — Ne velis credere. Az.

Marsici, etc. Ante Marsicum bellum quae ostenta visa sunt, ea collecta esse ab historico Sisenna, scribit Cicero, de Divin. lib. II. De hoc bello diximus, lib. II, c. 85. H.

Multiformes ... eduntur. Vide Phlegontem, de Rebus mirab. cap. 20 et seqq. Hard. — Cf. et hoc loco notas Meursii.

Hippocentaurum. Monstra huiusce-modi ex homine et equo conflata merito negant ulla aut extitisse aliquando, aut vera esse posse, viri eruditi ex omni disciplina. Ea Medicis Galenus, lib. III de Vsu part. cap. 1, rem fabulosam validis omnino argumentis conficit. E Philosophis, Cicero, de Divin. lib. II, pag. 231. E Iureconsultis, Iustinianus, tit. de inutili stipul. E Poëtis denique ipsis, quibus tamen haec maxime figmenta olim placuere, Lucretius, lib. V, v. 876 et sqq.: *Sed neque Centauri fuerunt, nec tempore in ullo Esse queat duplici natura, et corpore bino, Ex alienigenis membris compacta potestas*, etc. Hard. — Maxillae superioris atrophiam, de qua modo act. (vid. supr. hac pag.) si quid intra certum modum coërcuerit, humani menti aliquam similitudinem refert maxilla inferior; tum superna pars capitis brevior solito, ab humano capite non tam procul distat. Sic Genevae nos vitulum inspeximus quem viri, non illiterati quidem, aut naturalium rerum rudes, sed monstrositatis parum gnari, e iuvenca et armentario Allobroge natum dictitabant; vitulum tamen, cui brevior fuit maxilla superior quam esse solet. Nil aliud de Hippocentauro credideriim quam de vitulo. Caeterum adspice ea Phlegontis loco, quem mox exhibiturus Hard. est, miraculi non parum historiunculae posthac accessisse; vitale scilicet monstrum, tum carne vesci solitum, manibusque instructum. Nil horum Plinius qui ipse vidit. Cuvier.

Et nos principatu eius allatum illi ex Aegypto in melle vidimus. Est inter exempla, in uterum protinus reversus infans Sagunti, quo anno ab Hannibale deleta est.

Ex feminis mutari in mares, non est fabulosum. 3

Ex Aegypto. Phlegon Trall. lib. de mirab. Hist. c. 34, eleganter describit: Εὑρέθη ἐν Σαύνῃ, τῆς Ἀραβίας πόλει, Ἱππακένταυρος, ἐπὶ ὄρους μάλα ὑψηλοῦ ... Τὸν δὲ Ἱππακένταυρον συλλαβὼν ὁ βασιλεὺς, ζωὸν ἀποπέμπει νῦν σὺν ἑτέροις πρὸς Καίσαρα εἰς τὴν Αἴγυπτον τροφὴ δὲ ἦν αὐτοῦ, κρία. Οὐ φέρων δὲ τὴν μεταβαλὴν τοῦ ἀέρος, τελευτᾷ. Καὶ αὔτως ὁ ἔπαρχος τῆς Αἰγύπτου ταριχεύσας, ἀπέστειλεν εἰς Ῥώμην. Καὶ πρῶτον ἐν τοῖς Βασιλείοις ἀπεδείχθη· τὸ μὲν πρόσωπον ἀγριώτερον τοῦ ἀνθρωπίνου ἔχων, χεῖρας δὲ, καὶ τοὺς ταύτων δακτύλους τετριχωμένους· ὁπλαὶ δὲ ἦσαν αὐτῷ ἵππου στερεαί. Haan.

In melle. Lib. XXII, cap. 50. Mellis enim natura talis est, ut putrescere corpora non sinat. Haan.

Ex feminis. Haec plane ad verbum exscripsit e Plinio Gellius, lib. IX, cap. 4, usque ad eum locum, *Editis geminis*, etc. Hard.

Mutari in mares. Non contra, e maribus in feminas: quoniam ab agnata cute obducto τῷ αἰδοίῳ cum testibus, interdum editus infans, ut femina habeatur, nsu venit: donec in adolescentia, virilitatis munere, disrupta membrana illa, prodeat, quod sub ea latuerat, virile pudendum, appareatque. Contra vero exserto αἰδοίῳ qui in lucem genitus fuerit, ut unquam credatur femina, non posse fieri manifestum est. Nec reapse igitur mutantur in marra faminae, sed mutari, qua diximus ratione, videntur. Plura huiusmodi exempla reperies apud Hipp. lib. VI Epidem. Cf. Sennertum, tom. III, part. 9, pag. 607; Schenckium l. IV, Observat. et Martin. *Del Rio*, Disquisit. Magic. lib. II, quaest. 22. H. — Exempla congerit Dalecampius, non abs re quidem, quanquam necesse fuit, talem non reapse sexuum novationem fieri, sed tantum declarari. Saepe enim, praesertim rure, id accidit, ut sexus, quem facile et pronum discernere erat, non probe agnosceretur, mox tamen nec magno sine risu agnoscendus. In exemplo quidam e condiscipulis nostris fuit qui baptismali aquae admotus, fameneum nomen *Thèrèse* accepit, nec ante annum totum elapsum masculo mutavit. Tum in his qui ἀνωμαλίᾳ vere triati laborantes, aut utriusque sexus, aut sexus non sui, ai sexum habent, aliquid videntur praeferre, quum nulliua revera sint, hallucinari facillime potuerant, quibus dispiciendi sexus negotium fuit. Sic marea pro feminis habitoa educatosque inter feminas nonnunquam ad duodevicesimum annum usque pervenisse, immo nupsisse, res ex accuratissimis observationibus indubia est. Quod Dalecampio notum fuisse equidem reor. At quo pacto his fabellam adiunxerit de muliercula, quae postquam peperisset, uxorem duxit, non assequor. Esto sexus ambiguus, sunto errores; at si qua vere peperit, iam errori locus non est; haec femina est,

Invenimus in annalibus, P. Licinio Crasso, C. Cassio Longino Coss., Casini puerum factum ex virgine sub parentibus, iussuque Aruspicum deportatum in insulam desertam. Licinius Mucianus prodidit, visum a se Argis Arescontem, cui nomen Arescusae fuisset: nupsisse etiam; mox barbam et virilitatem provenisse, uxoremque duxisse. Eiusdem sortis et Smyrnae puc-

haec uxorem non ducet. Nisi ad Androgynos illos, Dalecampi, revolvere, quos nusquam esse supra fatebaris. Aj. — Exstat huius rei exemplum illustre apud Ambrosium Paré, opp. p. 1017, virginis nempe, quae, dum oves servat, fossamque transilit, dolet vehementer, et mox miratur se in marem versam; unde huic nomen pro *Maria Garnier*, *Germain*. Mas erat vere, ait Paré, sed cui intro genitalia hactenus latuerant. Cuvier.

P. Licinio ... Coss. Anno V. C. 581, quo Consules nominantur a Livio lib. XLII, cap. 28, P. Licinius Crassus, C. Cassius, Longinus. In Chifflet. cod. legitur *C. Licinio Crasso*: et apud Gellium, *Q. Licinio*. Verum in MSS. Plinii quos vidimus, et io vetustis editionibus, nullum huic Licinio praenomen est. In nummis certe Augustorum, qui primus e sua gente eo magistratu fungebatur, praenomen non adscribebat in titulis. Vespasianus, exempli gratia, qui primus e gente Vespasia Imperator fuit, caret praenomine. At eiusdem filius praenomen apponit, T. CAESAR VESPASIANVS. Caret praenomine primus e gente Licinia Imp. Nerva: ex eadem Valerianus et Gallienus Publii praenomen gerunt: et sic caeteri usque ad Diocletianum. Hard.

Casini. Quum hunc Plinii locum Gellius exscriberet, C. Asinii videtue legisse; sed sane perperam. Loca enim et oppida Plinius diligenter notat, ubi singula contigere, quae commemorat. Casini exemplum primum, quod Italiae est; alterum Argis in Graecia; tum Smyrnae, quod Asiae est; Thysdri denique, quod Africae. Hard.

Arescontem. Latine Placentem, sive Placidium, non incommode dixeris: est enim id ab ἀρέσκω, *placeo*. H. — Nota praeterea bene ab *Arescusa*, *Arescontem*. Nam a ῥήματι graeco ἀρέσκο fit utrumque, ἀρέσκων, ἀρέσκουσα, ut latine sit in Placentium Placentia mutata. Reiicula ergo M. et Ch. scriptura *Aristontem*. Aj.

Virilitatem. Virilitas idem quod virilia et pudenda. Martialis lib. IX, Epigr. 7: *Non puer avari tectus arte mangonis Virilitatis damna moeret ereptae.* Hard. — Parum exacte, si rem philosophice excusseris: *Virilitas* est, ut aiunt, *Qualitas* viri; ablatis quidem virilibus, tollitue et virilitas; at non continuo tamen unum et idem virilia et virilitas. Sed ad sensum parvi refert plerumque. Aj.

Et Smyrnae puerum. Puellae nomen Philotis fuit, teste Phlegonte lib. de Rebus mirabil. cap. VII, ubi rem accidisse narrat, Archonte Athenis Dionysodoro, Romae Coss. D. Iunio Silano Torquato, et Q. Haterio Antonino, hoc est, anno Neronis

rum a se visum. Ipse in Africa vidi mutatum in marem, nuptiarum die, L. Cossicium civem Thysdritanum.

Editis geminis, raram esse, aut puerperae, aut puerperio, praeterquam alteri, vitam: si vero utriusque sexus editi sint gemini, rarioribus utrique salutem: feminas gigni celerius quam mares, siculi celerius

primo. Exempla similia haud pauca ibidem commemorat. Hard.

Ipse in Africa vidi mutatum in marem,... civem Thysdritanum. Post eam vocem, ex Gellio ipsa Plinii verba referente, desiderantur ista: *Vivebatque quum proderem haec.* Sed absunt ea ab omnibus etiam codicibus manu exaratis. Spectavit porro hunc Plinii locum Ausonius, epigrammate non ineleganti, LXVIII, cui titulum fecit: QUAE SEXUM MUTARINT: *Vallebanae nova res et vix credenda Poëtis; Sed quae de vera promitur historia. Femineam in speciem convertit masculus ales, Pavaque de pavo constitit ante oculos. Cuncti admirantur monstrum; sed mollior agna Adstitit in tenerum de grege versa marem. Quid stoledi ad speciem notae novitatis hebetis? An vos Nasonis carmina non legitis? Caenida convertit proles Saturnia Consus; Ambiguoque fuit corpore Tiresias; Vidit semiviram fons Salmacis Hermaphroditum; Vidit iubentem Plinius Androgynum. Nec satis antiquum, quod Campana in Benevento Vnus epheborum virgo repente fuit*, etc. — *Thysdritanum.* De hoc oppido dictum est, l. V, cap. 4. Hard.

Editis geminis, etc. Eadem prodit Aristotel. de Generat. Anim. lib. IV, cap. 6: *Quum geminos parit mulier*, inquit, *raro contingit, ut ipsa cum geminis utrisque servetur: persaepe enim accidit, ut altero ex geminis pereunte, alter tamen cum puerpera vivat.* Quamobrem rectius fortasse legatur, *et puerperae, et puerperio.* Quod si editis geminis raro vivere aut puerperam, aut puerperium voluit dicere, falsum id quotidianis deprehendetur experimentis. Hard. — Nostris enim temporibus non raro incolumes duos una incolumis peperit; quod caeteroquin forte ad obstetriciae artis progressus iure tuo retuleris. Cuvier.

Si vero, etc. Arist. loco citato et Hist. Anim. lib. VII, cap. 5, ac denique, sect. 10, problem. 30. *Huius causa est*, inquit Albertus M. l. IX, de Animal. tract. I, cap. 5, pag. 291, *delicatio complexionis humanae*, etc. Tamen D. August. de Civit. Dei lib. V, cap. 6: *Novimus*, inquit, *geminos diversi sexus; ambo adhuc vivunt, ambo aetate vigent adhuc. Ille in officio Comitis militat, et a sua domo paene semper peregrinatur: illa de solo patrio, et de rure proprio non recedit... ille coniugatus, illa virgo sacra est*, etc. Hard.

Feminas gigni celerius quam mares, etc. Sive verbum *gigni* significet formari in utero fetum, seu significet in lucem prodire infantem, falsum est feminas gigni celerius quam mares. Docet id Aristoteles l. de Historia Animalium VII, cap. 2, his verbis: *Quum itaque fetus in utero formatur, femina tardius quam mas*

senescere: saepius in utero moveri mares, et in dextera fere geri parte, in laeva feminas, constat.

perfectionem omnium partium recipit, et serius in decimum mensem quam mas protrahitur. Et cap. 4: *Plus etiam motus magna ex parte maris in utero infert quam femina, et celerius prodit; feminae enim partus tardior est.* Possem etiam, nisi me pudor avocaret, citare Avicennam, de Animalib. lib. IX, cap. 5, de transmutatione spermatis; item Albertum Magnum, aliosque Aristotelicae doctrinae asseetatores. Caeterum in exemplari Toletano non *gigni* legitur, sed *nasci.* Quod si duo haec varba iungerentur *gigni nasci*, et pro eis scriberetur *iuvenescere*, bellissime locus restitueretur. Aristoteles loco proxime citato: *Sed quum in lucem prodierit femina, ocyus quam mas et accrescit, et aetate floret, et senectute maceratur.* Posset etiam locus minus superstitiose restitui, si pro duobus illis verbis, *gigni celerius*, poneretur *iuvenescere*, deinde permutatione verborum sequentium legeretur: *feminas iuvenescere celerius quam mares, sicuti senescere*, vel sic, *feminas iuvenescere quam mares celerius, sicuti senescere.* Pintianus. — Pintiano cave ne obsequare; nec magis Pallicerio, qui in notis MSS. monet *feminas gignere*, legendum; quod hoc loco idem esse cum τῷ *generationi idoneas citius fieri.* Nam Festus: *Pubes, et qui pubem generare potest, incipit esse a XIV annis: femina a XII viri potens, seu patiens.* Sed nostra interpretatio (quam vide infra) Aristotelicae menti et codicibus MSS. editisque libris multo est affinior. Hard. — Adda non bene de feminis dici *gignere*: gignit vir, parit femina. Quanquam *mater* et *genitrix* idem sunt; sed *genitrix* est a τῷ *genitor*; neque ergo directa a *gignendo* derivatur. Aj. — Sensus vero τοῦ *gigni*, hic est: crescere, perfici, vigere, adolescere. Tardius enim formari, perficique in utero, aut ex eo prodire feminas, quam mares, tum experientia constat, tum vero Philosophus Stagirites aperte prodit lib. VI, Hist. Anim. capite 22, at libro VII, capite 3. At illud hoc loco Plinius docet, quod Albertus Magnus loc. cit. capite 3, pag. 289: *Postquam*, inquit, *natae sunt feminae, citius crescunt et maturantur, quam masculi, eo quod, etc... Et haec est etiam causa, quod citius vetulae efficiuntur feminae, quam viri*, etc. Sic et Aristotales, tum locis proxime citatis, tum et da Generatione Animalium lib. IV, cap. 6, edit. Lugdun. Lemar. 1590, p. 690: Ἐξελθόντων δὲ, πάντα πρότερον ἐπιτελεῖται, οἷον ἥβη, καὶ ἀκμὴ, καὶ γῆρας τοῖς θήλεσιν, ἢ τοῖς ἄρρεσιν. Hoc est: *Vbi in lucem venerint, celerius feminae, quam mares, perficiuntur: nam et pubes, et vigor, et senectus feminis prius venit, quam maribus.* Hard.

Saepius in utero moveri. Sic Arist. lib. VII Hist. Anim. cap. 3. Galenus quoque, multis in locis, inter maris concepti signa, frequentes ac validas fetus ipsius motiones anumerat. Hard.

Et in dextera, etc. Hoc totidem verbis Hippocr. Aphorism. lib. V, c. 48: Ἔμβρυα, τὰ μὲν ἄρρενα, ἐν τοῖς δεξιοῖσι· τὰ δὲ θήλεα, ἐν τοῖσιν ἀριστεροῖς μᾶλλον. Id ita plerumque evenire animadvertit etiam Arist. Hist. Animal. lib. VII, cap. 3. Hard.

IV. (v.) Caeteris animantibus statum, et pariendi, et partus gerendi, tempus est: homo toto anno, et incerto gignitur spatio. Alius septimo mense, alius octavo, et usque ad initia decimi undecimique. Ante

IV. *Caeteris.* Sic Aristotel. Histor. Animal. lib. VII, cap. 4. Certo, inquit Plinius, anni tempore fetus suos edunt, eodemque temporis spatio gestant in utero caetera omnino animalia: homini tantum incertum est nascendi tempus, ut qui toto nascatur anno; incerta item in utero mora, quum alius septimo mense, octavo alius, quidam nec ante undecimi initia prodeat. Haan. — Res vera de non cicuratis animantibus, qui certo et stato tantum tempore et coeunt, et pariunt, quia nempe ex anni tempestatibus cuncta fiunt; falsa vero de domesticis, quibus perpetuo, ut nobis, domus et cibus. Cuvier.

Partus gerendi, etc. Hoc est, fetus gestandi: τοῦ τόκου, dixit Philosophus. Haan.

Alius septimo, etc. Quinto mense vitales in Hispania editos fuisse scribit Ferdinandus Mena in commentariis ad lib. Hippocr. de septimestri fetu. Vide Aristot. de Nat. Animal. lib. VII, cap. 4, et D. Gothofred. ad Nov. XXXIX, cap. 2; et Fab. Paulin. de Hebdom. lib. VI, cap. 4; Censorin. de Die nat. c. VII; Plut. de Placit. Phil. lib. V, cap. 18, et seq. Hier. Mercurial. Var. lect. IV, cap. 10, etc. Dal.

Alius octavo. Cur vitalis partus non sit octavo mense, vide Rhodig. XIX, 22; XX, 1, et XXII, 13. Octavo quidem mense in Aegypto fere nasci, ut nono apud nos, fabulosum putant; verum, qui octavo gignuntur raro mori. Asclepiades Naxias mulieres edere ὀκτόμηνα prodit, sive Iunone Lucina id gratificante ob Dionysii benevolentiam, sive quia Bacchus eo mense in lucem prodiisset, cuius nomine et Dionysiam Naxum appellarunt: tametsi quidam a vitium fecunditate, quod auctor scribit, lib. IV, cap. 12, ita dictam interpretantur, et quod fons vini sapore in ea fluit. Dalec.

Ad initia decimi undecimique. In R. 1, 2, Chiffl. legitur tantum, *ad initia undecimi.* At cod. Paris. et edd. omnes vetustae cum vulgata conspirant; sed et Aristoteles ipse Hist. Animal. lib. VII, cap. 4: Καὶ γὰρ ἑπτάμηνα, καὶ ὀκτόμηνα, καὶ ἐννέαμηνα γίνονται, καὶ δεκάμηνα τὸ πλεῖστον· ἔνται δὲ ἐπιλαμβάνουσι καὶ τοῦ ἑνδεκάτου μηνός. Hinc illud sacrorum codicum, Sapient. cap. 7, v. 2: *In ventre matris figuratus sum caro decem mensium tempore.* Undecimum porro mensem, inquit Censorinus c. VII, Aristoteles solus recepit: caeteri universi improbarunt. Varro tamen etiam probavit lib. XIV Rerum divinarum, teste Gellio lib. III, c. 16, qui de toto hoc argumento ibi accurate disputat animadvertitque: *Quamvis Decemviri in legibus duodecim tabularum, in decem mensibus gigni hominem, non in undecimo scripsissent, Divum Hadrianum decrevisse in undecimo quoque mense partum edi posse; idque se statuere exquisitis veterum philosophorum et medicorum sententiis.* Schenkius Obs. IV, quinto, sexto, septimo, nono, decimo et undecimo mense natos refert, eosque vitales. Vide et Iac. Fontanum me-

septimum mensem haud unquam vitalis est. Septimo non nisi pridie posterove plenilunii die, aut interlunio concepti nascuntur. Tralatitium in Aegypto est et octavo gigni. Iam quidem et in Italia tales partus esse
2 vitales, contra priscorum opiniones. Variant haec pluribus modis. Vestilia C. Herdicii, ac postea Pom-

dicum, parte I univ. artis medicae, Physiolog. lib. V, cap. 16. Hard. — Cf. recentiores multos, et inprimis *Dict. des Sciences Médical.* ad vocem *Accouchement*. Caeterum Antiquis ad partum frequentior credebatur decimus mensis. Vnde Virgil. Eclog. IV, 61: *Matri longa decem tulerunt fastidia menses.* Sed res minus spinosa est quam credes forsan. Nam Graecis menses e Luna, qui ultra 29, ad summum, 30 dies non ivere. Qui igitur post ducentos et septuaginta dies a conceptu nascebatur, hunc decimus mensis ferebat. Az. — De his frequenter disputatum; *sed adhuc sub iudice lis est.* At nostrae leges nodum Gordianum solverunt. (vid. cod. civ. artt. 312, 315, ubi si quis intra ccc dies natus, legitimus declaratur) Minus in caeteris animantibus aequalitatis et constantiae, notum iam est doctissimi Tessier experientiis. Cuv.

Ante septimum,... vitalis est. Aristotel. loc. cit. et Plutarch. lib. V, de Placitis Philosoph. cap. 18. Item Soranus Ephes. c. 17, aliique. Hard.

Tralatitium, etc. Ita vett. codd. non *translatitium*. Hoc est, vulgare, commune. Haec habet et Arist. loc. cit. Hard.

Iam quidem et in Italia, etc. Pluribus id exemplis recentioris aevi stabilitum vide apud Ioan. Schenck. Observ. Medic. lib. IV, pag. 639. H.

Contra priscorum, etc. Hippocratis similitor lib. de Carnibus, cap. viii, ὀκτάμηνον δὲ γενόμενον, οὐδὲν βιοῖ πώποτε et aliorum, qui Epicharmum secuti sunt, ut scribit Censorinus c. vii. Hard.

Variant haec, etc. Neque vero in eadem muliere statum idem certumque pariendi tempus: sed saepe diversum. Argumento est Vestilia C. Herdicii, etc. Hard.

C. Herdicii. Ita Romana anni 1470, Parmensis anni 1476, et aliae editiones vetustae. In MSS. Reg. 1, Paris. Colb. 1, 2, *C. Diti.* Forte C. vel Cn. Didius Geta is fuit, de quo Dio Cassius in Claudio lib. LX, qui post Suetonium Paulinum Mauros subegit; belle certe tempora congruunt. Hard. — *Ac postea Pomponii.* Quis ille sit Pomponius, ego nec video, nec visum iri spero, quippe cui nec praenomen Secundus adiunxerit, nec agnomen. Suspicor tamen de Iul. Pomponio Graecino hoc dictum qui, anno V. C. 759, consul suffectus fuit, sermonem h. l. esse, aut de L. Pomponio quem, postquam consul subrogatus anno V. C. 794, post Chr. nat. 41, in Caii locum fuisset; e Tacit. Annal. lib. XII, c. 27, 28, scimus legatum in superiore Germania de tumultuantibus Cattis victoriam reportasse, cohonestatumque Romae triumphalibus insignibus; quae tamen, ait florentissimus scriptor, *modica pars famae eius apud posteros, in quis carminum fama praecellit.* Quem cave ne cum Q. Pomponio Secundo fratre

ponii, atque Orfiti, clarissimorum civium coniux, ex his quatuor partus enixa, septimo semper mense, genuit Suilium Rufum undecimo, Corbulonem septimo,

confundas, qui, Saucia accusata, mox a Suilio accusatus, ad arma civilia confugit, eodem Tacit. teste, Ann. lib. XIII, c. 43. Plures praeterea Pomponii in hac aetate floruerunt, sed illi non clarissimi cives, nisi L. Pomponium Flaccum excipias qui consul ann. V. C. 770, dein Moesiae praefectus, Rhescuporim Tiberio tradidit; mox, sive ob perfidiam, sive quod dies et noctes duo perpotando continuasset, legatus factus in Syria est; et Pomponium Labeonem, qui ann. 779 Moesiae quoque praefectus fuit. At huic uxor quaedam Praxea fuit; illum inter laudabiles viros Plinius non nominasset. Az.

Orfiti. Ait h. l. Harduinus repertum sibi Orfitum cum Imp. Claudio consulem, ann. V. C. 804. In Fastis scilicet, aut Dione Cassio et Cornelio; et quidem vere. Sed ad hunc, me iudice, non referenda verba Nostri. Nam Vestiliam e sequentibus vides ante Orfito nupsisse et dedisse filios, quam Suilium Rufum pareret Corbulonemque; ante tamen Corbulonis et Suilii matrem fuisse, quam Caesoniae. Atqui Caesonia Caii eodem anno occubuit quo maritus, nempe 794. Natam igitur crede, ann. V. C. fere 769, Corbulonem vero et Suilium a. 763 ad 767. Iam Orfitus nuster plus quam quadraginta annis post diffarreationem consulatum adeptus foret. Quod ut non impossibile est, ita tamen non probabile. Quoeirca libentius crediderim Orfiti filium Orfitum consulem; nec consuli sane displicebat quod de illius patre Plinius subiungit, *clarissimorum civium.* Caeterum non immerito; siquidem videntur e Scipionum gente Orfiti, quorum nomina in Fastis ita inscripta habes: ann. V. C. 804 (post Chr. nat. 54), Serg. Cornelius Scipio Orfitus; ann. 902 (149), Ser. Cornelius Scip. Orfitus; ann. 918 (165), L. Cornel. Scipio Orfitus; ann. 925 (172), Cornel. Scipio Orfitus (sine praenomine). Occurrunt quoque, ann. 863, Solin. Orfitus (cum Claudio Crispino), 1023 (cum Flav. Antiochiano), Fur. Orfitus. Az.

Septimo semper. Sic Harduinus e codicibus suis Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chiffl. Tolet. aliisque refinxit, potiusve rescripsit, quum antea *Sempronium* admitteretur. Vid. infr. ad not. 18, quae ait Pint. Az.

Suilium Rufum. Is est M. Suilius Rufus, qui cum C. Antistio consulatum gessit, Claudii principatus anno decimo. De his consulib. Tacitus Annal. lib. XII Onuphrii Fasti M. Servilium Rufum perperam vocant. Huoe Corbulonis fratrem laudat Dio Cassius lib. LXIII, dum eos recenset, quos Nero iussit interfici. Τοῦ δὲ δὴ Κορβουλῶνος, καὶ Σουλπικίων, καὶ Σκριβωνίων, Ρούφου τε καὶ Πρόκλου, μνημονεύσω· τούτων μὲν, ὅτι ἀδελφοί τε καὶ ἠλεκτρώται, etc. Ex Pomponio natum hunc suspicamur: fuit enim in Pomponia gente Ruforum familia et cognomen. Harn. — Falso. Nam quo pacto gentilitii nominis in locum Suilius, quod minus notum ac nobile est? Tum memento Vestiliae, postquam Pomponii non fuit, editos in lucem Suilium, Corbulonem, Caesoniam. Suilius sane in Sui-

utrumque consulem: postea Caesoniam, Caii principis coniugem, octavo. In quo mensium numero genitis, intra quadragesimum diem maximus labor: gravidis autem, quarto et octavo mense, letalesque in

liis, novis viris; Corbulo in Domitiis, Caesonia forsan in Anniis; sed hoc intra controversiam esto. As.

Corbulonem. Neronis ducem, de quo lib. VI, cap. 8. Hard.

Caesoniam. Μιλωνία Καισωνία Dioni appellata lib. LIX, p. 658, quae Caio Caesari Germanico Aug. nupsit, ut ibi prolixius narratur. Vide Suetonium quoque in Caligula cap. xxv. Hard. — Tum et Iuven. Sat. VI, vss. 616 sqq. et Pers. Sat. VI, vs. 47. As.

In quo mensium. De fetuum quorumvis periculo circa quadragesimum diem, consentiunt Censor. c. 11; Celsus II, cap. 1; Hippocr. de septimestri partu, et Aphorism. 28; Arist. Hist. Anim. VII, 3; vid. infr. not. seq. Hard.

Ex his quatuor partus enixa, septimo semper mense, genuit Suilium Rufum undecimo, Corbulonem septimo, utrumque consulem: postea Caesoniam, Caii principis coniugem, octavo. In quo mensium numero genitis intra quadragesimum diem, etc. Legebatur olim *Sempronium.* Vnde locus non vulgari iodigens censura. Aote omnia, scripta omnis et impressa lectio non *Sempronium* agnoscit, sed *septimo semper*: sicque haud dubie legendum est. Deinde pro duobus illis verbis, *in quo*, scribendum est, *iniquo*: et id verbum cum duobus seqoentibus, ad praecedentia adiunge. Postremo dictionem *Genitis*, cum maiore littera scribe, ut sit principium sequentis caesi, hoc sensu: Vestiliani, C. Herdicii ac postea Pomponii atque Orfiti coniugem, quatuor ex his partus enixam, aequo semper mensium numero genuisse, hoc est, septimo semper mense; deinde e contrario, peperisse tres alios filios iniquo numero mensium, Suilium Rufum undecimo, Corbulonem septimo, Caesoniam octavo. Genitis vero, hoc est, fetui adhuc intra maternum uterum clauso, intra quadragesimum diem maximum esse laborem, h. e. periculum imminere, ne abortu eiiciantur, multi (vid. not. 3); tum Arist. de Hist. Anim. lib. VII, capite tertio: *Effluxiones vocantur, quae intra septimum mensem corruptiones incidunt; abortiones autem, quae intra quadragesimum diem: et quidem plurimi fetus intra tot numero dies depravantur.* Pint. — *In quo* tamen MSS. omnes librique editi; nec fides magis Pintiano adhibenda hunc locum non concoquenti, quam Pellicerii notis manuscriptis qui quidem Pintiano audacior, iubet suo periculo legi *in universum vero genitis*, etc. asseverans nimirum e glossa, ut fit non raro verba haec *in quo mensium numero* in textum irrepsisse. De Pintiano hic puta quod Pellicerius, de Pellicerio quod Pintianus. Neutri enim succurrit Plinianum ἀξίωμα, non e proprio penu, sed e Coa supellectili, ut sexcenties, depromptum; porro Hippocrates, de septim. partu lib. sub finem, ait patere quidem plurimis morbis recens editos in lucem; potissimum vero ὀκτόμηνας. As.

Gravidis. Praeguantes quarto et octavo mense plerumque infestantur:

iis abortus. Masurius auctor est, L. Papirium praetorem, secundo haerede lege agente, bonorum possessionem contra eum dedisse, quum mater partum se XIII mensibus diceret tulisse: quoniam nullum certum tempus pariendi statum videretur. 3

fetus corrumpuntur, arbotuque excidunt. Aristoteles loc. cit. Haan.

Masurius. Male in quibusdam *Masurius*; sic enim, producta prima syllaba, choriambum (-⏑⏑-) Masurium haberes; quod est paeon quartus, teste Persio qui Sat. V, vss. 89, 90, sic habet: *Cur mihi non liceat, iussit quocumque voluntas, Excepto, si quid Masuri rubrica notavit.* Eumdem virum patet Satyrographo ac Plinio nominari, Sabinum scilicet Masurium, iuris peritissimum, Augustique et Tiberii temporibus percelebrem. Aj. — Hunc Plinii locum integrum ad verbum Gellius transcripsit lib. III, cap. 16. Haan.

Masurius auctor est, L. Papirium praetorem, secundo haerede lege agente. Exemplar Salmanticense *cohaerede* praefert, non *haerede*. Praeterea via credo ordinem horum verborum non esse inversum. Rectius enim multo et magis e communi intellectu, verba hoc ordine fluerent: *Masurius auctor est, L. Papirium praetorem, secundo cohaerede lege agente, quum mater partum XIII mensibus diceret tulisse, bonorum possessionem contra eum dedisse: quoniam nullum certum tempus pariendi statutum videretur.* Pint. — *Lege agente.* Quum ex lege is ageret a Decemviris lata, de qua omnia nota sunt. Haan.

XIII mensibus. In MS. nostro, *tredecim.* Ita Gellius loc. cit. Qui *sedecim* legunt, tum Gellii, et MSS. auctoritatem refelluntur, tum vero Indice ipso, in quo huius loci lemma, seu titulus ita exprimitur: *Pariendi tempora perillustria; exempla a mensibus VII ad XIII.* Romana editio anni 1470, et Parmensia anni 1476, habet *XIV mensibus.* Sunt exempla partus mense decimo quinto, etiam et vicesimo tertio, etiam post biennium editi; atque adeo serius, apud Ios. Schenckium, Observat. Medic. lib. IV, pag. 640. Haan.

Nullum certum. In quibusd. edd. libb. *Null. satis certum.*

Quoniam nullum certum tempus pariendi statum videretur. Ita quidem codices biblioth. Reg. 1 et 2; et loc. cit. Gellius: *statum ei videretur.* Alii *statutum* legunt. Haec porro opinio Papirii a Iureconsultis merito reiecta est: valet enim pertinetque ad reddendas successiones incertas, et impudicitiae frena laxat. Haan. — A. Gellius, Noct. Attic. lib. III, cap. 16: *Decemviri partum legitimum esse mense decimo voluerunt.* Tum Victorius c. 18, 5. Conf. Nonium in vocabulo *Spissum.* Tertull. lib. de Anim. *Legitima nativitas decimi mensis ferme ingressus est*, ait Raevard. c. 28, in leg. XII Tabul. Apud Hom. Neptunus sic Nympham alloquitur: Χαῖρε, γυνή, φιλότητι· περιπλομένου δ' ἐνιαυτοῦ, Τέξεις ἀγλαὰ τέκνα; id est, anno circumacto, speciosum partum edes: nimirum decimo mense; tot enim mensibus apud Aeolas, ut et apud priscos Romanos, constabat annus: et Homerum Aeolem fuisse indubitatum.

4 V. (VI.) A conceptu decimo die, dolores capitis, oculorum vertigines tenebraeque, fastidium in cibis, redundatio stomachi, indices sunt hominis inchoati. Melior color marem ferenti, et facilior partus: motus in utero quadragesimo die. Contraria omnia in altero sexu: ingestabile onus, crurum et inguinis levis tumor: primus autem nonagesimo die motus. Sed plu-

Videatur hac de re D. Gothofred. ad Nov. XXXIX, c. 2, et Anton. August. ad XII Tabul. c. 24. DAL.

V. *A conceptu*, etc. Haec deinceps totidem fermie verbis habet Aristot. Hist. Anim. lib. VII, c. 4, et ex Plinio Solinus, cap. 1. HARD.

Decimo die. Aliis vero aliquando serius, inquit Aristot. l. c. HARD.

Vertigines. Δίνοι. DAL.

Tenebrae. Obtenebrato visu, σκότοι πρὸ τῶν ὀμμάτων, inquit idem Arist. HARD.

Fastidium in cibis. Graeci μαλακίαν et κίττα eaoi aegritudinem vocant. Moschopulus, quoniam edera (κίττα) συμπλέκεται ἀεὶ τοῖς παρατιθεμένοις, in mulieribus τὸ κιττᾶν esse putavit inconsiderate τὸ μεθ' ἡδονῆς συλλαμβάνειν Brod. V, cap. 30. Conceptus signa vide apud Aristot. de Histor. Anim. lib. VII, cap. 3. DAL. — Et hoc sensu fere *technico* intelligendum in Marooiano versu quem supra alligavimus: *Matri longa decem tulerunt fastidia menses*, τὸ *fastidia*. AS.

Redund. Nausea, vomitusque; quod nimii cibi vulgo indicium. HARD.

Facilior partus. Facilius pariunt marem, quam feminam, praegnantes. Ῥᾷον ἀπαλλάττουσιν αἱ ἄῤῥενα κύουσαι, ioquit Aristot. loc. cit. *facilius expediuntur, quae marem gerunt.* Ad eolorem quod attinet, Aristotele prior Hippocratea lib. V, Aphorism. 29: Γυνὴ, ἢν μὲν ἄῤῥεν κύῃ, εὔχρους ἐστίν· ἢν δὲ θῆλυ, δύσχρους. Barbare Solinus, ut assolet, *proniorem partitudinem uteri* dixit. HARD.

Motus in utero quadragesimo die. Hoc pariter motus discrimen agnoscit Philosophus, masculam inter femellamque prolem: ut illa quadragesimo, haec nonagesimo die sentiatur; Hist. Anim. lib. VII, c. 3. HARD. — Haec de fetuum motibus omnia incerta, quia fetus, sive mares, sive feminae absolvuntur 35 die, auctore Hippocrate, moventur 70, nascuntur triplo, hoc est, 210 die, et septimo mense: qui vero formantur 40, moventur 80, et edunlur 240, id est, octavo mense: sic qui perficinntur die 45, moventur 90, prodeunt 270, id est, nono mense: qui quinquagesimo die delineantur, moventur centesimo, exeunt trecentesimo, id est, decimo mense. DAL.

Ingestabile onus. Obsesva ἀφόρητον. DAL.

Et inguinis levis, etc. Ita Colb. 1, 2, Paris. et Chiffl. At Reg. 1, 2, et codex Pintiani habent *inguinis levi tumor*; quod Pellicerius secutus in notis MSS. emendat: *Et inguinis laevi tumor*, h. e. quoniam, sicuti a Plinio dictum est cap 3, mares in dextris uteri partibus, feminae sinistris gestantur. Vnde intelligi perfacile queat, gerenti feminam laevum

rimum languoris in utroque sexu, capillum germinante partu, et in plenilunio: quod tempus editos quoque infantes praecipue infestat. Adeoque incessus atque omne, quidquid dici potest, in gravida refert, ut salsioribus cibis usae, carentem unguiculis partum

inguen magis quam dexterum intumescere, quippe quod fetus ipsius onere magis etiam praegravetur ac laboret. Ego vero a codicum fide discedere religioni duco: tum, quod illud ipsum repetere quod plane paulo ante dixit de femellae prolis motu in laeva parte, frigidiusculum videatur; tum, quod aliud plane ab ipso nunc significari putem: tumorem scilicet non ab ipsa fetus mole profectum, sed a mucis superfluis, quibus in crura, et inguina, et reliquam carnem dilapsis, tota quae inferne est, intumescat. Haec enim Philosophi etiam mens est, Hist. Anim. lib. VII, cap. 4: Καὶ πολλάκις περὶ τὰ σκέλη οἰδήματα καὶ ἐπάρσεις γίνονται τῆς σαρκός. Hard.

Languoris. Solinus cap. 1: *In utroque sexu,* inquit, *quum capilli germinant, incommodum maius est.* Ἀσθὲν Aristoteles vocat, loc. cit. c. 4, hoc est, languorem, animique molestiam, quo nos hominum rerumque satietas tenet. Hard.

Germinante. Quum fetui incipiunt oriri pili, ὅταν ἄρχονται τὰ παιδία τρίχας ποιεῖν, inquit Arist. l. c. H.

Partu. Partum dixit, non pro sobole tantum, sed et pro fetu nondum edito, ἀντὶ τοῦ κυήματος. Ita cap. 13, *alere partum* dixit, hoc est, *fetum*, seu prolem; et lib. X, c. 83: *partus duodeni,* ubi Aristoteles σκυλάκια, *catuli*, *fetus*. Virg. Aeneid. VII, 324: *Quin idem Veneri partus suus, et Paris alter.* Lucret. IV, 1244 seqq. *Quoni multae steriles hymenaeis ante fuerunt Pluribus, et nactae post sunt tamen unde puellos Suscipere, et partu possent ditescere dulci.* Dig. de ventr. inspiciend. lib. I: *Ex hoc rescripto: partus enim antequam edatur, mulieris portio est, vel viscerum.* Plinius ipse, l. II, c. 52, 2: *Marcia, princeps Romanarum, ioia gravida, partu exanimato, ipsa citra ullum aliud incommodum vixit.* Hard.

Quod tempus. Solinus loco citato et Arist. Hist. Anim. lib. VII, cap. 15. At Solinus id tempus, non *praecipue* modo, sed *semper* infestare pueros dixit. H.

Adeoque incessus, etc. Sane refert quo modo incedat gravida; si enim cadat, abortionis periculum est. Non fuit hoc sensu, qui sane obvius unicuique est, contentus Salmasius, qui pag. 30 Exercitt. in Solinum, ut novum excogitaret, novum excudit in lingua latina vocabulum, *inesus* pro *esus*; *esum* vero deinde pro cibo accepit. De quo, cuiusmodi is debeat esse, statim a Plinio animadvertitur, quum salsiorem vetat a praegnantibus adhiberi; sed diversum quiddam nunc a se indicari, quod cavere pariter praegnantes oporteat, haud obscure significat. H.

Vt salsioribus. Aristot. Hist. Anim. lib. VII, cap. 5. Item Albertus Magnus, de Anim. tract. I, lib. IX, c. 5. Ex Plinio Solinus cap. 1. H.

edant, et, si respiravere, difficilius enitantur. Oscitatio quidem in enixu letalis est, sicut sternuisse a coitu, abortivum.

3 (VII.) Miseret atque etiam pudet aestimantem quam sit frivola animalium superbissimi origo, quum plerumque abortus causa fiat odor a lucernarum exstinctu. His principiis nascuntur tyranni, his carnifex animus. Tu qui corporis viribus fidis, tu qui fortunae munera amplexaris, et te ne alumnum quidem eius existimas, sed partum; tu tamen cuius semper tinctoria est mens,

Si respiravere. Si spiritum continere non possint, sed urgente eo nimium, respirarint, inquit Aristot. Hist. lib. VII, cap. 11: δυστοκοῦσι δὲ μᾶλλον, καὶ ἐὰν μεταξὺ ἀποπνεύσωσιν, ἀποβιαζόμενοι τῷ πνεύματι. Solinus loco cit. *Enitenti spiritum continere, plurimum congruit: quandoquidem letali mora oscitatio suspendit puerperia.* H.

Letalis est. Quia lapsas defectusque vires ostendit oscitatio, quibus integris ad enitendum opus est: oscitatione vires flaccescunt. Gellius, Noct. Attic. lib. III, cap. 16, Plinii verba refereos: *oscitatio*, inquit, *in nixu*, etc. H.

Sicut sternuisse. Solinus explicat fusius cap. 1: *Ante omnia sobolem cogitantibus sternutatio cavenda post coitum; ne prius semen excutiat impulsus repentinus, quam penetralibus matricis se insinuet paternus humor.* Haro.

Quum plerumque, etc. *Abortum fecit equa feta*, inquit Arist. Histor. Anim. lib. VIII, cap. 29, *lucernae odore: id quod praegnantibus quoque mulieribus nonnullis usu venit:* συμβαίνει δὲ τοῦτο καὶ γυναιξὶν ἐνίαις κυούσαις. Ita etiam Alb. M. lib. VII, de Anim. tract. III, cap. 2, p. 233; et Aelian. Hist. Anim. lib. IX, cap. 54; ex Aristot. uterque. Item Porphyrius, de Carn. Abstinent. lib. III. Hard.

Carnifex animus. Annaeanae audaciae *series iuncturaque*, sed cuius posthac imitator exstitit Martial. lib. XII, epigr. XLVIII, vss. 9 et 10: *Mullorum leporumque et suminis exitus hic est, Sulfureusque color, carnificesque pedes.* Podagram scilicet innuit. A.

Tu cuius... semper tinctoria. Aliam hic lectionem (quam Rhenani; sc. *semp. in victoria*) manuscriptus codex habet, sed mendosissimam, nempe hanc, *tamen cuius semper tinctoria est mens.* Haec corruptissima verba doctus quispiam in hunc modum castigavit, ut legendum affirmarel, *tu cuius semper in victoria est mens.* At quum nullo modo mihi satisfaceret haec sententia, coepi aliam eruere: verum non succedebat expedite divinatio. Desperanti iam semel atque iterum, tandem in mentem venit ipsissima Plinii lectio ni fallor; haec videlicet, *tamen cura pertinaci aestuans.* Porro haec clausula, a nobis maximo labore restituta, aptissime ad praecedentia respondet. Id quod nullus negabit, modo totam sententiam inspiciat, ac considerel; quae sic habet: *Tu qui*

tu qui te Deum credis, aliquo successu tumens, tanti perire potuisti: atque etiam hodie minoris potes, quantulo serpentis ictus dente! aut etiam, ut Anacreon poëta, acino uvae passae; ut Fabius Senator praetor, in lactis haustu uno pilo strangulatus. Is demum profecto vitam aequa lance pensabit, qui semper fragilitatis humanae memor fuerit.

corporis viribus fidis: tu qui fortunae munera amplexaris, et te ne alumnum quidem eius existimas, sed partum, tamen cura pertinaci aestuans, tu qui te Deum credis aliquo successu tumens, tanti perire potuisti. Rhenanus. — Cum Rhenano faciunt editi hactenus libri et habent omnes: *Tu cuius semper in victoria est mens*: quam lectionem nullum plane esemplar manu exaratum, paulo vetustius approbat. Reg. 2: *Tu tamen cuius victoria est mens.* At Reg. 1, Colb. 1, 2, Paris. Chiffl. et quos videre Rhenanus ac Turnebus, ita habent omnino, ut edi curavimus: quanquam in Rhenano non placuit, sed maximo labore, ut ipse ait, successu admodum infelici, ut nos putamus, clausulam hanc fatigavit conatusque est emendare; frustra. Nec magis apte Vossius in Melam, pag. 114, *tu cuius semper cinctoria mens est.* Tinctoriam mentem dixit Plinius, eo plane sensu quo Terentius et Augustinus, Enarr. in Psal. LXX, num. 1, *gladiatorium animum.* Isid. glossae: *Tinctorium, gladius.* Quae glossae quum sint per elementorum seriem digestae atque compositae, qui *cinctorium* reponunt, confidenter nimium facere nobis videntur. H.

Tanti perire. In Reg. 1 et 2, *tante perire.* Certe *tanto* mallem, et mox *minori*, quam *minoris.* Tanto, hoc est, tantula re, cuius modi est lucernae exstinctae fumus. Odor caeteroquin teter, et his ingratissimus quibus delicati πνεύμονες sunt. H.

Anacreon. Floride Valer. Maxim. lib. IX, c. 12, 8: *Sicut Anacreonti quoque, quamvis statum humanae vitae supergresso, quem uvae passae succo tenues et exiles virium reliquias foventem, unius grani pertinacior in aridis faucibus humor absumpsit.* Haan. — Idem Sophocli evenisse Neanthes annotasse traditur. Qua de re et Pet. Crinit. de Hon. discip. lib. II, cap. 6. Dalec.

Senator praetor. Ita constanter Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. aliique codd. Pintianus tamen ex suo emendat, *Senator, poto in lactis haustu uno pilo.* Suspicatur Cuiacius in vet. cod. scriptum fuisse *Senator P. R.* hoc est, Senator populi romani: quibus in verbis haud levem energiam latere ait Laelius Bisciola, Horar. subcisiv. lib. II, cap. 22, pag. 154, perinde ac si dicat: Tantus vir, et unus ex tam nobili populo princeps: eo enim, non dicam quidem miserius, sed notabilius est id leti genus, quo cui illud accidit, ille inter suos nobilior vir fuit. Quoad sensum vero, sic habeto: Senatorii ordinis vir strangulatus est pilo uno in haustu lactis, praeturam quum exerceret. H.

VI. (VIII.) In pedes procedere nascentem, contra naturam est; quo argumento eos appellavere Agrippas, ut aegre partos: qualiter M. Agrippam ferunt genitum, unico prope felicitatis exemplo in omnibus ad hunc modum genitis. Quamquam is quoque adversa pedum valetudine, misera iuventa, exercito

VI. *In pedes procedere nascentem, contra naturam.* Ita Colb. 1, 2, Paris et Solinus ipse, ac vetustae editiones omnes. At Reg. 1, 2, et Chiffl. *procidere:* fortassis aptius: cadere enim ac decidere fetus ex utero dicebatur: unde Statius Silv. I, 2, 109: *cadentem Excepi*; Lucanus lib. IX, vs. 899: *In terram parvus quum decidit infans.* Male vero in pedes procedere nascentem, hoc est quod inquit Varro, pueros in lucem prodeuntes in utero confixos esse, capite infima obtinente, pedibus in superna porrectis arborum modo, non hominis; eosque nonnunquam praeter rationem conversos, diductis passisque brachiis, in pedes exire magno periculo maloque parentis, cuius deprecandi causa Carmentibus Postversae ac Prosae erectae statuae sunt. De perversi rectique partus nomine Rhodig. c. xv. Vide Suetonium in Augusto. DAL. — Solinus quoque iisdem verbis, cap. 1. Caeterum quae hic Noster de recti partus ritu dixit, ex Aristotele deprompta, Hist. Anim. lib. X, c. 84. In pedes nascentem procedere, aut fetui fere, aut puerperae, aut utrique pariter, exitiosum quoque esse docet Hippocrates de Morb. mulier. lib. I, 50. H.

Quo argumento. Haec de M. Agrippae nomine et ortu, Solinus loco citato et Gellius lib. VI, cap. 16. Hic enim ab aegritudine et pedibus dictum Agrippam refert: haud aliter fere ac de Oedipo Seneca, vs. 813: *Tumore natus nomen ac vitio pedum.* HARD.

Ut aegre partos. Sensit id quoque Nonius cap. ult. n. 2, ab aegritudine partus confictum vocabulum esse: *Agrippae*, inquit, *qui cum labore matris educuntur, hoc est, per pedes contra naturam, non per caput: quasi ab aegro partu.* Sed vetustius multo illud nomen videtur, et inter mere graeca a Sosipatro recenseitur: est enim ἀπὸ τοῦ ἀγρεῖν, *venari, captare*, et ἵππος, *equus.* Aegritudo partus fortasse occasio fuit, cur hoc nomen prae caeteris M. Agrippae attribueretur, ob affinitatem morbi vocisque. II. — In his confutandis ne sexagesimam quidem horulae partem perdideris. Vnde enim in Latio, Italiae parte quam αὐτοχθόνες tenuere, non Graeci, voces mere graecae, qualis Ἀγρίππας? aut unde *pa* pro *partus*? Scilicet nulla syllaba aliquam vocem non repraesentat; iamque, ut Veteres, traheremus *Vestam* a *vi stando*, *cadaver* a *caro data vermibus!* Quid et nos non contendimus *Agrippa* esse pro *agens in ripa*, vel pro ἀγροῦ παῖς, vel si placeat, vox hybrida *agri* παῖς? Sed haec nugatoria: patet hoc tantum, esse in τῷ *Agrippa* aliquid de *agris*, ut *agrestem*, *agricolam*, etc. Notemus et hoc insuper, non agnomen Agrippa, sed unum esse e praenominibus, ut *Lucius*, *Manius*, etc. AJ.

aevo inter arma mortesque, ad noxia successu, infelici terris stirpe omni, sed per utrasque Agrippinas maxime, quae Caium et Domitium Neronem principes genuere, totidem faces generis humani: praeterea brevitate aevi, quinquagesimo uno raptus anno, in 2
tormentis adulteriorum coniugis, socerique praegravi servitio, luisse augurium praeposteri natalis existimatur. Neronem quoque paulo ante principem, et toto principatu suo hostem generis humani, pedibus genitum parens eius scribit Agrippina. Ritu naturae capite hominem gigni mos est, pedibus efferri.

Ad noxia successu. Quis ille successus ad noxia, aut quomodo sumendus? scribe: *obnoxio secessu.* Intelligit secessum Agrippae, quum ille ex levi frigoris suspicione, et quod Marcellus sibi anteferretur, relictis omnibus, Mitylenas se contulit, quem secessum *obnoxium* vocat. Vide et Sueton. lib. III de Tiberio in secessu Rhodi. (Exercit. Plinian. in Solin. pag. 31.) Salmasius.—Felicitatis pars quaedam videtur, inquit Plinius, prolem genuisse, cui regimen orbis terrarum aliquando possit obtingere: Agrippae noxius ille successus, exitiosa illa felicitas fuit, qui infelicem ediderit terris stirpem omnem, etc. Variant hic exemplaria mirum in modum, interpretes silent. In Reg. 1, Colb. 1, 2, Paris. legitur *adnoxio accessu.* Salmasius male, *obnoxio secessu*, quum se Agrippa scilicet Mitylenas contulit. Sed quamobrem quorsumve *obnoxius*? Sensus vero est: Ad infortunium orbis fuit, quum ei prospere successit: nam infelix terris stirps omnis eius exstitit. Haan.

Caium. Germanici filium ex Agrippina Agrippae filia. Eiusdem Germanici filia altera Agrippina, Neronis mater. Hard.

Coniugis. Iuliae, Augusti filiae, in libidines proiectissimae, de qua rursum cap. 46. Haan.

Socerique. Augusti. Haan.

Praeposteri. Ortus perversi, quo non ritu naturae consueto, in caput, sed in pedes primum processerit. H.

Scribit Agrippina. In commentariis. Mulier non illiterata, et ut callida pervicacique indole infamata, ita eleganti ingenio non vulgares viros aemulata. Quod nec in caeteris imperantium iis temporibus maxime mirandum. Dictator Caesar par in scribendo summis oratoribus fuit; Octavianus et poëta et historicus; Tiberius commentarios de rebus suis reliquit; Claudius πολυγραφώτατος omnium; Neronis carmina quis nescit? Az.

Ritu naturae capite hominem gigni mos est, pedibus efferri. Ita codices MSS. omnes, et editi. Forte rectius tamen: *Ritus naturae capite hominem gigni: mos est, pedibus efferri.* Mos enim, qui hominum et arbitrii, non naturae, esse videtur, ad elatos tunc, non ad nascentes, aptissime perti-

VII. (IX.) Auspicatius, enecta parente, gignuntur: sicut Scipio Africanus prior natus, primusque Caesarum a caeso matris utero dictus: qua de causa et Caesones appellati. Simili modo natus et Manilius, qui Carthaginem cum exercitu intravit.

nebit. Hunc porro situm eleganter Persius describit, Satyra III. 104 et seq. *tandemque beatulus alto Compositus lecto, crassisque lutatus amomis, In portam rigidos calces extendit.* Mos erat Veterum, ut mortuus facie pedibusque esset ad ianuam versus. Haan.

VII. *Auspicatius.* Solin. cap. 1, pag. 7: *Necatis matribus natus est auspicatior.* Legisse apud Plinium Is videtur, *auspicatius e necata parente.* Sed MSS. omnes, *enecta.* Haao. — Notandum non capite semper hominem gigni, quanquam id felicissimum, sed et tibias, et genua, et clunes saepe ante caput emergere, aliquando et caetera membra. Vid. *Table synoptique des accouchemens*, etc. a Doct. Melrieu. Az.

Sicut Scipio Africanus. Maior appellatus, caeso matris Pomponiae utero, in lucem prodiit. Meminit Tertull. lib. de Anima, cap. XXV. Haan.

Primusque Caesarum, etc. Ita omnes plane codices. Male porro Solinus h. l. et iuniores quidam, *primusque Caesar*, legerunt: unde priorem Scipionem Africanum, primum Romanorum dictum esse Caesarem tradiderunt. Id quod Salmasius, post Hermolaum, merito reprehendit; quanquam eodem quo vir ille summus, sed falso illo quidem ac plane nullo, argumento usus. *Ante bellum Samniticum*, ait Salmas. in Exerc. ad Solin. pag. 32, et in Castig. Plin. Hermolaus, *Claudius quidam Caesar exstitit.* Quis ille fuerit, planum facere nititur Hermolaus ex inscriptione vetere: Caes. Ap. Claudiva. Sed huius vitium ex Tabulis Capitolinis restituere prorsum fuit: ibi enim recte scribitur: Cens. Ap. Claudius. Sensus vero: Et is, inquit, e familia Caesarum, cui primum id nomen est iuditum. Cave enim Scipionem intelligas: quum sermo sit de Caesarum stirpis auctore, cui par cum Scipione nascendi modus, ac praeterea ex ea re nomen. Haao.

A caeso, etc. Cum Plinio Nonius *Caesares dictos, qui caesa matre nascuntur*, prodidit. Diverse Festus: *Caesones*, inquit, *appellantur, ex utero matris exsecti: Caesar, quod est cognomen Iuliorum, a caesarie dictus est, quia scilicet cum caesarie natus est.* Vide et Spartianum in Aelio Vero. Inde D. Raymundo etiam Nonnato cognomen, quod non natus, sed matris ex utero exsectus in lucem prodierit. Hard.

Et Caesones. In gente Fabia, ex qua Caeso Fabius consul, de quo Livius lib. 2, cap. 46 et 47. H.

Et Manilius. Ita MSS. omnes editionesque vetustae ante Hermolaum, qui Manlium scribendum pronuntiat, ex omnibus historicis. Qui vero illi sint, fateor me nescire, aeque atque quem Manlium ipse intelligat. Manium Manilium interim certus sum hoc loco significari, qui cum M. Censorino consul notatur in Fastis, anno primo belli Punici tertii, Vrb. cond. 605, quo auctore ac duce popu-

VIII. (x.) Vopiscos appellabant e geminis, qui retenti utero nascerentur, altero interempto abortu. Namque maxima, etsi rara, circa hoc miracula exsistunt.

IX. (xi.) Praeter mulierem, pauca animalia coitum novere gravida. Vnum quidem omnino, aut alterum superfetat. Exstat in monumentis etiam medicorum, et quibus talia consectari curae fuit, uno abortu duodecim puerperia egesta. Sed ubi paululum temporis inter duos conceptus intercessit, utrumque perfer-

lus romanus, ut ait Florus lib. II, cap. 15, aggressus est tertium cum Africa bellum, quo tandem Carthago finita est. Hard.

VIII. *Vopiscos.* Vopiscum, inquit, dixere Veteres nostri, e geminis, illum qui utero retineretur usque ad legitima partus tempora, geminorum altero prius eiecto expulsoque per abortum. Haec Solini paraphrasis cap. 1: *E geminis, si remanente altero, alter abortivo fluxu exciderit, alter qui legitime natus est, Vopiscus nominatur.* In Flavia gente, Flavius Vopiscus, historicus, temporibus Diocletiani. In Pompeia, Pompeius Vopiscus, designatus consul sub Othone, ex Tacito lib. XVII. Vide etiam Plutarch. Vit. Parall. Coriol. H. — *Opiscum* dictum puto, quasi ὀπίσθιον, quod alterum pone sequatur. Dalec. — Memento et hic quoque *Vopiscum* praenomen, rarum quidem, nec tamen non usitatum; vid. Fast. consulares in annis ante Christum. Quanquam imperatoriis in Fastis aliquando *Vopiscus* agnomen, sed omnia tunc mixta conturbataque in nominibus: plura nomina, saepe ne unum quidem; ita ut nihil iam probe dispicias. Ai.

IX. *Praeter mulierem.* Haec Aristoteles totidem plane verbis, Histor. Anim. lib. VII, cap. 5 et cap. 9. H.

Vnum quidem. Lepus cum dasypode, qui leporis quoddam genus, ut dicetur lib. VIII, cap. 81. Hard.

Duodecim puerperia egesta. Haec Arist. loc. cit. et ex Plinio Solinus c. 1. Hard. — Idem recentioribus exemplis confirmatum, quod fuse prosecutus est Cl. De Francheville, in *Mémoires de l'Académie des Sciences de Berlin.* Brot.

Vtrumque perfertur. Ita Reg. cod. 2, Chiffl. et Tolet. et Colb. 1, 2; pariter *utrumque* Reg. 1; et Paris. *utrumque perfectus.* Editi vulgo, *uterque profertur.* Rectius *utrumque*, ut ad puerperium referatur: et *perfertur*, uti explicabimus. Adiuvant hanc lectionem codices, in quibus legitur *perfectus.* Sic infra cap. 11, Plinius: *Quaedam non perferunt.* Neque tamen omnino displicet *profertur*, hoc est, editur in lucem. Verbis enim Philosophus usus est, quae utrique voci respondeant: Ἐὰν δὲ ἐγγὺς ἡ σύλληψις ἐγίνετο, τὸ ἐπικυοῦν ἐξήνεγκαν καὶ τίκτουσιν, *uterque fetus gestatur, sive perfertur, et gignitur, seu editur, profertur in lucem.* Quod ad sensum

tur: ut in Hercule et Iphicle fratre eius apparuit; et in ea, quae gemino partu, alterum marito similem, alterumque adultero, genuit. Item in proconnesia ancilla, quae eiusdem diei coitu, alterum domino similem, alterum procuratori eius; et in alia, quae unum iusto partu, quinque mensium alterum edidit. Rursus in alia, quae septem mensium edito puerperio, insecutis mensibus geminos enixa est.

X. Iam illa vulgata, varie ex integris truncos gigni, ex truncis integros, eademque parte truncos: signa quaedam, naevosque, et cicatrices etiam regenerari. Quarto partu Dacorum originis nota in bra-

pertinet, sic statuss: Vtrumque puerperium ad iustum usque pariendi tempus utero gestatur. Hard.

Iphicle. Ita Reg. 4, 2, et Paris. ab Ἰφικλῆς, qui Amphitryonis filius, Herculis frater, in edit. *Iphiclo*, mendose. Harr. — Multa sic apud Veteres nomina: Λαμπροκλῆς, Θεμιστοκλῆς, Ξενοκλῆς, Σοφοκλῆς, Αριστοκλῆς, Αγαθοκλῆς, Δημοκλῆς, sive Δαμοκλῆς, Ανσικλῆς, Ανδροκλῆς, etc.

Item in Proconnesia ancilla, quae, etc. Cf. Aristot. Hist. An et Solin. l. cit. Harr.

Et in alia, quae unum iusta partu, quinque mensium alterum edidit. Lego, *Et in alia quae geminos iusto partu*, etc. ex Arist. de Hist. Anim. lib. VII, cap 4: *Iam et quum geminos quaedam ferret, tertium superfetavit. Et quum tempus pariendi iustum iam esset, primos vitales peperit, secundum quinta mense elisit, qui statim mortuus est.* Ex quibus Aristotelis verbis liquebit rem subtilius rimanti, legendum esse, non *Et in alia*, ut hactenus lectum est, sed *Est alia.* Neque enim exemplum, quo utitur, eamdem cum superioribus rem indicat. Illa ostendunt, si inter duos conceptus parum temporis intercedat, utrumque perfectum edi, ut apparuit in Hercule et Iphicle: hoc docet, si post conceptos geminos tertius superfetetur, geminos nasci vitales, tertium perire abortione. Quare et paulo post arribendum videtur, *Rursus alia*, non *Rursus in alia.* Pint. — *Quae unum.* Aristoteles, gemellos dixit, δίδυμα, loc. cit. Haec recentioribus exemplis confirmat Schenkius Observ. Medic. lib. IV, pag. 618. Harr.

Rursus in alia. Arist. loc. cit. Καὶ ἑτέρᾳ δέ τινι συνέβη τεκούσῃ, πρῶτον μὲν ἑπτάμηνον, ὕστερον δὲ δύο τελεόμενα, τεκεῖν, etc. Harr.

X. *Iam illa.* Arist. Hist. Anim lib. VII, cap. 9. Hard.

Quarto partu Dacorum originis nota in brachia redditur. Locus est corruptissimus, et in quo restituendo frustra a viris etiam doctissimis laboratum est. Vtcunque minus male legetur, *tertia partu avorum originis nota in brachia redditur.* Pint — Quid si *Deciorum?* As.

chio redditur. (XII.) In Lepidorum gente tres, intermisso ordine, obducto membrana oculo, genitos accepimus. Similes quidem alios avo: et ex geminis quoque alterum patri, alterum matri: annoque post genitum, maiori similem fuisse, ut geminum. Quasdam sibi similes semper parere, quasdam viro, quasdam nulli, quasdam feminam patri, marem sibi. Indubitatum exemplum est Nicaei, nobilis pyctae, Byzantii geniti, qui adulterio Aethiopis nata matre, nil

In Lepidorum... ordine. Solinos totidem verbis cap. 1. H. — Sese hoc loco et auum ingenium Poinsloet miratur, et: Ne ullus quidem, ait, hactenus subodoratus est ex hoc Lepidis nomen contigisse; quippe quod a graeco λεπίς, ἰδος, *membrana, testa, cortex.* Sed *Lepidus* est a *lepos*, quod et *lepor*; quemadmodum a *rigor*, *rigidus*; *timor*, *timidus*; *valor*, *validus*, et sexcenta. Caeterum ne mireris nomen viro datum, qui *amabilem* significet; nam et Aemilium, quod olim Aemylium, omnes ab αἴμυλος esse voluit. Az. — Caeterum vide ad hunc locum et consule Arist. Hist. Anim. lib. VI, cap. 17, ex quo auctor totum hoc caput mutuatus est. Dalec. — *Intermisso ordine.* Nempe ut in abavo id vitium animadversum fuerit, mox in avo, demum in nepote; caruerint eo proavus, pater. Haro.

Obducto membrana oculo. Fuerunt et in quibusdam stirpibus gentilitia quaedam signa, ut Spartis Thebania lanceae, quibusdam stellae, Thyesti cancer, ionata et insita statim ab ortu: quae interdum exstinctis et tecta in filiis proximisque nepotibus, longo post tempore in remotis posteris veluti reviviscerent. Victorius c. XVI, 8; vide notata lib. XLIV, cap. 9. Seleuco eiusque posteritati anchorae imago in femore visebatur. Alex. ab Alex. cap. XIX, 2. Dalec.

Et ex geminis. Aristotel. Histor. Animal. lib. VII, cap. 9. Quae causa sit similitudinum cum alterutro parente, explanat erudite Hippocratea, libro de Genitura. Haro.

Annoque post genitum, maiori similem fuisse, ut geminum. Scribendum arbitror, *paulloque post genitum maiori*, etc. Genitum, hic accipio conceptum. Aristoteles libro et cap. cit. *Gemini vel dissimiles inter se nati iam sunt, sed plurimi magna ex parte similes prodeunt. Nam et quaedam, quum septimo die a partu concubuisset, concepissetque, peperit similem superiori, ut geminum.* Pint.

Nicaei. Nomen quod athletae his temporibus proprium fuit, a νίκη, *victoria.*

Nobilis pyctae. Pugilem vox ea Graecis significat: ism a plerisque Latinorum fere recepta, ut Lampridio et Materno: unde nec reformidanda fuit Solino, qui quum haec, loc. cit. exscriberet, *pugilem* reddidit. Vide quae dicemus cap. 48. Haro.

Nicaei, nobilis pyctae, Byzantii geniti. Annotaverunt alii *pyctae* legendum esse, ubi antea, *poëtae*, scriptum erat. Nos addimus, hunc qui

a caeteris colore differente, ipse avum regeneravit Aethiopem.

2 Similitudinum quidem in mente reputatio est, et in qua credantur multa fortuita pollere, visus, auditus, memoria, haustaeque imagines sub ipso conceptu. Cogitatio etiam utriuslibet animum subito transvolans, effingere similitudinem aut miscere existimatur. Ideoque plures in homine, quam in caeteris omnibus animalibus differentiae: quoniam velocitas cogitationum, animique celeritas, et ingenii varietas

regeneraverit avum suum Aethiopem, non Byzantii natum videri, sed in Sicilia, si Aristoteli credimus libro et capite toties laud. *Aliqui*, inquit, *similitudinis nihil referunt. Redditur etiam vel post plures eiusdem prosapiae, ut in Sicilia eius quae adulterium cum Aethiope commiserat filia, non colorem patris Aethiopis reddidit, sed qui natus ex hac est, in avum Aethiopem regeneravit.* Idem tamen Aristoteles a seipso dissentiens, libro primo de Generatione Animalium, in Peloponesi proviocia Elide rem gestam prodit. Pint. — Acheloum credas subterraneo cursu hanc historiam ex Elide in Siciliam secundo flumine devexisse. Haso. — Quid vetat hunc, ut in Sicilia diu commoratum, sic in Elidem non semel ut decertaret venisse, et hic quidem filium genuisse, domi tamen in Sicilia cum filio saepius fuisse visum? Aj.

Aethiopis. Αἰθίωψ apud Arist. l. c. qui eadem refert, non gentis nomen est, sed coloris. Hard. — Optime quidem, nec id Plinius solus in Latinis. Martial. lib. VII, Epigramm. LXXXVII, vss. 1, 2: *Si meus aurita gaudet glaucopide Flaccus, Si frutur tristi Canius Aethiope.* Res etymo quoque consentanea, nam Αἰθίωψ ab αἴθειν, *cremare*, et ὤψ *vultus*. Aj.

Ipse avum regeneravit. Ipse avo suo Aethiopi similis exstitit. Cf. Plinii paraphrastes Solinus cap. 1. Plinius iterum lib. XIV, cap. 28, ea voce usus: *Nec alio magis Drusus Caesar regenerasse patrem Tiberium ferebatur.* Haro. — Notat Poinainet posse matris cum Aethiope exstitisse adulterinum concubitum. Ad hoc facit res Nostrati Buffon memorata, in Historia Nat. hominis: nempe, in urbe *Charles-Town* (quae provinciae est incolis dictae *Caroline*), mulierculae cuidam gemino partu duos infantes editos, quorum alter candidi, alter vero nigri coloris fuit; mox stupentium et crebro interrogantium turba eo adductam, ut fateretur sibi rem fuisse cum servulo nigrita, qui dominae vim intulerat. Aj.

Similitudinum quidem in mente reputatio est: et in qua credantur multa fortuita pollere. Scribit Pellicerius in notis MSS. repugnantibus licet omnibus exemplaribus, *similitudinum quidem immensa reputatio est*: scilicet, late patet similitudinum consideratio: quippe in qua multa fortuita, quae plurimum in his posse existimentur,

multiformes notas imprimat: quum caeteris animantibus immobiles sint animi, et similes omnibus singulisque in suo cuique genere. Antiocho, regi Syriae, 3
e plebe nomine Artemon in tantum similis fuit, ut Laodice, coniux regia, necato iam Antiocho, mimum per eum commendationis regnique successionis peregerit. Magno Pompeio Vibius quidam e plebe, et Publicius etiam servitute liberatus, indiscreta prope

attendere oportest. Quare libentius quoque agnoscit, *ut in quo*, id est, in qua re, quam et *in qua*, similitudinum scilicet reputatione. Hicce vero sensus est: Similitudinum quidem repetenda causa videtur ex mente utriuslibet parentis. Plerumque enim effinguntur et exsistunt hae similitudines in corporibus nascentium, ex parentum amborum, sive eorum utriuslibet, cogitatione in usu venereo: in qua cogitatione excitanda valent, tum fortuita plurima, audita, visa, etc. tum solito cogitata. Hand.

Similes omnibus singulisque in suo cuique genere. Cicero Tuscul. Quaestion. lib. I, c. 86: *Similitudo*, inquit, *magis apparet in bestiis, quarum animi sunt rationis expertes.* Dalec. — Notat h. l. Harduinus Tullium male a Dalecampio ad Plinianam sententiam allegari et laudari; Tullio enim sermonem esse de animi morumque, non de corporum similitudine. Argutissime quidem et philosophice. As.

Antiocho, regi Syriae, ... Artemon in tantum similis fuit. Haec totidem verbis expressit e Plinio Solinus, c. 1. Vberius explicatiusque Valerius Maxim. Hist. Mem. lib. IX, c. 14: *Regi Antiocho*, inquit, *unus ex aequalibus, et ipse regiae stirpis, nomine Artemon, perquam similis fuisse traditur: quem Laodice uxor Antiochi, interficto viro, dissimulandi sceleris gratia, in lectulo quasi ipsum regem aegrum collocavit: admissumque universum populum, et sermone eius et vultu consimili fefellit: crediderunique homines ab Antiocho moriente Laodicem et natos eius sibi commendari.* Fuit hic Antiochus Magnus cognominatus. Hand.

E plebe. Regia stirpe natum Valerius ait fuisse loco allato. Hand.

Vt Laodice. Vt Laodice cuiux regis Antiochi, iam necato eo, Artemonem induxerit, qui se Antiochum esse simularet, commendaretque reginae administrationem successionemque regni. Vid. sup. Hand.

Mimum. Hoc est, simulationem. Simulatae enim illius personae actio, repraesentatioque regis Laodicen populo commendantis, regnique successores notantis, exactius nulla alia voce potuit significari. Ita Suetonius in Othone, c. III: *Ne poena aerior mimum omnem divulgaret*, hoc est, ludum omnem ac fictionem. Idem in Caio, cap. XLV: *In hoc quoque mimo praeter modum intemperans.* Hand.

Magno Pompeio. Valer. Mas. l. c. Memorabil. *Magno Pompeio Vibius ingenuae stirpis, et Publicius libertinus, ita similes fuerunt, ut permutato statu, et Pompeius in illis, et illi in Pompeio salutari possent.* Quos inge-

specie fuere similes, illud os probum reddentes, ipsumque honorem eximiae frontis. Qualis causa patri quoque eius, Menogenis coqui sui cognomen imposuit Strabonis a specie oculorum nomen habentis, vitium imitata: et Scipioni in servo victimarii Serapione, negotiatoris vili mancipio. Eiusdem familiae Scipioni post eum cognomen Salutio mimus dedit: sicut Spin-

nuae stirpis Valerius ait fuisse, hos e plebe Plinius appellat; tum hoc loco, tum cap. 36: Et in plebe igitur ingenui sunt. Hard.

Illud os probum. Liberale, venustum, gratum, venerandum, probandum. Noster, lib. XXXVII, cap. 6, de Pompeio ipso: *Imago Cn. Pompeii, illa regio honore grata, illius probi oris venerandique per cunctas gentes.* Hard.

Patri quoque eius. Pompeii M. scilicet, cuius pater Strabonis cognomen ab oculorum vitio consecutus erat ex Menogenis coqui sui similitudine, qui strabo fuit, audiebatque vulgo Menogenes Strabo. *Vt vir et ferox animo, et praepotens armis, inquit, Valer. Max. loc. cit. sordidum eius coqui nomen a se repellere non valuerit.* Hard.

Et Scipioni. Hunc locum, alioqui intricatum et multiformem in libr. tum edd. tum manu exaratis, sic emendarant eruditi: *Cognomen imposuit, iam Strabonis a specie oculorum habenti, vitium imitata et in servo: Scipioni, Serapionis; is erat suarii negotiatoris vile mancipium.* Quum vero ex hoc loco expedire se Salmasius vix posset, sic locum immutavit, pag. 40, Exercitt. in Solin. *Scipioni Serapioni inerat suarii negotiatoris vile mancipium*, etc. vestigia sane codicum non premens. At in quibusdam libris *iam* post τὸ *imposuit*; in quibusd. vero *habenti* pro *habentis*, ita ut ad τὸ *patri* facile referatur. Non bene quidam *vitium imitatus et servi Serapionis Scipio.* Vid. marg. Varior. h. l. At Romana editio anni 1470, et Parmensis anni 1476, locum totum a *qualis* ad *dedit*, ut nos exhibent: Lectionem hanc veterem recentiorum emendationi praetulimus, quoniam illa Val. Max. suffragatorem habet. Quoad sensum: Eadem, inquit, causa similitudinis, quae Pompeio Straboni imposuit cognomen, imposuit quoque Scipioni cognomen Serapionis: qui quidem Serapio vile mancipium erat suarii negotiatoris: vel, ut ait Valer. Max. loc. cit. victimarius. Vid. et ea quae dicturi sumus ad lib. XXI, cap. 7. Hard.

Vili mancipio. Posset fortasse hic *vilis*, gignendi casu scribi, ita ut ad negotiatorem transferatur, non ad Serapionem vilitas. Ille enim servus contemptior cuius in contemptu dominus. Ad.

Eiusdem familiae Scipioni post eum, etc. In Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, et Paris. *Salvitto*, vel *Salvitio* legas. *Salutionem* Suetonius appellat, in Iulio, c. LIX. Σαλάτωνα, Dio lib. LXII. Quid si illud opprobrii cognomen *Salacio* fuerit a salace, hoc est, libidinoso: ut a sene fit Senecio? Verum tamen obstat, ne quid im-

ther secundarum, tertiarumque Pamphilus, collegio Lentuli et Metelli Coss. In quo perquam importune fortuitum hoc quoque fuit, duorum simul Consulum

mutem, Plutarchus, Vit. Parall. Caesar. Σκιπίων ἐκαλεῖτο Σαλλουτίων. Haec auctorum graecorum testimonia Gronovius si vidisset, non fixisset crucem ipse sibi, ut tandem portentosum nescio quod *Salpittonis* vocabulum, ab hoc certe loco alienum, obtruderet. Sensus: Alter Scipio in eadem familia, hoc est, filius, aut nepos prioris Scipionis Serapionis, qui de mimi cuiusdam cognomine, cui perquam similis erat, Salutio est cognominatus. Quibus adde ea quae dicturi sumus lib. XXXVI, cap. 2. Hard. — Operae pretium fuit Harduini et caeterorum opiniones adumbrare. His tamen melius putamus, quod subodoratus est vir doctus, *Salacio*. Nec solum *Senecio* a *sene* exemplum sit, sed *homuncio* ab *homine*. Diminutiva enim in cio aliquatenus scoptica et depressiva sunt. Porro e loco Suetonii sup. laud. qui se sic habet: *Ad eludendas. . . . , despectissimum quemdam e Corneliorum genere cui ob opprobrium vitae Salutioni cognomen erat:* patet non e probis hunc hominem fuisse. Et *Solacio* iocosum est ut graece Σατύριστος. Theocr. in Ὀαριστ. Τί δέζεις, Σατύριστε; Conferrem et, si per tempus liceret, Catullianum *Solaputium*. At cur in Tranquillo *Salutio* et Plutarcho Σαλλουτίων? Error Plutarchi a Suetonio pendet; et *u* pro *a*, *c* pro *t*, in MSS. quis mirabitur? Aj.

Cognomen Salutio Mimus. Quemdam ex Scipionibus adoptione testamentaria Salutionem cognominatum fuisse auctor scribit libro XXXV, c. 2, non ob similitudinem cum Salutione Mimo. Dalec. — Patietur Dalecampius aequo animo si nostram sententiam in adversa inclinare dixerimus. Neque enim allegatus alter huic repugnat locus, sed egregie potius consentit. Salutio namque in Africanam adoptatus familiam, Cornelii inde nomen est assecutus, quod et Salutionis proprio a vitio tracti foeditate conspurcasset: ni Corneliae genti suam asseruisset laudem Measala, ostendissetque discrimina gentium et quae cui nativa, quae per adoptionem quaesita. Videatur Suet. lib. I, cap 59, et ibi Casaub. Haro.

Sicut Spinther. Mimi duo, inquit, Spinther et Pamphilus, pari consulum et collegarum cognomen dederunt, Lentulo Spinther, Pamphilus Metello. Lentulus Spinther is est, ad quem Cicero primum librum scripsit Epistolarum: consulatum gessit cum Q. Caecilio Metello Nepote, quo anno ab exsilio Cicero est revocatus. H.

Secundarum, tertiarumque. In Variorum margine *secundarius, tertiariusque.* Aj.

Sicut Spinther secundarum, tertiarumque Pamphilus. Ed Parm. *Secundorius retiorriusque.* Male. Val. Max. l. IX, c. 14, cap. 4: *Generosissimum consulatus collegium Lentuli et Metelli fuit: qui ambo in scena, propter similitudinem histrionum, propemodum spectati sunt. Sed alter, ex quodam secundarum, cognomen Spinthe-ris traxit: alter, nisi Nepotis a moribus accepisset, Pomphili tertiorum, cui simillimus esse ferebatur, habuisset.* Retiarii certe nomen ad gladiatores pertinet, non ad histriones, de

in scena imagines cerni. E diverso L. Plancus orator, histrioni Rubrio cognomen imposuit. Rursus Curioni patri Burbuleius, itemque Messalae censorio Menogenes, perinde histriones. Surae quidem proconsulis etiam rictum in loquendo, contractionemque linguae, et sermonis tumultum, non imaginem modo, piscator quidam in Sicilia reddidit. Cassio Severo, celebri oratori, armentarii Mirmillonis obiecta similitudo

quibus hic sermo. Caeterum is primarum partium histrio, auctore Asc. Ped. in orat. Ciceron. de Divin. qui saepius in scenam prodit, ac negotii maioris actionisque personam sustinet: secundarum vero partium, ac tertiarum illi, qui secundum, tertiumque in agendo locum obtinent. H.

E diverso. Reliquum caput expressit ad verbum e Plinio Solinus cap. 1. Haro.

Curioni patri. Patri Curionis illius, qui Tribunus pl. confugit ad Caesarem: ad quem Ciceronis exsistunt epistolae. Valer. Max. Memor. lib. IX, cap. 14, 5: *M. Messala Consularis, et Censorius, Menogenis: Curioque, omnibus honoribus abundans, Burbulei: ille propter oris aspectum, hic propter parem corporis motum, uterque scenici, nomen coactus est recipere.* Hard.

Messalae. M. Valer. Mess. Niger, qui cum M. Puppio Pisone Calpurnio consul fuit, anno V. C. 693. (ant. Ch. nat 61) Az.

Surae quidem Proconsulis etiam, etc. Ita MSS omnes. Sura Lentulorum, Aemiliorum, aliarumque familiarum apud Romanos cognomen frequens fuit. Cave hoc loco Syriae proconsulem legas, ut in quibusdam Solini exemplaribus depravatis. H.

Etiam rictum. Solin. loc. cit. *rictum oris.* Haro.

Contractionemque. Solinus, *tardatae sonum linguae.* MSS. omnes, Reg. 1, 2, Paris. etc. *intractionemque linguae.* Pintianus ex Solino, *eunctationem* legit. Hard.

Sermonis tumultum. Solinus, *impedimenta vocis:* quum scilicet verba franguntur, dictioque confunditur: Galli vocant, *bredouillement, bredouiller, parler en bredouillant.* H. — *Sermone tumultuari* dixit Tertullianus, quod Graeci παφλάζειν dicuntur. Salmas.

Cassio Severo. De quo in Auctorum indice. Haro.

Cassio Severo, celebri oratori, etc. Lege: *Cassio severo celebri oratori Armentarii Mirmillonis.* Armentarius nomen proprium mirmillonis illius, id est, gladiatoris. In scriptis Plinii semper *Murmillo* reperitur, aut *Murmilio.* Salmas.

Cassio Severo, celebri oratori, armentarii, etc. Salmasius vanus est, dum Exerc. Plinian. in Solinum p. 39, (v. not. super.) ait Armentarium fuisse nomen proprium mirmillonis, id est, gladiatoris. Ego vero non magis armentarium proprium esse nomen agnosco, quam suarium, de quo proxime ante dictum est: altera

est. Toranius mango Antonio iam Triumviro, eximios forma pueros, alterum in Asia genitum, alterum trans Alpes, ut geminos vendidit: tanta unitas erat. Post- 6
quam deinde, sermone puerorum detecta fraude, a furente increpitus Antonio est, inter alia magnitudinem pretii conquerente (nam ducentis mercatus erat sestertiis), respondit versutus ingenii mango,

voce designari hominem censeo, cuius in armentis; altera, cuius in suibus tota opera industriaque versatur. H. — Caeterum obiecta similitudo est, ut spurius innueretur. Vt in Iuvenalis σπιφωνήματι, Satir. VI, vss. 78, et seqq. *Longa per angustos figamus pulpita vicos; Ornentur postes et grandi ianua lauro, Vt testudineo, tibi, Lentule, conopeo Nobilis Euryalum mirmillonem exprimat infans.* Aj. — *Mirmillonis* vero, quod occurrit, hoc loco nomen esse credito proprium, quod a similitudine armentarii illius cognominis, impositum quoque Cassio Severo est: ut Scipioni, Serapionis. Alioqui Mirmillo gladiatorum genus est, de quo accurate Lipsius l. II Saturn. cap. 9. Hahn.

Toranius. Scribitur quoque eum *h.* Vid. Suet. Aug. 69. Cf. not. 39.

Toranius mango, Antonio iam Triumviro. Ita rescripsimus ex Reg. 1, 2, Paris. et Chiffl. eod. adstipulante Pintiano: quum antea legeretur, *Toranius M. Antonio*, hoc est, *Marco Antonio.* Plinius ipse paulo post: *Respondit versutus ingenii mango*, etc. Vid. Macrob. lib. XI, c. 4. Sed ili legitur *Toronius* pro *Toranius*. [illegible]. et Pint. — Huius Toranii meminit Suetonius in Aug. loco modo cit. Hahn. — Cognomen addit Flaccum Macrob. Saturnal. lib. II, c. 4. Et hic quidem aliquid memorat Toranii salse dictum ad Augustum imperatorem.

Tanta unitas erat. Eam oris atque faciei similitudinem venuste Plautus in Menaechm. Prol. 18-21: *Ei sunt nati filii gemini duo, Ita forma simili pueri, ut mater sua Non internosse posset, quae mammam dabat; Neque adeo mater ipsa, quae eos pepererat.* Vbi matrem eam et quae parit, et quae nutrit, dici observandum. Dalec.

Sermone puerorum detecta fraude. Iuvenes enim nec inter se confabulabantur, neque iisdem intelligi poterant; quod eo citius detectum certe fuit quod non ex eodem fonte derivatas linguas uterque haberet. Huic enim vel graecanicus, vel assyrio similis sermo; illi celticus, aut teutonicus. Aj.

Conquerente. Vet. *requirente*; Chifflet. *conquirente*; e marg. Var.

Nam ducentis.... sestertiis. Solinus cap. 1, pag. 8, id ipsum referens, trecenta ait fuisse sestertia: quod verisimilius est, magnitudinem pretii conquerente Antonio, et aegre ferente. Hahn. — Nam non id rarum in imperatoria Roma, palmariae formae pueros centenis sestertiis constitisse. Martial. I, Ep. LIX, 1: *Millia pro puero centum me mango poposcit;* item lib. XI, Epig. LXI: *Vendere, Tucca, potes centenis millibus*

ob id ipsum se tanti vendidisse, quoniam non esset mira similitudo in ullis eodem utero editis: diversarum quidem gentium natales tam concordi figura reperiri, super omnem esse taxationem. Adeoque tempestivam admirationem intulit, ut ille proscriptor animus, modo et contumelia furens, non aliud in censu magis ex fortuna sua duceret.

XI. (XIII.) Est quaedam privatim dissociatio corporum: et inter se steriles, ubi cum aliis iunxere, gignunt: sicut Augustus et Livia. Item alii aliaeque feminas tantum generant, aut mares: plerumque et alternat: sicut Gracchorum mater duodecies; et

emptos! et passim. Trecenta autem millia HS tunc erant, si ad pecuniarum nostrarum rationes revocaveris, fere 61, 437 f. 50 c. As.

Versutus ingenii. Ἑλληνισμός. Sic diceretur tragoedographo εὐτυχὴς φρενῶν, εὔμοιρος φύσιος. As.

Proscriptor. Hoc est, proscriptione gaudens. Audacter; ut iam *carnifex animus.* Legit Rhenanus: ut *ille proscriptor, minis modo*, etc. Codices refragantur. Hard.

Modo et contumelia. Ille, inquit, cui proscribere promptum erat, et furor praeterea plane modo accesserat ob contumeliam a Toranio illatam, *a quo se irrisum gravabatur*, inquit Solinus, *adeo mitigatus est, ut deinceps nihil se habere carius in substantia iactitaret.*

Ex fortuna sua. Importuni emendatoris est ea lectio, quam Parmensis habet editio, *et in fortuna sua*, repugnantibus MSS. atque adeo ipsa latinitate: e fortuna etenim nostra dicimus, uti e re et dignitate nostra. Hard.

XI. *Est quaedam.* Habet eadem et Arist. Hist. Anim. l. VII, c. 8. Solinus accepit a Plinio c. 1, p. 6. Praeivit omnibus Hippocrates lib. de Genitura, sect. 7, ubi causam eius rei apprime expedit. Harn.

Cum aliis iunxere. Rectius fortassis scriberetur, *se iunxere.* Lucret. locum vide, quem retulimus c. 5. Hard.

Et Livia. Suetonius, de Augusto cap. LXIII: *Ex Scribonia, Iuliam; ex Livia, nihil liberorum tulit, quum maxime cuperet: infans, qui conceptus erat, immaturus est editus.* Liviam praegnantem a priore marito Tiberio Nerone abduxerat Augustus; neque ipse ex ea prolem ullam habuit, quum ea ex Nerone Tiberium, qui postea imperavit, et Drusum peperisset, qui in nummis antiquis appellatur *Germanicus Imp.* Harn.

Item alii, etc. Idem Solin. loco supra iam citat. Sunt mares qui feminas tantum, feminae quae tantum mares generent, inquit A[illegible] H.

Gracchorum mater. Cornelia. De haec ad. Plutarch. in Gracchis. Laudat Corneliae epistolas Cicero in Bruto cap. 211. Harn.

Agrippina Germanici, novies. Aliis sterilis est iuventa, aliis semel in vita datur gignere. Quaedam non perferunt partus: quales, si quando medicina et cura vicere, feminam fere gignunt. Divus Augustus in re- 2
liqua exemplorum raritate, neptis suae nepotem vidit

Agrippina. Suetonius in Caligula cap. VII, agens de Germanico: *Habuit in matrimonio*, inquit, *Agrippinam, M. Agrippae et Iuliae filiam, et ex ea novem liberos tulit: quorum duo infantes adhuc rapti, unus iam puerascens. Caeteri superstites patri fuerunt. Tres sexus feminini, Agrippina, Drusilla, Livilla, continuo triennio natae: totidem mares, Nero, et Drusus, et C. Caesar.* HARD.

Aliis sterilis. Vid. Arist. ibid. H.

Quaedam non perferunt. Partum non ferunt usque ad legitima tempora pariendi, οὐ δύνανται ἐκφέρειν. Iterum Arist. Hist. An. lib. VII. H.

Divus Augustus in reliqua exemplorum raritate, neptis suae, etc. Ego scribo, non *M. Silanum*, sed *Iunium Silanum*. Item, *proconsulatu*, non *post consulatum*. Fuit nihilominus Marcus Silanus Tiberii principatu potens, insignique nobilitate praecellens civis, auctore Corn. Tacito, Ann. libro III. Non tamen is proconsul Asiae fuit, neque veneno Neronis sublatus: sed utrumque hoc Iunio Silano congruit, qui eiusdem Tiberii tempore consulatum cum Silio Nerva gessit, eodem teste. De an, Annal. libro XIII, idem Cornelius Tacitus circa initia sic scribit: *Prima novo principatu mors Iunii Silani proconsulis Asiae, ignaro Nerone, per dolum Agrippinae patratur.* Et mox paulo: *Quippe et Silanus divi Augusti abnepos erat: haec causa necis. Ministri fuere P. Celerius eques Romanus, et Aelius libertus, rei familiari Principis in Asia impositi: ab his proconsuli venenum inter epulas datum est, apertius quam ut fallerent.* Hactenus Tacitus. Porro successionem hanc Iunii Silani a principe Augusto, de qua hic Cornelius Tacitus, existimo sic deduci posse. Decius Silanus, auctore eodem Tacito, frater praedicti Marci Silani Iuliam Augusti neptem temeravit, ob id in exsilium missus; Iulia ob adulteria damnata in exsilio peperit infantem, ut scribit Tranquillus, quem agnosci et ali vetuit Augustus. Hic forte adulta iam aetate Iunium hunc Silanum procreavit, Augusti abnepotem. Patet item ex antedictis, Tacito cum Plinio non convenire. Ille, ignaro Nerone, veneno Agrippinae sublatum Iunium Silanum tradit: hic non ab Agrippina, sed a Nerone scelus patratum asserit. PINT.— *Neptis suae.* Augusto e Iulia filia neptes duae: Iulia et Agrippina. M. Silanus Agrippinae nepos fuit, ut recte Pellicerius vidit in notis MSS. Porro eum in modum M. Silani stemma deducimus tum ex matre, tum e patre. Numeralibus notis generationum ordo designatur.

I. *Paternum stemma.*

6. M. SILANVS, Augur.
5. Q. Silanus, Proc.
4. A. LICINIVS NERVA SILANVS, trium-vir monetalis.
3. Ἀνώνυμος.
2. LICINIVS NERVA SILANVS, in nummis ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ, ΣΙΛΑΝΟΣ.

genitum quo excessit anno, M. Silanum; qui, quum Asiam obtineret post consulatum, Neronis principis successione, veneno eius interemptus est. Q. Metellus Macedonicus, quum sex liberos relinqueret, undecim nepotes reliquit: nurus vero generosque, et omnes qui se patris appellatione salutarent, viginti septem. In actis temporum Divi Augusti invenitur, XII consulatu eius, Lucioque Sylla collega, a. d. III idus Aprilis, C. Crispinum Hilarum ex ingenua plebe Faesulana, cum liberis novem (in quo numero filiae duae fuerunt), nepotibus XXVII, pronepotibus XXIX,

1. M. Silanvs, etc. Vid. infra, Stemma matern. fin.

II. *Maternum stemma.*

4. Ivlia, C. Iulii Caesaris Octaviani Augusti filia; nupsit 1.° M. Marcello, 2° M. Agrippae, 3° imp. Tiberio.

3. Ivlia Agrippina, Iuliae ex Agrippa F. Augusti neptis; nupsit Germanico Caesari.

2. Drvsilla, Iuliae Agrippinae e Germanico F. nupsit Licinio Nervae Αντιοχέων.

1. M. Silanvs, cons. proc. Hard.

M. Silanum. Ita scribi oportet, non ut vulgo, *Syllanum.* Fuit is e Licinia gente, Licinii Nervae Imp. Caesaris Aug. pater, et Aelii Silani. Is in nummo argenteo tetradrachmo e museo nostro AESILAS Q. MACED. scribitur. Simul ab ea nummi parte insignia quaestoris sunt, cum littera Q. Mensa scilicet sinistro latere, ad pecuniam numerandam: dextro arca, in qua reconditur. In medio clava Herculea, Macedoniae symbolum. In altera nummi parte, caput est iuvenile populi romani, cuius ea provincia ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ. Plura de nummo iamdudum diximus, quae sunt in Diarium Trevoltianum inserta. Hard.

Vid. supra de veneficii auctore eam notae 9 partem, quae Pintiani est.

Q. Metellus Macedonicus. Vide Plutarch. lib. de Fortuna Roman. Hic vir, bello macedonico tertio feliciter gesto, Macedonici nomen adeptus est: de quo Florus, lib. II, cap. 14. H.

Sex liberos. Dalecampius *quatuor liberos* (IV, non VI) permutatis numeris, scribendum monet: ex cap. 45 libri huius. Verum praeter quatuor filios, praetorem unum, et tres consulares, quibus, ut ibi dicitur, est illatus rogo, generos habuit duos consulares, quorum Plutarchus meminit in lib. de Fortun. Roman. immo et Plinius ipse hoc loco. Quare filias duas in liberorum numero censet, ut sex numerentur; alteram Servilii Isaurici matrem, Scipionis alteram: Caeciliam utramque appellatam. Aj.

Lucioque. L. Corn. Sylla, qui cum Augusto duodecimum consul fuit ann. V. C. 749, ante Christum natum, quinto. Hard.

Liberis novem. Reg. codd. 1, 2;

neptibus octo prolata pompa, cum omnibus his in Capitolio immolasse.

XII. (XIV.) Mulier post quinquagesimum annum non gignit, maiorque pars quadragesimo profluvium genitale sistit. Nam in viris Massinissam regem, post LXXXVI annum generasse filium, quem Methymathnum appellaverit, clarum est: Catonem censorium octoge-

Chiffl. *VIII*, Parisiensis *octo*; cum Rhenanu facientes. Hard.

Pronepotibus XXIX. Laudati codices, cum Colb. 1, 2, et Rhenano *XIX*. Hard.

Neptibus octo. Ita omnes MSS. At editi, *IX*. Hard.

Prolata pompa, cum omnibus his in Capitolio immolasse. Chiffletiani codicis lectionem caeteris antetulimus. In Reg. 1 et 2, *praeluta.* In Paris. *praelata*, ut vulgo editi libri habent. Parm. editio, *praealta.* Pellicerii coniectura lector hoc loco fraudandus non est, qui Plinii textum sic emendat, *Praelata pompa tum omnibus, in Capitolium immolasse:* idque sic interpretatur, pompam illam tot liberorum, nepotum, naptium, pronepotumque, in Capitolium simul ascendentium, quibuslibet aliis pompis tunc habitam insigniorem: rarae id enim felicitatis exemplum. Hard.

XII. *Mulier.* Idem prodidit etiam Arist. Histor. Anim. VII, 7. Quaedam tamen mulieres post annum quinquagesimum quartum partus feruut: sed rarius. Hard.

Profluvium genitale. τὰ καταμήνια, *menstrua.* Inepte Plinius menstruum feminarum purgationem profluvium genitale, γονόῤῥοιαν, appellat. Dal. — Genitale haud absorde dicitur, quo cessante in mulieribus vis genitalis abit, et fecunditas conquiescit. Immerito hoc loco a Dalecampio Plinius ineptiarum argnitur. Hard. — Mulieres quibus menses fluunt Ancunnuentas dixerunt, quasi inquinatas. Festus. Vide Aristot. de Gener. Anim. lib. IV, cap. 7.

Nam in viris. Haec quoque Solinus ex Plinio cap. 1; Valerius Maximus quoque habet; fortassis ex Polybio qui in Excerptis, Massinissam prodidit, 90 annos natum, quum ex vita decessit, quadriennem filium superstitem reliquisse, nomine Στίμβαινον, qui postea a Micipsa est adoptatus. Quod ex Polybio etiam recitat Plutarch. in lib. An seni gerenda Resp. Solinus *Mathumannum* vocat, atque ita scriptum id nomen in omnibus Solini libris ait se reperisse Salmasius pag. 28. Valerius Max. lib. VIII, c. 13, *Methymnatum.* Suidas, Στίμβαν. Nos secuti sumus codd. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Vid. Appianum in Punicis, pag. 39, ubi egregia prodit de cruda ac viridi admodum Massinissae senectute. Hard.

Catonem. Solin. cap. 1: *Cato. LXXX exacto, ex filia Salonii clientis sui, avum Vticensis Catonis procreavit.* Ad. Plutarch. in Catone Maiore. Gemino huic Catonis et Massinissae exemplo, addemus et tertium Wladislai Lithuani Regis Poloniae, cui xc ferme annum agenti, nati sunt filii duo, Wladislaus et Casimirus, ut refert Aeneas Sylvius in Europa, cap. 25, pag. 416. Etiam anno con-

simo exacto, e filia Salonii clientis sui. Qua de causa, aliorum eius liberorum propago, Liciniani sunt cognominati, hi Saloniani, ex quibus Vticensis fuit. Nuper etiam L. Volusio Saturnino, in Vrbis praefectura exstincto, notum est Cornelia, Scipionum gentis, Volusium Saturninum, qui fuit consul, genitum

tesimo procreasse Nicolaum e Palavicinis, auctor est Savonarola apud Schenckium, Observ. Medic. lib. IV, pag. 616. HARD.

Liciniani. A Licinia priore coniuge sic appellati, ut a posteriore Salonia, Saloniani. Sic Imperator Licinius a coniuge Licinia ex eadem gente Liciniani traxit cognomen. At alterius Liciniani est nummus ex aere mediocri, qui fuit olim e Cimelio D. Foucault. Sic parte priore inscribitur: IMP. C. GAL. VAL. LICINIANVS P. F. AVG. *Imperator Caesar Galerius Valerius Licinianus Pius Felix Augustus.* Caput laureatum ·)(· GENIO POP. ROM. *Genio Populi Romani.* Stat Genius; dextra tenet pateram, laeva cornu copiae. Infra, S. M. N. Δ. *Societatis Mercatorum Narbonensium* numisma *quartum.* Nomina *Galerii Valerii* ostendunt hunc esse ex eadem gente, ex qua Galerius Valerius Maximianus geminus, et Gal. Val. Maximinus. Liciniani vero cognomen, Liciniam ei fuisse coniugem, ut Maximam Maximiano, docet. Diversum autem eum esse a Licinio Augusto constare ex gemino oportet. Primum quidem, quod Galerius ipse sit; Licinius autem, Valerius tantum, non et Galerius fuerit. Deinde, quod si Licinius foret, Licinii nomen haud abesset; siquidem insignius est ad nobilitatem esse Licinium, quam Licinianum: sicuti nobilius est ex patre esse Borbonium, quam ex coniuge, vel etiam ex matre, tantum. Fratrem hunc fuisse Gal. Val. Maximini haud temere suspicamur. Calonum vero stemma hic subiicimus duplex.

1. M. PORCIVS CATO, Censorius, vulgo CATO MAIOR, genuit

1.° *Ex Licinia:*

2. M. PORCIVM CATONEM LICINIANVM; qui
3. M. PORCIVM CATONEM, orator. et consulem, de quo Plutarchus; qui
4. M. CATONEM, post praeturam in Gallia Narbonensi defunctum;

2.° *Ex Salonia*

2. M. PORCIVM CATONEM SALONIANVM, qui
3. M. PORCIVM CATONEM, qui e Livia uxore, Drusi F.,
4. M. CATONEM VTICENSEM, etc. H.

L. Volusio. Qui 90 etiam vivendo excessit annum, ut dicetur lib. XI, cap. 90. Et Tacitus, Annal. lib. XIII, cap. 30: *L. Volusius egregia fama concessit, cui tres et nonaginta anni spatium vivendi*, etc. HARD.

Notum est Cornelia. In MS. nostro rectius, *notum e Cornelia.* Romana editio, anni 1470, ex coniectura, ut videtur, et emendatione Ioannis Andreae episcopi Aleriensis: *notum est Corneliam ... genuisse.* Sed haec minus recte, reclamantibus MSS. H.

Volusium. Q. Volusium, qui consulatum gesserat anno 809 Nerone imperante, cum P. Cornelio Scipione,

post LXII annum. Et usque ad LXXV apud ignobiles vulgaris reperitur generatio.

XIII. (XV.) Solum autem animal menstruale mulier est: inde unius utero, quas appellarunt molas. Ea est caro informis, inanima, ferri ictum et aciem re-

cui ex eius matre consanguineus fuit. HARD.

Post LXII. Sensus: quum pater annum sexagesimum secundum explesset. HARD.

XIII. *Solum autem animal menstruale*, etc. Eadem Solinus cap. 1: *Itaque, ut Democritus physicus ostendit, mulier solum animal menstruale est*, etc. Contra Aristoteles, Hist. lib. VI, c. 17, equabus, vaccis, canibus, aliisque menses contingere ait: sed mulieribus, quam caeteris, largiores. Et Virgil. Georg. lib. III, v. 281: *lentum distillat ab inguine virus*, etc. Haec paulo uberius explicatiusque tradit Albertus M. lib. VI, de Anim. tract. III, cap. 1, pag. 208, unde Plinius egregie illustratur, ac defenditur. *Praecipue tamen*, inquit, *in feminis vaccarum et equarum apparet menstruum in quadrupedibus; et reditus suus non est quolibet mense, sed potius in quatuor, aut sex mensibus, et parum distillat; et ideo difficulter hoc scitur, nisi a pastoribus observantibus tempora earum; et ideo etiam opinio vulgi est has non menstruare feminas. Mulae autem non menstruant omnino; sed purgantur urinae suae spissitudine*, etc. HARD. — Similis hemisphaerii nostri effluit quoque sanguis, sed nec eadem copia, nec satis statis temporibus. CUV. — Madent feminis quadrupedum genitalia lymphа quadam subrubra quam conceptui favere multi putant. Hinc forsan Aristotelis de equarum, canum, etc. menstruo error. AJ.

Inde unius utero, etc. Nimirum ea menstruis, quibus mulier abundat prae caeteris: inde aut in mulieribus solis, aut in iis maxime, hae molae gignuntur, ἔν τε γυναιξὶν εὐλόγως, ἢ μάλιστα, ἢ μόναις, inquit Arist. de Gener. Anim. lib. IV, cap. 7, p. 1131. Perinde quasi ex solo sanguine menstruali, sine viri congressu, gigni etiam in virgine mola possit, quod Scaliger quidem affirmat: plures cum Sennerto negant. Vide quae dicturi sumus lib. X, cap. 84. HARD.

Molas. Molucrum vocavit Afranius. Ferme virgini tanquam gravidae mulieri, crescit uterus; molucrum vocant; transit sine doloribus. Apud Festum. DALEC. — *Molas.* Μύλην Arist. vocat loc. cit. Est autem mola, caro et massa sine ossibus ac visceribus, ex imperfecta conceptione loco fetus genita. Vide Sennertum, Pract. lib. IV. HARD.

Informis. Historia ab Hippocrate relata, Epidem. lib. II, forma etiam humana edi posse molam arguit, modo neque ossa, nec viscera habeat. Vide Sennertum loc. cit. H.

Inanima. Inanimam quum dicit carnem, et moveri tamen, paulo laxius locutus est. Et crescit sane mola per exceptionem alimenti: unde et sistit mentes, quoniam in eam assumitur sanguis ad menstrua destinatus. Quod si alitur, vivit certe.

spuens. Movetur, sistitque menses: et, ut partus, alias letalis, alias una senescens, aliquando alvo citatiore excidens. Simile quiddam et viris in ventre gignitur, quod vocant scirrhon: sicut Oppio Capitoni praetorio viro. Sed nihil facile reperiatur mulierum
2 profluvio magis monstrificum. Acescunt superventu musta, sterilescunt tactae fruges, moriuntur insita, exuruntur hortorum germina, et fructus arborum,

Palpitatio tamen verius, quam mutus, dici potest: quoniam et aequabilis est, neque ab organicis partibus oritur. Hard.

Ferri ictum... respuens. Quis sit sensus τῷ *respuens* non obvium primo aspectu. Sed eumdem esse τῷ *reiiciens*, demonstr. Arist. loc. cit. ὥστε μόλις διακόπτεσθαι τῷ σιδήρῳ, et sic Nostrates Gueroult et Poinsinet reddiderunt. Caeterum et id, ut tot Plinianarum rerum miracula, falsum, facile liquet. Aj.

Et ut partus. Scribendum suspicatur Pellicerius, ut *et partus*; quod partu, hoc est conceptu sisti menses, norunt omnes. Sed refragantur MSS. omnes: ipsaque loci sententia, quae huiusmodi est: edi molam eam aliquando partus instar, seu fetus, mortisque inde discrimen haud leve impendere mulieri: aliquando non adi, sed sine pernicie una cum muliere senescere.

Alias una senescens. Et commoriens, inquit Arist. loc. cit. συγκαταγηράσκει, καὶ συναποθνήσκει. H.

Alvo citatiore. Si dysenteria mulier afficiatur, tum carnem eiicit, quam molam vocant, ἕως δυσεντερίας γενομένης, ἔτεκε σάρκα ἣν καλοῦσι μύλην, inquit Arist. loc. cit. In Mss. cod. legitur *alvo citatior*; sed mendum iis subesse Aristoteles arguit. Haab.

Scirrhon. Σκίῤῥον medici tumorem induratum vocant, cum nullo, aut modico dolore. In nummis gentis Oppiae legitur Q. OPPIVS PA. AT OPPIVS CAPITO. *Hard.* — Molarum et scirrhorum confusio his notabilis; namque molae, fetus informes qui in matrice formantur; at scirrhi, indurationes morbidi corporis. Cuv.

Sed nihil facile... monstrificum, etc. Haec et quae sequuntur Solinus ad verbum transcripsit, cap. 1. Pleraque iterum repetuntur, l. XXVIII, cap. 23. Haab. — — Et omnia e veterum praeiudicatis opinionibus. Ob quas procul dubio impura censebatur hocce tempore femina. Vid. Levitic. cap. XV, v. 19-24. Aj. — Haec de menstrualibus profluviis olim prolata in fabulis sunt. Cuvier.

Acescunt. Si supervenerit mulier cui menses fluunt, quum mustum fit, vel quum in vasa conditur, acescit protinus. Harn.

Tactae. Forte *tactu*, ut prius *superventu*. Haab.

Moriuntur insito, exuruntur, etc. *Moriuntur insita, exuruntur hortorum germina, fructus arborum, quibus insedere, decidunt.* Ita legendum ἀσυνδέτως. *Insita* sunt τὰ ἔμφυτα, ut

quibus insedere, decidunt: speculorum fulgor aspectu ipso hebetatur, acies ferri praestringitur, eborisque nitor: alvei apium emoriuntur: aes etiam ac ferrum rubigo protinus corripit, odorque dirus: et in rabiem aguntur gustato eo canes, atque insanabili veneno morsus inficitur. Quin et bituminum sequax 3

Glossae interpretantur. Novellas arbores intelligit per insitionem plantatas, gallic. *les entes*. Salmas.

Insedere. Ita Paris. cod. At Reg. 1, 2, et Chiffl. *insidere*. Forte, pro *incidere*. Haan.

Speculorum fulgor aspectu ipso hebetatur. Inde priscis *Bubinari*, menstruo sanguine inquinari; ut *bulbitari*, puerili stercore, quod Graeci βόλβιτον appellant. Lucilius in fragmentis: *Haec te imbubinot, et contra te imbulbitot*. Festus in explicanda causa, multa philosophatur. Cf. Rhodig. III, 28. Dalec.

Apium. Ita MSS. omnes ubique, non *apum*, ut editi. Haan.

Aes etiam ac ferrum rubigo protinus corripit. Parmensis editio, *corrumpit*. Minus recte. Solinus cap. 1: *Ferrum rubigo corripiet; nigrescent aera*. Paulo post, ubi libri hactenus editi habent, *odorque dirus aëra*, postremam hanc vocem expunximus, quam non agnoscunt probati codices Reg. 1, 2, Tolet. aliique. Haan. — Nempe olim legebatur *oëra* post dirus. Vid. not. seq. As.

Odorque dirus. Cave, ne postrema dictione significari elementum, non metallum putes. Ostendit id Plinius lib. XXVIII, capite septimo: *Aes contactum grave virus odoris accipere et aeruginem*. Quid si non *virus* legas, sed *viri*, more Pliniano? Vt lib. IX, capite 30, de portentoso illo Polypo? *Primum omnium magnitudo inaudito erat. Dein color murio obliti, odore viri*. Et paulo post Plinius hoc ipsum *malum virus* appellat. Pint. Olim legebatur *odorque dirus aëro*; et ad hunc locum Pintian. Recte quidem et editi posthac omnes sustulerunt. Quanquam caeterum Pintiani neque coniecturam criticam recepimus, neque exegesin. Nam *odor dirus* absolute sumitur; et supplendum, si quid supplere est, *exhalatur, spirat*, aliquidve non absonum: de hoc nemo inficias iverit qui litem non quaeret. Hoc in incerto magis est, utrumne de halitu Plinius cogitaverit, an da ipsius sanguinis odore. Posterius quidem nobis placet; putamus tamen de utroque rem intelligendam, quanquam expresse magis de cruore locutus videtur. Sed falsissime. Nam cruor menstrualis fere semper purus, modo sana sit mulier; neque in aegrotantibus semper impurus, nec, ut vulgo creditur, humores secum trahens. Hippocrates ait hunc sanguinem esse sicut a victima. Vide et cf. *Dictionnaire des Sciences Médicales*, ad vocem *Menstruation*, sect. VI; Jo. Ca. Gehler. Dissertationem: *Cotameniorum phaenomena in muliere sano et aegrotante*. Vnde ergo plus odoris e menstruo fluxu quam e vulgari, nisi linteo receptum et coactum sanguinem mox tempus, et inclusus calor putridum effecerint? As.

Morsus inficitur. Ita Reg. 1, 2, etc

alioquin ac lenta natura, in lacu Iudaeæ, qui vocatur Asphaltites, certo tempore anni supernatans, non quit sibi avelli, ad omnem contactum adhaerens, praeterquam filo quod tale virus infecerit. Etiam formicis, animali minimo, inesse sensum eius ferunt: abiicique gestatas fruges, nec postea repeti. Et hoc tale tan-

At Chiffl. *infigitur*, quod Salmasius magis probat, Exercitt. Plin. p. 26. Hard.

Ad omnem contactum adhaerens, etc. Lege: *Ad omnem contactum adhaerens, praeterquam filorum quae tale virus infecerit.* Vel si placuerit: *Ad omnem contactum adhaerens praeterquam fili.* Ad omnem, inquit, contactum adhaeret bitumen, praeterquam si filis contingas, quae infecta sunt cruore menstruo. Salm.

Ad omnem contactum adhaerens, praeterquam filo. A MSS. non discedo latum unguem: etsi Salmasius, Exercitt. in Solin. pag. 27, vult, *fili* rescribi, vel *filorum quae.* Rem vero optime Solinus explicat cap. 1: *Bitumen in Iudaea*, inquit, *Asphaltites lacus gignit, adeo lentum mollitie glutinosa, ut a se nequeat separari... scindique non potest: quoniam in quantum ducatur, extenditur: sed ubi admota fuerunt cruore illo polluta fila, sponte dispergitur*, etc. Vid. et cf. not. 23. Lotio tamen adspersum scindi quoque solere auctor est Iosephus lib. IV Bell. Iudaic. item, Captivitat. lib. VI. Vid. et not. seq. Hard.

Quin et bitumen ..... infecerit. Eamdem Tacitus, sed caute magis, fabulam narrat, Hist. lib. V, cap. 6: *Ater suapte natura liquor ..... hunc manu captum, quibus ea cura, in summa navis trahunt. Inde, nullo iuvante, influit oneratque, donec abscindas; nec abscindere aere ferrove possis: fugit cruorem vestemque infectam sanguine, quo feminae per menses exsolvuntur: sic veteres auctores. Sed gnari locorum tradunt, undantes bitumine moles pelli manuque trahi ad littus; mox ubi vapore terrae, vi solis, inaruerint, securibus cuneisque, ut trabes aut saxa, discindi.* Aj. — Strab. Geograph. lib. XV, ex Posidonio refert lacus accolas incantatores carmina quaedam recitare, deinde urinam et alios foetidos succos affundere. Brod. cap. 23, 4. Dal. — Haec falsa; neque hic tamen refellemus, nec bituminum varias species, varios usus persequemur. Aj.

Abiicique gestatas fruges, nec postea repeti. Editi hactenus, *gustatas fruges.* At Reg. 1, et Paris. eum edit. vetustis, *abiicique gestatas fruges.* Quam lectionem defendimus cum Pellicerio adversus Hermolaum: nam ad res gestatas proprie pertinet *abiici.* Sententia est: Formicam, quum primum olfecerit, abiicere statim quas gerebat fruges, nec postea repetere. Quo sensu tolerabilis quoque lectio est Regii 2, et Chiffl. cod. *vastatas fruges*, hoc est, quas formicae diripuerunt. H.

Et hoc tale, etc. Cautius haec multo veriusque Plinius, quam Aristoteles, qui, Hist. Anim. lib. VII, cap. 2, luna decrescente solvi men-

tumque omnibus tricenis diebus malum in muliere exsistit, et trimestri spatio largius. Quibusdam vero 4 saepius mense: sicut aliquibus nunquam: sed tales non gignunt, quando haec est generando homini materia, semine e maribus coaguli modo hoc in sese glomerante, quod deinde tempore ipso animatur cor-

strua universe pronunciat. Nam, ut in eum locum Scaliger animadvertit, vix menstrua demittit decima quaeque mulier, Luna sic decrescente: sed virgines tantum aliquae, quanquam nec omnes. Cur autem ab eo tempore mulierum menses aberrent, in causa sunt tempora partuum. Nam si contingit purgari puerperas, ita ut in plenilunio desierint, altero plenilunio, seu tricenis fere post diebus repetent. H.

Trimestri spatio, etc. Aristoteles, Historiae Anim. lib. VII, cap. 2, paucis feminis purgationem eam singulis mensibus συνεχῶς, id est, continuata vacuatione, nec intermissa, fieri tradit (quod Plinius largius hoc interpretari videtur); pluribus autem tertio quoque mense, quoniam humor copiosior, et ad motum imparis numeri potestate concitatior, naturam, veluti resumptis viribus alacriorem, vehementius irritat. Dalze. — Rursum id propius vero est, quam quod Philosophus ait loco citato evenire paucis, ut quot mensibus purgentur, sed tertio quoque mense plurimis. Nam prorsus e contrario fit. H. — Vtramque notam reliquimus, unde lector diiudicet et seligat quid credendum; mirabimur tamen si quid ex his intelliget. Nos putamus et Plinium et commentatores decerravisse, hunc circa Aristotelis, hos circa Plinii sensum. Aristotelis nempe haec verba sunt: Καὶ ταῖς μὲν συνεχῶς καθ' ἕκαστον ὀλιγάκις τὰ καταμήνια φοιτᾷ, παρὰ μῆνα δὲ τρίτον ταῖς πλείσταις. Vbi cave ne trimestre credas spatium inter fluxus elabi solere; duo tantum menses abeunt, at tertio redeunte redit menstruum. Sic febris tertiana ea est, qua tertio quoque die aliquis febricitat. Sed aut Plinius non sic auctorem voluisse credidit, aut de illo non cogitavit; putatque e tribus catameniis unum largius quam duo caetera; ita ut anno elapso duodecies vulgo menstruus sanguis manaverit, quater vero effusius. Quae ἀνωμαλία vix usquam agnoscitur, nisi forte in virginibus quibus menstruorum primus hic annus est. His enim, postquam prima contigit eruptio, unus et alter mensis abit, vix aliquantulum sanguinis trahens. Aj.

Quibusdam, etc. Philosophus loco cit. pag. 803: Καὶ τὰ γυναικεῖα γίνεται πολλάκις τρὶς τοῦ μηνός, ἕως ἂν συλλάβωσι: *quibusdam ter in mense, donec concipiant.* Harn.

Sicut aliquibus, etc. Arist. de Gen. Anim. lib. I, cap. 22. H.

Glomerante. Aristotelis haec doctrina est de Gener. lib. II. cap. 4, pag. 1081, aientis, semen e maribus instar esse coaguli, quo unito commixtoque cum menstruis feminarum, cogantur ea et fermentescant ad concipiendum fetum. H. — Raro qui

poraturque. Ergo, quum gravidis fluxit, invalidi aut non vitales partus eduntur, aut saniosi, ut auctor est Nigidius. (XVI.) Idem, lac feminae non corrumpi alenti partum, si ex eodem viro rursus conceperit, arbitratur.

XIV. Incipiente autem hoc statu, aut desinente, conceptus facillimi traduntur. Fecunditatis in feminis

dem hae pepererunt quibus γυναικεία non sunt; sed non continuo γυναικεία materies generationis. Eam ob causam gravidae nihil effluit, quod supervacuo sangnine fetus alitur. Cuvier.

Ergo quum, etc. Arist. Hist. Anim. lib. VII, cap. 2, fetum ait tum fore eiusmodi, ut aut servari non possit ut crescat, aut imbecillus sit futurus: ἢ μὴ σώζεσθαι εἰς αὔξην, ἢ ἀσθενῆ τὰ ἔκγονα γίνεσθαι. H.

Saniosi. Quod Graeci, quod Philosophus ipse φαῦλον ἔκγονον appellavit, loc. cit. saniosum a Nigidio nunc dici arbitror. Obvium alioqui, quae vis alia praeterea huic voci subsit, a sanie. H.

Idem lac feminae non corrumpi alenti partum, si ex eodem viro rursus conceperit, arbitratur. Hoc vero esse alaiasimum experientia ipsa docet, et Galenus de Sanit. tuend. lib. I, c. 9, pag. 54, tom. VI, Ἀφροδισίων τε παντάπασιν ἀπέχεσθαι κελεύω τὰς θηλαζούσας παιδία γυναῖκας· αἱ τε γὰρ ἐπιμήνιοι καθάρσεις ἐρεθίζονται μιγνυμέναις. καὶ οὐκ εὐῶδες ἔτι μένει τὸ γάλα, etc. *A Venere omnino abstinere iubeo omnes mulieres, quae pueros lactant: nam et menses consuetudine viri excitantur, et lac odoris gratiam in deterius mutat*, etc. Quam rem ita se habere subodoratus auctor, caute admodum contrariae sententiae Nigidium appellat vadem. H.

XIV. *Hoc statu.* Menstrua purgatione. Dalec. — Galenus lib. de uteri Dissect. cap. x, pag. 279, tom. IV: Εστι δὲ ὁ χρόνος συλλήψεως ἀρχομένων τῶν ἐπιμηνίων, ἢ παυομένων. Extraordinarie tamen concipiunt, etiam dum menstruantur. H. — An incipiente, non perspicuum: desinente, res est notissima, vel ex Historicis qui omnes tradunt Henrico Valesio aegre ferenti quod post undecim annos Catharina uxor prolem sibi non peperisset, id medicum regium Fernel suasisse, ut quo die reginae menstrua desinerent, hanc adiret. Nec spes eum fefellit; regi tandem natus est filius, quem mox tres secuti sunt. As.

Fecunditatis. Fecunditatis in feminis dotem intelligi eo argumento accepimus, si videlicet inunctis aliquo medicamine oculis, saliva oris eo medicamine inficiatur.—*Fecunditatis.* Morem exponit, quo usae olim mulieres, ad propriam fecunditatem experiendam: inunctis videlicet linimento quodam, ac potissimum croco, oculorum angulis: nam si ex eo illitu saliva oris inficeretur, et eumdem redderet saporem, id vero inter signa praecipua fecunditatis annum erabant. Haec Aristoteles totidem ferme verbis, de Gener. Anim. lib. II, cap. 7. pag. 1091. Simile est quod habet Hippocrates lib. de Natura mul. num. 94: Ἢν βούλῃ γυναικὸς ἐμπειρηθῆναι

praerogativam accepimus, inunctis medicamine oculis, salivam infici.

XV. Caeterum editis primores septimo mense gigni dentes, priusque in supera fere parte, haud dubium est. Septimo eosdem decidere anno, aliosque suffici. Quosdam et cum dentibus nasci, sicut M'. Curium, qui ob id Dentatus cognominatus est, et Cn. Papirium Carbonem, praeclaros viros. In feminis ea res inauspicati fuit exempli, regum temporibus. Quum ita nata esset Valeria, exitio civitati, in quam delata esset,

εἰ ἔστι παιδίουσα, εἴτε καὶ μή, τῇ ἐρυθρᾷ λίθῳ (an *ἐρυθρίᾳ* potius?) *τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑπαλεῖψαι. καὶ ἢν μὲν ἐσέλθῃ τὸ φάρμακον, παιδίουσα γίνεται· ἢν δὲ μή, οὔ.* Hard.

Praerogativam. Argumentum certum ac minime fallax. Dalec.

Infici. Medicamento nempe in os defluente. Dalec.

XV. *Caeterum.* Eadem Arist. Hist. Anim. lib. VII, cap. 13; Censorinus item cap. VII; Macrob. in Somn. Scip. lib. I, cap. 6, pag. 40. H. — Vera partim explicatio; at nec omnia dilucide exponit, nec exceptiones indicat. Dentium vero hic est ordo erumpentium: incisivi medii superoa, mox incisivi medii inferne; tum incisivi laterales, primo superne, at posthac inferne; inde canini eodem ordine: molares tandem apparent, et e gingivis sursum feruntur, sed inverso ordine; inferior maxilla enim prius suo apparatu instructa, quam superior est. Aj.

Septimo. Soranus Ephes. cap. XVI. Ausonius in Monosyll. pag. 111: *Indicat in pueris septennia prima novus dens.* Haao.

Quosdam. Solinus ad verbum haec transcripsit e Plinio, cap. 1, pag. 7. Natam sibi filiolam, mense septembri 1676, cui tertio statim a natali die, denticulus prodire coeperit, scribit Georg. Abrah. Mercklinus, anno 8. Miscellan. Curios. sive Ephemer. German. Observ. 47, pag. 75. Vide et Schenckium, Observ. Medic. lib. I, pag. 245. Puellam, Auximi cum dentibus natam, inter prodigia refert Livius lib. XLI, cap. 21. Columbus, Anatom. lib. I, c. 10, apud Schenckium, loco cit. narrat observasse se non semel in infantibus recens natis, atque adeo in abortibus septem octove mensium, perexiguos dentes giogivis suis obvelatos: atque inde efficit iam in utero matris gigni dentes. Hasd.

M'. Curium. Hoc est, non Marcum, sed Manium Curium. Vide quae dicturi sumus cap. 51 huius libri. Μάνιος Κούριος Plutarcho in Apophtheg. pag. 294. Vid. et Val. Max. lib. VI, cap. 3. H. — Recentiora exempla non deficiunt, e quibus celebratissimum est Ludovicus XIV, quem natum ferunt cum duobus incisivis in supera maxilla. Aj.

Carbonem. Qui Consul a Cimbris cum exercitu fusus est. Livius in epitome libri LXIII. H.

futuram, responso aruspicum vaticinante, Suessam Pometiam illa tempestate florentissimam deportata est, veridico exitu consecuto. Quasdam concreto genitali gigni, infausto omine, Cornelia Gracchorum mater indicio est. Aliqui vice dentium, continuo osse gignuntur: sicuti Prusiae regis Bithynorum filius, superna parte oris.

Pometiam. Oppidum id in Latio olim fuit. Vi captum a Tarquinio Superbo Livius narrat, lib. I, pag. 19, indeque praeda divendita, XL talenta argenti aurique recepta. H.

Quasdam concreto. Haec Solinus ad verbum, cap. 1, pag. 7, a Plinio. Arist. Hist. Anim. lib. X, cap. 4, p. 1214, et lib. IV de Gener. Anim. cap. 4. Aetius, caeterique has vocant ἀτρήτους. Corn. Celsus, lib. VII, c. 28: *quarum naturalia, inter se glutinatis oris, concubitum non admittunt.* Theod. Priscianus, de mulierum passionibus, lib. III, capite 4, quod *de arthriticis* falso inscribitur, pro *de atretis*, hoc est, de imperforatis; sunt enim ἄτρητοι, quibus meatus coaluit: *Contingit interea frequenter*, inquit, *certa et specialis passio feminarum, ut aut naturaliter aliquando clausae fiant; aut praesentis indignationis interventu penitus concludantur*, etc. Haad.

Genitali. Solino, loc. cit. *virginal* appellatur. H. — Quibusdam imperforatus hymen, unde necessitas, quum sanguis menstruus primum distillat, chirurgica opera illum aperiri. Cuvier.

Infausto omine. *Quia editis Gracchis ostentum hoc piavit sinistro exitu liberorum*, inquit Solinus. Hoc est, ut ait Seneca, lib. de Consol. ad Marciam cap. XVI: *Quia duodecim illa partus, totidem funeribus recognovit: et de caeteris facile est, quos nec editos, nec amissos civitas sensit: Tib. Gracchum, et Caium, quos etiam qui bonos viros negaverit, magnos fatebitur, et occisos vidit, et insepultos*, etc. Haad.

Sicuti Prusiae. Valerius Max. lib. I, cap. 8, num. 12: *Nam et Prusiae*, inquit, *regis Bithyniae filius, eodem nomine quo pater, pro superiori ordine dentium unum os aequaliter extentum habuit, nec ad speciem deforme, neque ad usum ulla ex parte incommodum.* Festus: Μονώδους *appellatus est Prusiae filius, quia unum os habuit dentium loco: similiter habuit et Pyrrhus rex Epirotarum.* De Pyrrho Plutarch. pag. 381. Iulius Pollux, lib. II, cap. 4, pag. 92, ubi plures similiter natos enumerat, quod et Tzetzes fecit, Chiliad. 3, hist. 115, vers. 950. H. — Alex. ab Alex. cap. 9, 1, Dentatos Romae vocatos fuisse tradit, quod illis dentium vice continuum os foret, aut quod auctor gentis dente iam nato in lucem prodierit. Dal. — Aliquando nuclei pulposi, quibus dentes infixi, ita excrescunt, ut partim aliquatenus cohaereant coalescantque; ita ut pro duobus tribusve una sit moles. At dubito omnes dentes usquam gentium cohaesisse. Cuvier.

Dentes autem tantum invicti sunt ignibus, nec cre- 3
mantur cum reliquo corpore. Iidem flammis indomiti, cavantur tabe pituitae. Candorem trahunt quodam medicamine. Vsu atteruntur, multoque primum in aliquibus deficiunt. Nec cibo tantum et alimentis necessarii : quippe vocis sermonisque regimen primores tenent, concentu quodam excipientes ictum linguae: serieque structurae, atque magnitudine mutilantes, mollientesve, aut hebetantes verba: et quum defuere, explanationem omnem adimentes.

Quin et augurium in hac esse creditur parte. Tri- 4
ceni bini viris attribuuntur, excepta Turdulorum gente: quibus plures fuere, longiora promitti vitae pu-

Dentes autem. Falsum hoc esse ait Laurentius in Anatom. lib. II, c. 20. Veterum testimoniis defendi posse reponit Riolanus, in Animadv. ad Anatomica Laurentii. H. — Diutius dentes et inprimis pars eorum interior quam nitescentem vocamus *vitream* (*émail*), igni resistunt et putredini, quam caetera ossa; adolentur tamen praecipue admoto igne. Cuv.

Multoque primum in aliquibus deficiunt. Ita MSS. omnes. Sed probabilior lectio forte enipiam videri possit, *multique primum*: ut sit ea huius loci sententia, multos in aliquibus dentes non usu alteri, sed priusquam alterantur, deficere. Vel, *multi quamprimum in aliquibus deficiunt*, quod Pellicerius quoque non improbat. Sensus autem est: Multoque usu primi ante alia in quibusdam hominibus dentes deficiunt. H.

Primores. Arist. de Partib. Animal. lib. III, cap. 1. H. — Et sine dentibus non potest vox distincte et quod aiunt, articulatim efferri. Ar.

Serieque structurae, atque magnitudine mutilantes, mollientesve, etc. Ita correximus ex Reg. 1, 2, et Paris. quum in editis hactenus libris perperam legeretur, *seriemque*, perinde quasi haec vox ad verborum, non ad dentium potius ordinem referri oporteret. Et mox, ex iisdem MSS. *mollientes* rescripsimus, pro *molientes*. Item, *et quum defuere*, pro *defluxere*, tum ex ante laudatis, tum ex Chiffl. et Colb. 1, 2. — *Serieque structurae.* Sed et Galenum consule, loco mox appellando. H.

Triceni bini. Sexdecim ex utraque parte. Aliquando etiam sex et xxx. Miram naturae solertiam in dentium ordine, usu, numero, luculenter explanat Galenus, de Vsu part. lib. XI, capite 8, pag. 565. H.

Turdulorum. Turdulos et Baeculos nationem esse minime aptam ad pecuariam ait Varro cap. X, 2. Dal.

Quibus plures fuere. Arist. de Hist. Animal. lib. II, cap. 11. H. — Hippocrat. Aphorismor. lib. VI, Dal.

tant spatia. Feminis minor numerus. Quibus in dextra parte gemini superne, a canibus cognominati, fortunae blandimenta pollicentur, sicut in Agrippina Domitii Neronis matre: contra in laeva. Hominem priusquam genito dente cremari, mos gentium non est. Sed mox plura de hoc, quum membratim historia decurret.

5 Risisse eodem die, quo genitus esset, unum hominem accepimus Zoroastrem. Eidem cerebrum ita palpitasse, ut impositam repelleret manum, futurae praesagio scientiae.

Feminis. Vide quae dicturi sumus lib. XI, cap. 63. H. — Dentium in feminis ea lex est quae in viris. Quaedam ultimis quatuor essent, qui nugatorie *sapientiae* dentes audiunt; sed illud et in viris quanquam paucioribus. Cuv.

Quin et augurium in hac esse creditur parte. Triceni bini viris attribuuntur, excepta Turdulorum gente. Quibus plures fuere, longiora promitti vitae putant spatia: feminis minor numerus. Si paululum mentis aciem intendas, videbis luce clarius, verba haec confuso ordine collocata esse. Scribo igitur: *et quum defluxere, explanationem omnem adimentes. Triceni bini viris attribuuntur, excepta Turdulorum gente: feminis minor numerus. Quin et augurium in hac esse creditur parte. Quibus plures fuere, longiora promitti vitae putant spatia.* Pint.

Superne, ἄνωθεν, in superna oris parte. H.

A canibus. Constat sensus nulla lectionis mutatione facta. Nam et puer quidam mens a pedibus tempore quo haec prodebamus, hanc Plinii notam in ore habebat, etiamsi nulla tunc illi fortunae blandimenta arriderent. Sed praeterire silentio nolui, Solinum in Plinio legisse non *superae*, sed *superant*, hoc est, eminent extra caeteros. Verba Solini, c. 111: *Quos cynodontas vocant, in quibus gemini procedunt a dextra parte, fortunae blandimenta promittunt.* Pint. — *A canibus.* Canini dicti. Habet haec Solinus a Plinio, cap. 1, p. 7. H.

Hominem. Hinc dispice quis sensus, Iuvenal. Sat. 15, vss. 138, seqq. *Naturae imperio gemimus, quum funus adultae Virginis occurrit, vel terra clauditur infans, Et minor igne rogi.* Vbi *minor* non de statura dictum. Az.

Sed mox plura. Libro XI, cap. 16, ubi per singulas corporis partes membratim tractatur historia. Hazo.

Risisse. Solinus haec pariter a Plinio loc. cit. et D. Aug. de Civit. lib. XXI, cap. 14: *Solum, quando natus est, ferunt risisse Zoroastrem: nec ei boni aliquid monstrosus risus ille portendit. Nam magicarum artium fuisse perhibetur inventor*, etc. H.

XVI. In trimatu suo cuique dimidiam esse mensuram futurae certum est. In plenum autem cuncto mortalium generi minorem in dies fieri, propemodum observatur: rarosque patribus proceriores, consumente ubertatem seminum exustione, in cuius vices nunc vergat aevum. In Creta terrae motu rupto

XVI. *In trimatu suo cuique dimidiam esse mensuram staturae, certum est.* Lego, *Quimatu*, non *Trimatu*. Aristoteles libro de Generatione Animalium primo cap. 18: *Quinquennio fere corpus in homine quidem dimidium capere videtur omnis magnitudinis, quae reliquo toti corpori comparatur.* Item apographon Tolet. non *staturae* legit, sed *futurae*, quae lectio mire mihi probatur. Pint. — Dicit cuique in trimatu suo dimidiam esse mensuram futurae, id est, eius mensurae quae futura est in homine. *In plenum autem*, inquit, ea mensura cuncto mortalium generi minor in dies fit; *in plenum autem*, ὅλως δέ. Salm. — *In trimatu suo cuique dimidiam esse mensuram futurae certum est.* Ita conspirante consensu omnes codices MSS. Pintianus tamen ex Aristotele mutat, *in quimatu*. Nos scripturam, quae vulgo est recepta, defendimus, ex Basilio, vel Nysseno, aut quisquis demum est auctor homiliae x in Hexaem. pag. 38, ex recensione Andr. Schotti: *Trimatne*, inquit, *hic puto est? Ex eo pater futurae proceritatis admetitur mensuram. Novit plane duplam illi iustae staturae proceritatem deesse? Quantus enim triennis deprehenditur puerulus, bis tanto est evasurus procerior, compos factus plenitudinis augmenti, aut certe denuo tantus.* Ex Regiis porro codicibus 1, 2, item Chifflet. et Parisin. *futurae* rescripsimus, pro *statuere*, vel, ut alii legebant, *staturae*. H.

Consumente. A Stoicis hoc acceptum est, qui cataclysmum conflagrationemque alternatim sibi in rerum natura succedere crediderunt, modo igoea vi superante, modo humore: quumque Deucalionis tempore orbem occupaverint aquae, exustionis vices nunc expectandas. Vnde idem Plinius lib. II, cap. 110, rerum naturam quamplurimis incendiis exustionem terris denuntiare ait. Vide Senecam, Nat. Quaest. lib. III, c. 7, pag. 868. H.

In Creta terrae motu rupto monte inventum est corpus stans XLVI cubitorum, quod alii Orionis, etc. Tota haec sententia de Orionis, sive Osii corpore abest a codicibus Reg. 1 et 2. At exstat integra in Colb. 1 et 2, et Paris. in quibus *Osii* pro *Oti* legitur. Addit Solinus cap. 1, pag. 9, L. Flaccum Legatum, Metellum quoque ipsum, quod auditu refutaverant, oculis politos miraculo: Gigantis nomen non appellat: cubitum trium ac tricenum fuisse ait. Simile est quod Phlegon refert, lib. de Mirab. in Cimmerio Bosphoro terrae motu rupto colle, reiecta ossa, quae corporis magnitudinem fuisse cubitorum XL testarentur. H. — Europa in tota, sicubi solum mobile est, (*terrains meubles*) item in America, nec de caeteris mundi partibus aliud crediderim, ossa occurrunt quae ani-

monte inventum est corpus stans XLVI cubitorum, quod alii Orionis, alii Oti fuisse arbitrantur. Orestis corpus oraculi iussu refossum, VII cubitorum fuisse,

mantium mirae sane magnitudinis fuerunt, Elephantium v. g. Mastodonton, imo et Balaenarum; quoties vero talia adspiciunt tributes et nonnunquam anatomicae rei periti, gigantum ossa esse clamant. Sic in Lucernioo agro ossa Elephantium inventa arbitratus est Felix Plater, anatomiae in Basil. Acad. prof. hominis fuisse cui pedum XVII longitudo. Elephantis alterius e Delphinatu (sic Viennensis septemtrionalia, Allobroges et caeteros nuncupamus) Lutetiam advecta ossa et ostentata pro Teutobochi, regis Cimbrorum, reliquiis, quem acie Marius fusum eecidit; quam fabellam chirurgus Habicot propugnavit scriptis non paucis. Frequentiora haec apud antiquos fuisse credibile est, ignota fere ostcologia. Apud Veteres multa istius modi perhibentur, quarum pars collecta est in meis *Recherches sur les ossements fossiles*, tom. I. Longissimi homines recentioribus saeculis vix ultra septem pedes pervenerunt, et septempedalas rarissimi. De notissimis fuse Buffon, *Hist. Nat. de l'Homme*. CUVIER. — Conf. et *Dictionnaire de Médecine*, ad voc. *Géant*; ubi quidam nominantur magna statura notabiles, qui post Nostratem exstiterunt. AI.

Alii Oti fuisse, etc. Hunc Otum tam vasto corpore tantisque viribus praeditum fuisse poëtae narrant, ut socio Ephialte fratre Martem ipsum ex insidiis aggredi sit ausus. Hos Maro, Aen. VI, *Aloidas* vocat. GEL.

Orestis, etc. De Orestis cadavere vide Gell. lib. III, cap. 10, ut de aliis huc pertinentibus, Pausan. Arcad. p. 261 et 264, etc. et Rich. Stanihurst. Hiben. hist. c. 13, num. 3, et Ioan. Cassanion de Gigantibus. Phlegon de Rebus admir. p. 81. Orestis quidem corpus Delphicae Pythiae iussu refossum, inventum esse apud Tegeam Arcadiae, scribit Herod. Clio lib. I, n. 68, p. 27; in Nemea Philostratus, in Heroic. p. 640. Solinus haec pariter referit, c. 1, pag. 9, et Gellius lib. III, c. 10. HAAN. — *Orestis corpus oraculi iussu refossum*, etc. Exempla h. l. congerit Dalecampius, partim ex Antiquis, partim e Recentiorum male credulorum erroribus. Nempe in Orontis fluvii alveo, Orontis, quem Indum fuisse Syris consulentibus respondit Apollinis Clarii oraculum, cadaver compertum esse undecim cubitorum, et amplius. E regione Valentiae Allobrogum, in torrente qui rigat pagum Divi Peratii, regnante Ludovico XI, gigantis cadaver effossum stupendae et inusitatae magnitudinis, et quae, ut ex variis eius picturis ac nssibus deprehenditur, ad octodecim pedes accederet. Henrici III principatu, Pallantis, a Turno interfecti, corpus inventum et ad muros urbis erectum, illarum pinnas vertice tetigisse. Tum ad Iuliam Caesaream in Africa effossam calvam ambitu duodecim spithamarum. Pausaniae lib. I, in Aiacis cadavere molam genuum disci magnitudine fuisse, qua utuntur quinquertiones. Asterii vero, Anaetis filii, cadaver decem cubitos proeerum. E Plutarcho vero, Thesei corpus inusitatae magnitudinis. Sed

monumentis creditur. Iam vero, ante annos prope mille, vates ille Homerus non cessavit minora corpora mortalium, quam prisca, conqueri. Naevii Pollionis amplitudinem annales non tradunt. Sed quia populi concursu paene interemptus esset, prodigii vice habitum. Procerissimum hominum aetas nostra Divo Claudio principe Gabbaram nomine, ex Arabia

omnia haec falsa, ut vel e not. ult. p. 93, intelliges; quam repete. Aj.

Ante annos prope mille. Scribebat Plin. ann. V. C. DCCCXXX, ipso alibi ita prodente. Itaque floruit Homerus circa annum quadragesimum Asae regis Iuda, qui nepos Roboami. Nam annus ille fuit ante annum quo scripsit Plinius, anous DCCCCXCIV, ante Christum autem DCCCCXVI. Velleius Paterc. lib. I de Homero: *Hic longius a temporibus belli, quod composuit, Troici, quam quidam rentur, abfuit: nam ferme ante annos nongentos quinquaginta floruit: intra mille intus est.* Hard.

Homerus. Frequens ea in Iliade Homeri conquestio, Troiano bello, valeotiora fuisse procerioraque corpora, quam sua aetate, αἷοι νῦν βροτοί εἰσιν, etc. et quam *Qualia nunc hominum producit corpora tellus*, ut Homerum secutus cecinit Maro, Aeneid. lib. XII, vers. 900. Hinc Iuvenalis, Sat. XV, vers. 69, 70: *Nam genus hoc vivo iam decrescebat Homero: Terra malos homines nunc educat atque pusillos.* Sed falsum est minui in dies proceritate hominea, quos scimus per ter mille annos, et quater, eiusdem fuisse staturae. H. — Hoc et illorum est qui hominum putant, vel clamant mores in dies inverti, cum Horatio, Carm. lib. III, od. VI, fin. canente: *Damnosa quid non imminuit dies?* etc. Quae credentibus, terra iam malos tantum et πανούργους habere videretur. Irridet, de more suo, festivissime Nostras Lesage, in suo *Gilblas*, quem adi. Aj.

Naevii Pollionis. Columella, de Re rust. lib. III, cap. 8, pag. 97: *Nam et M. Tullius Cicero*, inquit, *testis est romanum fuisse civem Naevium Pollionem, pede longiorem, quam quemquam longissimum.* Scripserit hoc sane Tullius in eo libro quem *de Admirandis* inscripsit, quem Plinius laudat ipse lib. XXXI, cap. 8. Hard.

Procerissimum. Refert haec quoque Solinus cap. 1, pag. 9. Columella loc. cit. *Nuper ipsi videre potuimus in apparatu pompae Circensium ludorum, Iudaeae gentis hominem, proceriorem celsissimo Germano.* Rothomagi, quae urbs Galliae e primariis est, anno 1572, visum a se hominem Pedemontanum, pedes novem altitudine excedentem, scribit Mart. Delrio in not. ad Oedipum Senec. pag. 39. Hard.

Gabbaram. In Colb. 1, 2, Paris. et Dalec. cod. *Gabborem*. Alii *Gabbaram*. Hoc ipso Claudii principatu Acbari cuiusdam Arabum regis meminit Tacitus, Annal. lib. XII, cap. 12, ubi forte *Gabbari* rescribendum. Ex hebraeo *ghibbor*, vel arabico *ghabbar*, deducta appellatio est: gigantem enim hae voces significant.

advectum, IX pedum, et totidem unciarum vidit. Fuere sub Divo Augusto semipede addito, quorum corpora eius miraculi gratia, in conditorio Sallustianorum asservabantur hortorum. Posioni et Secundillae erant nomina.

3 Eodem praeside minimus homo duos pedes et palmum, Conopas nomine, in deliciis Iuliae neptis eius fuit: et mulier Andromeda liberta Iuliae Augustae. Manium Maximum et M. Tullium, equites romanos, binum cubitorum fuisse, auctor est M. Varro: et ipsi vidimus in loculis asservatos. Sesquipedales gigni, quosdam longiores, in trimatu implentes vitae cursum, haud ignotum est.

4 XVII. Invenimus in monumentis, Salamine Euthy-

Quare vereor ne vox peregrina Plinio imposuerit, et communem hanc appellationem, proprium esse viri cuiusdam unius nomen putarit. H.

Fuere. Solinus loc. cit.

Conditorio. Sepulcro, ubi conduntur cineres. Plin. iunior lib. VI, epist. 10: *Tam parata oblivio mortuorum, ut ipsi nobis debeamus conditoria exstruere, omniaque heredum officia praesumere.* De hortis Sallualianis fit mentio in Inscriptione vet. apud Gruter. pag. 602. H.

In conditorio Sallustianorum. Ego Pellicerii sententiae assentior, qui *asservantur* magis probat, ex Solino, scribente cap. 1, pag. 9: *Quorum reliquiae adhuc in conditorio Sallustianorum videntur.* Atque horum ipsorum verborum admonitu, spuria forte etiam habenda est vox illa *hortorum:* eritque Sallustianorum conditorium, locus in quo liberorum Sallustiae gentis ex Sallustia matre, nepotumque, cineres condebantur. Vlpianus, Dig. lib. XXX, tit. 1, de leg. leg. 39: *Si vero Sallustianos hortos, qui sunt Augusti*, etc. H.

Posioni. Ita MSS. omnes: editi perperam, *Pusioni*. Πόσις apud Graecos idem ac Posidonius est. Hard.

Eodem praeside. Principe. Hard.

Duos pedes. Similem describit Horatius, dum canit: *Longos imitaris, ab imo Ad summum totus moduli bipedalis.* Lib. II, Satyr. 3, vers. 308. Procerae pumilaeque formae hominum exempla vide plura apud Aldrov. lib. de Monstris, pag. 38. Apud Tranquillum in Augusto, cap. XLIII, homulus *bipedali minor, librarum XVII, ac voeis immensae.* Haro.

Conopas. Ita MSS. omnes. Tamen Hermolaus legi putat posse *Scopas*, ob illud Athenaei: Ἀνθρωπάρια μικρὰ καὶ τοὺς σκοπαίους, ὥς φησιν ὁ Τίμων, τοὺς καλουμένους περὶ τισι Ζτίλπωνας.

XVII. *Invenimus.* Haec Solinus pariter, cap. 1, pag. 9. Adde huc, quod Seneca referi lib. de Consol. ad Marciam, cap. XXIII, p. 779: *Fabia-*

menis filium, in tria cubita triennio adolevisse, incessu tardum, sensu hebetem; et iam puberem factum voce robusta, absumptum contractione membrorum subita, triennio circumacto. Ipsi nos pridem vidimus eadem ferme omnia, praeter pubertatem, in filio Cornelii Taciti, equitis romani, Belgicae Galliae rationes procurantis. Εκτραπέλους Graeci vocant eos: in Latio non habent nomen.

(XVII.) Quod sit homini spatium a vestigio ad verticem, id esse passis manibus inter longissimos digitos observatum est: sicuti vires dextera parte maiores, 2

nus ait, quod nostri quoque parentes videre, puerum Romae fuisse, statura ingentis viri; sed hic cito decessit, etc. Hard.

Salamine. Clara contra Alticam insula. Haro.

Ipsi nos pridem vidimus...in filio Cornelii Taciti. Falso scriptum in libris ad hunc diem editis, *Nos pridem vidimus.* Et vero *non pridem* habent Reg. 1, 2, Paris. Chifflet. etc. Haro. — Antiquamus: addemusque causas infra, Excurs. I. Aj.

Procurantis. Procuratoris publici fisci: quod hominum genus ex equestri nobilitate eligebatur, teste ipso Tacito in vita Agricolae. Rationatores etiam appellavit antiquitas, uti ex monumento vetere liquet, in quo luculenta mentio huiusce provinciae ab ipso Corn. Tacito olim administratae. Vetus ea inscriptio est a Reinesio recitata, pag. 103: Apollini...Rationatosis. Honore. Vsvsvs. Sacvnovm. Cornelivs. Varvs. Tacitvs. Eraxit. Mvnimenti. loco. *H.* — Adi nostrum Excurs. II. Aj.

Εκτραπέλους. Monstrosos τῆς κοινῆς ἀνθρώπων αὐξήσεως ἐκτρεπομένους, prodigioso incremento augescentes: ab usitato nostrorum corporum auctu discedentes, averso naturae ordine nascentes. Vide Hermog. περὶ πολιτικοῦ λόγου. Σύνθετά τινα ζῶα, καὶ ἐκτράπελα, οἷον πήγασοι, καὶ γοργόνες, καὶ κένταυροι, καὶ σειρῆνες.

In Latio. Ita Reg. 1, 2, et Chifll. quos sequi maluimus. Tamen Reg. 2, Paris. *in Latino*, ut hactenus editi. H.

Quod sit homini. Ita MSS. omnes, non *hominum.* Haec quoque Solinus ad verbum, cap. 1, pag. 9. Simile est quod in eam rem Vitruvius habet, lib. III, cap. 1, pag. 38: *Corporis centrum medium*, inquit, *naturaliter umbilicus. Namque si homo collocatus fuerit supinus, manibus, et pedibus pansis, circinique collocatum centrum in umbilico eius, circumagendo rotundationem, utrarumque manum et pedum digiti linea tangentur*, etc. Improbat Vitruvii sententiam Andr. Vesalius, lib. VI. Sed haec multo uberius videbis tractata apud Alb. Durerum pictorem insignem, scripto de symmetria corporis humani volumine. Haro.

Sicuti, etc. Solin. l. c. *Parti dextrae habilior adscribitur motus: laevae firmitas maior: unde altera gesticu-*

quibusdam aequas utraque, aliquibus laeva manu praecipuas: nec id unquam in feminis.

XVIII. Mares praestare pondere, et defuncta viventibus corpora omnium animalium, et dormientia vigilantibus. Virorum cadavera supina fluitare, feminarum prona, velut pudori defunctarum parcente natura.

(XVIII.) Concretis quosdam ossibus, ac sine medullis vivere accepimus. Signum eorum esse, nec si-

lationi promptior est, altera oneri ferendo accommodatior. HARD.

Nec id unquam in feminis, etc. Referenda haec esse ad priorem illam orationis partem, quae ait quibusdam esse vires aequas utraque manu, non ad posteriorem, quae praecipuas laeva quibusdam adiudicat, ipsa evincit experientia rerum. Laeva enim magis quam dextra, pollere quasdam feminas, passim deprehenditur. Ambidextras autem esse negavit Hippocrates, aphorismo isto, Γυνὴ ἀμφιδέξιος οὐ γίνεται· cuius rationem investigat Galenus, Commentar. 7, Aphorism. 43, pag. 345, tomo IX. Nec me fugit Platonem, de Legibus, lib. VII, pag. 795, scripsisse mulieres fieri quoque ambidextras, idque deprehendi passim, sed usu id comparatum et exercitio, non a natura datum; neque Sabellicum audio, qui emendat, *nec id unquam vi;* neque Pellicerium, qui in hunc modum, *Nec id dubium. Feminis mares*, etc. Reclamant enim omnia ad unum exemplaria, tum edita, tum manu exarata. HARD. — Rationem explicat Cael. Rhodiginus, lib. IV, cap. 3. Vide et confer Aristotel. Histor. Anim. lib. II, c. 1. DALEC.

XVIII. *Virorum.* Solinus haec ad verbum, cap. 1. HARD.

Velut pudori, etc. Quasi vero non et in maribus par sit ratio pudendorum. Sed nimirum praecipua ac veluti propria feminarum dos pudor est. Veram causam Physici aiunt esse, quod ventre vasto sunt mulieres, ac pleno intestinis: quamobrem minus impletur aqua; subsidet igitur. Est autem inanior maribus, quibus nates praeponderant. HARD. — Rhodig. lib. III, cap. 10, eius rei causam affert, quod ob mammas et uterum in feminis graviores sint anteriores partes. Sed et in maribus uteri loco pudenda sunt foris exposita, ac propendentia, quae si id tantum spectamus, gravitatem corporis anterioris aeque augent ac uterus in feminis. DAL. — Falsa Plinius; neque causam requisiveris merito rei quae non est. Cadavera, ut plurimum, nisi vacuata sanguine, aut adiposissima, primo imam aquam petunt; ubi vero putredo artus populatur et machinam solvit, aëres multi quibus nomen chymici physicique dederunt *gaz*, erumpunt, leviusque cadaver magis ac magis fluitat; sed feminae et viri similiter. AJ.

Concretis. Haec Solinus, cap. 1, pag. 7, ubi in exemplum Lygdamin Syracusanum affert, *qui tertia et xxx Olympiade, primus ex Olympico cer-*

tim sentire, nec sudorem emittere: quanquam et voluntate scimus sitim victam: equitemque romanum Iulium Viatorem e Vocontiorum gente foederata, in pupillaribus annis, aquae subter cutem fusae morbo, prohibitum humore a medicis, naturam fecisse consuetudine, atque in senecta caruisse potu. Nec non et alii multa sibi imperavere.

(XIX.) Ferunt Crassum, avum Crassi in Parthis interempti, nunquam risisse, ob id Agelastum vocatum: sicut nec flesse multos. Socratem clarum sapientia eodem semper visum vultu, nec aut hilaro magis, aut 3

tamine pancratii coronam reportavit; cuiusque ossa deprehensa sunt medullam non habere. Hard. — Ne credas. As.

Humore. Omni potu. Hard. — Nam *Crescit indulgens sibi dirus hydrops, Nec sitim pellit*, etc. As.

Atque. Gronov. *atqui.*

Atque in senecta. Ita libri omnes. Mavult tamen Pellicerius, *ac aeque in senecta.* Refert Apollonius, Hist. mirab. cap. XXV, ex Aristotelis libro de Ebrietate, Andromen Argivum per omne vitae tempus sili potique caruisse: etsi multis ille cibis siccis salsisque vesceretur. Neapolitanum quemdam nunquam bibisse Schenckius refert, Observ. Medic. lib. III, pag. 354, ex Caelio. Hard — Quidam *senectam.* E marg. Variorum. As.

Ferunt Crassum, etc. Haec Solinus iisdem fere verbis, cap. 1. Hunc ait semel in vita risisse Lucilius apud Cic. Tuscul. Quaest. lib. III, p. 381, et de Finibus, lib. V, pag 281, ubi M. Crassum veterem, et ἀγέλαστον vocat. Vide Macrob. Saturn. lib. II, cap. 1, pag. 319. Etiam Polyzelum Cyrenaeum nunquam risisse, ob idque Agelasti cognomen Iulisse ait Photius in Bibl. cod 190, ex Ptolemaeo. Haro. — Anaxagoras Clazomenius his addendus et Aristoxenes. Nostras Poinsinet in suo *Traité du rire* gentium meminit civitatumque ubi religio fuit et *vetitum nefas* ridere. As.

Avum Crassi in Parthis interempti. Huius de quo Lucanus, Pharsal. lib. I, Init. *Quamque superba foret Babylon spolianda tropaeis Ausonis, umbroque erraret Crassus iaulta;* de quo Flaccus, Carm. lib. II, od. 5: *Milesne Crassi coniuge barbara Turpis maritus vixit*, etc. Ditissimus ille Romanorum, et triumvir cum Pompeio et Iul. Caesare, victus tamen et caesus fuit a Surena, ad Carrhas, ann. ant. Christ. nat. 53. As.

Nec. In MS. deest. Marg. Var.

Aut hilaro. Ita Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chiffl. etc. non *hilari.* Hard. — Favemus, quanquam hilari magis ex usu et latinitate; sed hoc loco Nostrum crediderim ἑλληνίζειν, de Graecis dicentem, et graeca iam voce ἀγέλαστον usum. Ἱλαρὸς vero graecum est. Probavit tamen Gronovius τὸ *hilari.* As.

turbato. Exit hic animi tenor aliquando in rigorem quemdam, torvitatemque naturae duram et inflexibilem, affectusque humanos adimit, quales ἀπαθεῖς Graeci vocant, multos eius generis experti: quodque mirum sit, auctores maxime sapientiae, Diogenem Cynicum, Pyrrhonem, Heraclitum, Timonem, hunc quidem etiam in totius odium generis humani evectum. Sed haec parva naturae insignia in multis varia

Απαθεῖς. Est exemplum vocis cuius post saecula immutatus sensus est. Nam hodie *apathie* in pessimam partem accipitur, designatque hanc animi mollitiem atque ignaviam quae laborem omnem aut respuit, aut ita languide aggreditur ut non peragat; et ille *apathique* quem nihil tangit, nihil movet, nihil ad laborem et motum erigit. Απαθὴς Nostratum lingua est *impassibile*. As.

Multos eius. Qui tales multos videre, aut audivere. Sophorum enim ferax Graecia, quorum bona pars sapientium famam aucupata, barbam pascere et risum tenere commodius potuit quam sapientiam revera assequi. As.

Maxime. D. *maximae.* Marg. Var: non ita perperam. As.

Diogenem. Sinopensem, Antisthenis discipulum, et Cynicae scholae post eum caput; quem centenis annis vixisse ferunt, et eodem die Corinthi in dolio suo demortuum, quo in regia Darii Babylone Alexander Philippi excessit, ann. ant. Chr. 324. Copiosius de Diogene Laërtius lib. VI. As.

Pyrrhonem. Scepticum, cuius dogmata luculentissime Sextus Empiricus in Hypotyp. Pyrrhon. exposuit. Cf. et Diog. Laërt. Vit. Philos. lib. IX. Sed ille non tam ἀπαθὴς, suo ipsius arbitrio, quam ἀτάραχτος. Quid sit discriminis, tu forsan scisciteberis. Ille multum esse dixisset; et nonnihil revera est. Nam ἀπάθεια est affectu omni carentis; ἀταραξία vero affectus ita limitantis et cohibentis, ut nunquam e statu moveatur suo et turbetur. Illa causam tollit, sive bonos, sive pravos effectus genitura est; haec effectus coërcet, et malos tantum tollendos curat. As.

Heraclitum. Σκοτεινὸν, ob styli obscuritatem et ingenii, an ob solitudinem qua latuit? Misericors aliunde vir et πολύδακρυς (Iuven. Sat. VIII: *Mirandum unde ille oculis suffecerit humor*), et quem non sat assequor cum ἀπαθέσι relegatum a Plinio. De eo vide et conf. Diog. Laërt. lib. IV. As.

Timonem. Timon ὁ μισάνθρωπος, de quo Laërtius in alterius Timonis vita, lib. IX, pag. 265, ex humani generis odio *nomen* invenit. Haan.

Sed haec, etc. Ita codices Regii 1, 2, Colbertini 1, 2, item Paris. etc. probatque non solum Salmasius, Exercitt. Plin. in Solin. pag. 34, sed et commentatorum bona pars. Ad hunc diem in editis legebatur, *sed haec pravae naturae*, etc. H. — *Sed haec parva... cognoscuntur.* Narraverat Plin. ante, aliquot magna naturae insignia, ut de Crasso, Socrate, etc.

cognoscuntur: ut in Antonia Drusi nunquam exspuisse, in Pomponio consulari poëta nunquam ructasse. Quibus natura concreta sunt ossa, qui sunt rari admodum, cornei vocantur.

XIX. (xx.) Corpore vesco, sed eximiis viribus Tritannum in gladiatorio ludo, Samnitium armatura ce- 1

haec scil. magna naturae insignie, nunquam risisse, nunquam vultus vertisse, etc. parva vero ille quae deinceps exsequitur; *nunquam spuisse, nunquam ructasse*, quorum et exemple adfert. Salmas.

Antonia. Hoc geminum exemplum, Antoniae, Pomponiique, transcripsit Solinus ex Plinio, cap. 1, pag. 7. Antonia haec, Drusi Neronis Germanici uxor, qui eius Tiberii imperatoris frater fuit, quique ex ea Germanicum Caesarem, et Claudium postea imperatorem genuit. Hand.

Pomponio. Pomponius Secundus vates, cuius vitam retulisse se Plinius ipse ait, lib. XIV, cap 6. P. Pomponium consularem pariter vocat Tacitus, Annal. libro XI, capite 13. Tragoediarum scriptorem Plinius iunior in epistolis. Hand.

Quibus natura concreta sunt ossa Vase medulla vacua: ii sunt torvi natura, inflexibiles, rigidi, ἀπαθεῖς. Hinc Persio, *cornea fibra*, et ipse Noster, lib. XXXI, cap. 9, cornea piscatorum corpora, sole et sale durata, ideoque τῶν ἔξωθεν ἀπαθῆ. Dalec. — Vbi vide quae dicturi sumus. Hand.

XIX. *Corpore*, etc. Hoc capitis huius sectionisque exordium, superioribus annectendum esse ex Solino monet Pellic. intelligendumque, quibus natura concreta sint ossa, cuiusmodi raro admodum inveniuntur, eosdem corneos appellari, corpus quidem vescum habentes, sed et eximias vires. Verum ex Solini verbis attente perpensis, contrarium plane efficitur: pertinere ea scilicet ad Tritannum, qui licet vescum corpus haberet, viribus tamen polleret eximiis, quod nervis constaret oppido firmis densisque. *Maximam virium substantiam*, inquit cap. 1, pag. 7, *nervos facere certissimum est: quantoque fuerint densiores, tanto propensius augescere firmitatem. Varro in relatione prodigiosae fortitudinis adnotavit Tritannum gladiatorem natura Samnitem fuisse, qui et rectis et transversis nervis*, etc. Hand.

Vesco. Gracili, exsucco, mecilento: quae ὀλιγόσιτοι, exigui cibi solent esse mecilenti. Vide Vossium in Etymol. Hand. — *Corpore vesco.* Ovid. Fast. III, 445 et 446: *Nunc vocor ad nomen; vegrandia farra coloni, Quae mala creverunt, vesca-que parva vocant.* Dal.

Tritannum. Ita Solinus appellat, cap. 1, pag. 7, et Digulus ille gremmatirus, cuius excerpta carmine conscripta vidit Salmasius, qui hunc versum eius recitat, in Hist. Aug. pag. 451: *Viribus est rumor nimium valuisse Tritannum.* Hand. — *Tritannum.* Apud Cic. de Finibus lib. I, in Lucilii versibus ex fide vetusti codicis legitur: *Municipem Pontii, Tritanni centurionum*, et ex lib. de Senect. T. Pontii velidi, robustique hominis

lebrem, filiumque eius militem Magni Pompeii, et rectos et transversos cancellatim toto corpore habuisse nervos, in brachiis etiam manibusque, auctor est Varro in prodigiosa virium elatione. Atque etiam hostem ab eo ex provocatione dimicantem, inermi dextra uno digito superatum, et postremo correptum
2 in castra translatum. At Vinnius Valens meruit in

meminit Turneb. lib. XXV, cap. 2. Dalec.

Samnitium armatura celebrem. Solinus loc. proxime citato, Tritannum hunc gladiatorem natura Samnitem fuisse scribens, natale illius solum perperam Samnium credidisse videtur. Samnitium gladiatorum, ut diximus, meminit Horatius carmine illo, lib. II, Epist. 2, v. 98: *Lento Samnites ad lumina prima duello.* Dicti autem a splendidissima Samnitium, cum quibus tot olim bella gessere Romani, armatura. De ea copiose Livius, IX, 40. — Samnites vero gladiatorum genus, qui galea pinnas gestantes, epulis adhibebantur, Samnitesque peculiari nomine dicebantur. H. — Samnites gladiatores stataria pugna dimicantes, scuto ad summum latiore, quà pectus et humeros tegebant pari fastigio, ad imum cuneato, pectore lecto spongia: sinistro crure ocreato: galea cristata: ex Livio, Horat. Lucilio; Turn. XXV, 10; Lips. Saturn. II, 14. Dalec.

In prodigiosa, etc. Varro *prodigiosa*, omisso additamento *in*. E marg. Varior. Sensus vero: In eorum commemoratione, quibus prodigiosae vires essent.

Virium elatione. Ita libri omnes MSS. editique ante Gelenium, qui, ex Solino, *relatione* substituit. Sensus est, sive utriusque, sive tantummodo filii vires in caelum extulisse Varronem. Hard.

Inermi dextra uno digito superatum, et postremo correptum in castra translatum. Legendum Pintianus admonet ordine inverso, *Inermi dextra superatum, et uno digito postremo correptum in castra*, etc. idque etiam Pellicerius approbat, ex Solino, cuius haec paraphrasis, cap. 1, pag. 8: *Eius filium militem Cn. Pompeii, pari modo natum, ita sprevisse hostem provocantem, ut et inermi eum dextra superaret, et captum digito uno in castra Imperatoris sui reportaret.* Favemus et nos ei coniecturae. Hard.

Et postremo. Minimo digito hostem corripuit, nempe ex cingulo militari, atque ita sublatum in castra transtulit. Hard. — Ingeniosius quam verius. Παραδοξότατος semper vir ductus qui non per trigiuta annos nocte concubia surrexerat, ut quod obvium et planum, ut quod caeteris perspectum, cogitaret. *Postremo* omnino πρόσρημα est. — Nos cum Harduino facimus. Ai.

At Vinnius. Sic in omnibus MSS. *At Viinius Valens.* Libri omnes editi nihilominus habent *A. Iunius Valens;* satis audaci emendatione: tametsi haec apud Gruterum legitur inscriptio, pag. 549: Q. Ivnivs. Q. F. Ivlia. Valens.

praetorio Divi Augusti centurio, vehicula cum culeis onusta, donec exinanirentur, sustinere solitus: carpenta apprehensa una manu retinere, obnixus contra nitentibus iumentis: et alia mirifica facere, quae insculpta monumento eius spectantur. Ideo M. Varro: Rusticellus, inquit, Hercules appellatus, mulum suum tollebat Fusius: Salvius duo centenaria pondera pedibus, totidem manibus, et ducenaria duo humeris contra scalas ferebat. Nos quoque vidimus Athanatum nomine, prodigiosae ostentationis, quingenario thorace plumbeo indutum, cothurnisque quingentorum pondo calciatum per scenam ingredi. C. Milonem athletam, quum constitisset, nemo vestigio educebat: malum tenenti nemo digitum corrigebat. 3

Cum culeis. Quid sit culeus, dicemus lib. XIV, cap. 5.

Ideo M. Varro... mulum suum tollebat Fusius: Salvius duo centenaria, etc. Locum hunc interpunctionis vitio laborantem sanavimus: quum prius scriberetur, *mulum suum tollebat Fusius Salvus*, etc. perinde quasi nomen eius, qui mulum suum tolleret, librariorum vitio, desideraretur: ac non essent duarum familiarum diversa haec nomina, Fusius, Salviusque, Fusiae, Salviaeque gentis. Hard. — Quae de Rusticello Hercule Tristanus affert in Commodo, tom. I, p. 724, nugae sunt, tum ex hoc Plinii loco perperam intellecto, tum ex ingenii sui coniecturis haud satis scite concinnatae. Haro.

Contra scalas. In scalarum ascensu. Haro.

Quingenario. Quingentarum pondo librarum. Haro.

C. Milonem athletam, etc. Ita plane Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chiffl. vet. Dalec. editique, ante Gelenium, qui *Crotoniatam* scripsit, ex Solino, credo, qui et Crotoniensem vocat, cap. 1, et *Tarquinii Prisci temporibus emicuisse* ait. Haro. — Punicum malum sic manu compressa tenebat, ut nemo extorqueret, ipse non elideret. Vneto disco consistentem nemo detrudebat. Nervum quo caput praecingeretur, intercluso spiritu labiis adductis rumpebat: cubito dextro lateri admoto, exporrecta manu, et sublato pollice, quum reliquos digitos iunctos intendisset, minimum nemo a caeteris seiungebat. Pausan. in Eliacis. Hieron. Mercurial. de Arte gymnast. lib. III, c. 3 et 5, et lib. VI, c. 3. Eo tamen robustiorem ac tanquam ἕτερον Ἡρακλῆ describit ex Athenaeo Rhodigin. Titormum Aetolum, bubulcum lib. XXI, c. 36; cap. vero 36, lib. XIII, Polydamanta, editis virium suarum incredibilibus fere documentis. Dal. — Pugil, ut vita, sic morte famosus; quippe quem lupi voraverunt. Exstat insigne hac de re ἄγαλμα Versaliis. Aj.

Quum constitisset. Haec pariter

XX. Cucurrisse MCXL stadia, ab Athenis Lacedaemonem, biduo Philippidem, magnum erat: donec

Philostratus, lib. IV de vita Apoll. cap. 9, pag. 185 et 186. Haao.

Digitum corrigebat. In codd. quibusd. *digito corripiebat.* Caeterum sensus: Nemo digitum inflexum aperire poterat, et rectum facere. Sic locutus Cato, de Re rustica, c. XXXIII: *Corrigito, uti recte spectent.* Rursumque, cap. XIX. Et Colum. lib. IV, c. 26, p. 154: *Iacentia statuenda, declinata corrigenda.* Adde perelegantem Augusti iocum, quem Macrobius refert, Saturn. lib. II, c. 4, p. 332: *Galbae*, inquit, *cuius informe gibbo erat corpus, agenti apud se causam et frequenter dicenti, Corrige in me si quid reprehendis, respondit: Ego te monere possum, corrigere non possum.* Itaque *corrigere*, est rectum facere. Inde *rigor iuris.* Haao.

XX. *MCXL stadia.* Miror placuisse Barbaro Solini lect. MCCXL, refragantibus omnibus MSS. et vetustis editionibus, Parm. etc. cum quibus certe libri nostri consentiunt Reg 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. atc. Quum praesertim maius aliquod spatium paulo post pollicitus auctor, mille tantum et ducenta stadia praestet. Haao. — Sed oblitus Harduinus est uno die viam Anystidi et Philonidi confectam. Tum si urbium διάστασιν mente mensus eris, vix intelliges quonam pacto MCXL alicui arriserit. Namque et inter Lacedaemonem atque Athenas parum abest quin, exacta ad amussim, vel ut aiunt πρὸς ὄρνιθος πτῆσιν via, centum et quadraginta stadia ultra mille excurrant. Porro a recta linea multum distat iter ob sinus et peninsulae Peloponnesiacae gracillimum collum; et ab Elide urbe ad Sicyonem minor distantia, quam a Sparta ad Athenas. Nec ad stadii varietates confugias; ubi nil auxilii est: nam stadium hic longissimum sumo, stadium olympicum qui sexcenties in gradu geographico, in leuca vero gallica quater et vicies est. Talium stadiorum MCCXL nobis forent 52 *lieues* $\frac{1}{2}$; MCXL, 47 $\frac{1}{2}$. Caeterum vid. ad calc. hui. lib. Excurs. III. Az.

Philippidem. Ita MSS. omnes: tamen Herodoto, Erato lib. VI, pag. 308, Φειδιππίδης vocatur. H. — Cael. Rhodig. lib. XVIII, c. 8. Alex. ab Alex. lib. II, c. 21. Plutarcho in Aristide, Euclides uno die stadia mille emensus est. Aemilius probus cursores in Miltiade ἡμεροδρόμους vocat: sic et Phidippidem Herodot loc. cit. Dal. — Et eo facilius confusio facta est, quod in amborum nominum usu aurem magis deludat similitudo quam oculum. Φειδιππίδης enim olim *Phidippidis* pronuntiabatur, ut *Philippidis* Φιλιππίδης, ita ut diphthongos iam et simplex vocalis eundem sonum habeant, quamvis brevem haec, ille longum, et differentia evidens una sit, nimirum in τοῖν *l* et *d*. Sed Phidippides nomen fuit parum usitatum et Comici iocis duntaxat notum. Aristoph. Νεφέλ. Scen. III: Ὅπως νῷν ἐγένεθ' υἱός.... Εμοί τε δὴ καὶ τῇ γυναικὶ τῇ 'γαθῇ, Περὶ τούνόματος δὴ ταῦτ' ἐλοιδορούμεθα Η μὲν γὰρ Ιππον προστιθεῖ πρὸς τοὔνομα, Ξάνθιππον, ἢ Χάριππον, ἢ Καλλιππίδην, Εγὼ δὲ τοῦ πάππου 'τιθέμην Φειδωνίδην. Τέως μὲν οὖν ἐκρινόμεθ'. εἶτα τῷ χρόνῳ Κοινῇ ξυνέδημεν, κἀθέμεθα Φειδιππίδην. Vbi nomen vide quam ridicule equorum amatori impositum, quasi *equis parcentem.* Nam φείδεσθαι est *parcere.* Az.

Anystis cursor Lacedaemonius, et Philonides Alexandri Magni, a Sicyone Elin, uno die mille ducenta stadia cucurrerunt. Nunc quidem in Circo quosdam CLX M. passuum tolerare non ignoramus. Nuperque Fonteio et Vipsanio coss. annos VIII genitum puerum a meridie ad vesperam LXXV millia passuum cucurrisse. Cuius rei admiratio ita demum solida perveniet, si quis cogitet nocte ac die longissimum iter vehiculis tribus Tiberium Neronem emensum, festinantem ad Drusum fratrem aegrotum in Germaniam: in eo fuerunt CC millia passuum.

XXI. (XXI.) Oculorum acies vel maxime fidem excedentia invenit exempla. In nuce inclusam Iliada Homeri carmen, in membrana scriptum, tradidit Cicero. Idem, fuisse qui perviderit CXXXV M. passuum.

Anystis. Solinus cap. 1: *Anystis Lacon, et Philonides Alexandri M. cursores, Elin abusque Sicyone mille ducenta stadia uno die transierunt.* H.

Philonides. De quo iam dictum est lib. II, cap. 73. Quod de Circo dein adiicit, non equorum modo ibi fuisse curriculum, sed et hominum, ut in Olympiis, docet. H.

Vipsanio. Non, ut hactenus *Vipsano.* Vide lib. II, cap. 72. H.

Annos VIII. Libri omnes MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chiffl. et vet. Dalec. *annos VIII.* At Solinus Plinii verba transcribens, c. 1, *annos novem*, nisi mendum et huic quoque numero subsit. HARD.

Tiberium. De hoc Tiberii itinere Dio consulendus, lib. LV, pag. 549. HARD. — Vide Valer. Max. lib. V, c. 5. DAL.

Aegrotum. Sequimur codd. laudatos: olim *aegrotantem in Germania.* HARD.

XXI. *In nuce.* Hoc quoque Solin. ex Plinio, cap. 1. HARD. — Hadrian. I, cap. 7, refert Franciscum Alumnum in denariolo sine notis perscripsisse symbolum Apostolorum, et principium Evang. D. Ioannis: item se vidisse cerasi nucleum in modum quasilli exsculptum, quo continerentur quindecim paria tesserarum, suis punctis affabre distincta. Vide Solin. cap. VI. *Dal.* — Id fieri posse exemplo suo demonstravit illustrissimus Huetius. Vid. *Huetiana*, 1, p. 135. BA.

Iliada, Homeri carmen. Marg. Var. *Iliadem.* Neque de his rixare Πολλὰ κὰν' ἐν πολέμῳ. Maioris momenti bella de auctore Iliados; quibus h. l. misceri non nostrum est. Sed vid et conf. Wolf. ad Hom. edit. 2 praelat. AJ.

Tradidit Cicero. His scil. in libris quos hodie non habemus. AJ.

Idem fuisse, qui perviderit, etc. Cic. Acad. IV: *At ille nescio quis, qui in scholis nominari solet, mille et octingenta stadia quod abesset videbat.* Ea

Huic et nomen M. Varro reddidit, Strabonem vocatum. Solitum autem Punico bello, a Lilybaeo Siciliae promontorio, exeunte classe e Carthaginis portu, etiam numerum navium dicere. Callicrates ex ebore formicas et alia tam parva fecit animalia, ut partes
2 earum a caeteris cerni non possent. Myrmecides

sunt passuum CCXXV millia. Verum ex Plinio Cicero emendandus, scribendumque *millia et octoginta*, quae plane efficiunt CXXXV M. passuum, ut habent Pliniani libri omnes, tum manu exarati, tum et impressi. H.

A Lilybaeo. Vnde traiectus in Africam, teste Polybio, lib. I, ὡς χιλίων σταδίων, h. e. mille stadiorum est, quae efficiunt CXXV mill. pass. Refractionum tantum ope tam longe dissita cerni posse putat Villebr. Snellius in Eratosthene Batavo, sub finem: Id nos altitudini loci, unde prospectus fit, tribuendum verius arbitramur, simul et eximia oculorum perspicacitati, non minimum etiam opis conferente refractionum vi. Intervallum illud a Lilybaeo, quod est hodie *Capo di Marsalla*, usque ad fauces portus Carthaginensis, quidam hodie definiunt leucarum esse gallicarum cummunium haud amplius octodecim. D. de Lisle in Commentariis Academiae Regiae Scientiarum, anni 1714, pag. 83 et 84, leucarum ait esse novemdecim aut viginti. Vide Strab. lib. VI, pag. 267; Aelian. Var. Hist. lib. XI, cap. 13, et Val. Max. lib. I, c. 8, p. 75. Harn. — In hac nota Harduinianum mendum sustulimus, rescribentes in ὡς χιλίων σταδίων, *decem millia stadiorum*, etc. *mille* pro *decem millium*. Quem calami lapsum miror et auctori excidisse, et a Franzio et Valpio, quum Harduini et Variorum commentarios recudendos curarent, serviliter rescriptum fuisse, ne subiecta quidem notula, aut monito lectore. Az. — Sustulimus et nos in Vol. II mendum huiuscemodi, quod primo in Franzii editione invectum (nam Harduiniana mendo caret) a Parisino editore propagatum est: haud mirum. Vtinam haec Plinii editio, in tanta operarum incuria et inscitia, in tantaque barbarorum nominum ac numerorum copia, raro tantum a vera lectione aberrasse redarguatur! *T.*

Callicrates ex ebore formicas, etc. Lege: *Callicrates. . . ut partes eorum a caeteris c. n. p. Myrmecydes quidam in eod. g. inclaruit, quadriga ex eadem m. q. musca i. al. fabricata: et nave quam apicula pinnis absconderet.* Sensus: Eorum animalium partes tam subtiles ac tam parvas fuisse, ut a caeteris non possent cerni, sed a solo artifice, qui ea fecerat. Salm. — Solin. cap. 1, pag. 10. Aelian. Var. Hist. lib. I, cap. 17. Harn. — Deaterior nostra aetate Cl. L. Siries, de quo vid. Mariette, *Tr. des pierr. gravées*, tom. I, pag. 421. Brot.

Partes earum. Vel *eorum* potius, sic enim legunt Reg. 1, 2, Paris. etc. ut ad animalia referatur: quorum tam subtiles partes erant, ac tam delicato perfectae opere, ut a caeteris cerni non possent: ab artifice solo possent, propter eximiam visus claritatem, cuius exempla Plinius nunc commendat. Sive *cerni* porro legas, sive *secerni*, ut habet Solinus, nihil interest: quum eundem utraque voa hoc loco significatum habeat. Seneca

quidem in eodem genere inclaruit, a quo quadrigam ex eadem materia, quam musca integeret alis, fabricatam; et navem, quam apicula pennis absconderet.

XXII. (XXII.) Auditus unum exemplum habet mirabile, praelium, quo Sybaris deleta est, eo die quo gestum erat, auditum Olympiae. Nam Cimbricae victoriae, Castoresque Romani, qui Persicam victoriam

in eam rem, epist. LIII: *Magni artificis est, totum clausisse in exiguo.* H.

A quo quadrigam ex eadem materia. Imo cum agitatore suo, infra lib. XXXVI, cap. 6 ultimo. Aelian. Var. Hist. lib. I. Varro de Ling Lat. VI: *Etenim facilius obscuram opernm Myrmecidis ex ebore oculi videant, si extrinseeus admoveant nigras setas*, etc. Et auctor noster infra lib. XXXIV, cap. 36, de consimilibus quadrigis Theodori. DALEC. — De hoc apium et formicarum, minutorumque opusculorum fabricatore, Cicero Acad. Quaest. lib. IV, pag. 81; Aelian. Var. Hist. lib. I, cap. 47. Vida quae dicturi sumus lib. XXXVI, cap. 5. H.

XXII. *Auditus.* Refert hoc etiam Plutarchus in Paulo Aemilio, b. 268. Cicero de Nat. Deorum lib. II, p. 54: *Atque etiam, quum ad flumen Sagram Crotoniatas Locri maximo praelio devicissent, eo ipso die auditam esse eam pugnam ludis Olympiae, memoriae proditum est.* HARD.

Nam Cimbricae victoriae Castoresque Romani. Didacus Covarruvias legendum putat addita negatione, hoc pacto: *Nam Cimbricae victoriae Castores Romani, quique Persei victoriam eo die quo contigit nuntiavere, non visus, aut auditus, sed numinum fuere praesagia.* PINT. — *Nam Cimbricae victoriae.* De hac quoque Cicero, de Nat. Deor. DAL. — *Nam Cimbricae victoriae* Quam de Cimbris, in campo Raudio agri Veneti, Marius reportavit. Vide Florum lib. III, c. 3, p. 105. Nummus argenteus apud Patinum, in Famil. pag. 174, num. 5. AVGVSTVS. Caput Augusti nudum, cum lituo. ✕ C. MASIVS C. F. TAO. IIIVIR. Palmae ramus in quadrigis, C. Marii consulis, qui huius C. Marii Trium Reipublicae Ordinum Triumviri proavus fuit, victorias de Cimbris et de Iugurtha indicat. Nam pro una victoria simplica bigae tantummodo sculperentur. Eiusdem C. Marii C. F. nummi sunt inscripti, CAPIT. LXXVIII, aliove simili numero, hac sententia, *Colonia Agraria Per ITaliam* LXXVIII. Vbi nota quinquagenarii numeri est littera T inversa. Plures eiusdem generis nummos, solo numero dissimiles, affert Gorlaeus. HARD.

Castoresque. Loci totius sententia haec est, ut ante nos vidit Pellicerius: Auditus unum tantummodo mirabile haberi exemplum, Sybaritici praelii. Nam Cimbricas victorias auditas, Castoresque illos Romanis nunciantes Persen Macedoniae regem, pridie eius diei victum a Paulo, captumque, non auditus exemplis, sed miraculis illis annumerari oportere, quae ad visum pertinent, Deorumque significationes: quandoquidem apparuerunt tunc Castores, conspicunsque mortalium ocu-

ipso die, quo contigit, nuntiavere, visus, et numinum fuere praesagia.

XXIII. (XXIII.) Patientia corporis, ut est crebra sors calamitatum, innumera documenta peperit. Clarissimum in feminis, Leaenae meretricis, quae torta non indicavit Harmodium et Aristogitonem tyrannicidas. In viris, Anaxarchi, qui, simili de causa quum torque-

lis se exhibuerunt: Cimbricaeque item victoriae divinitus e caelo sunt nuntiatae, uti dictum est lib. II, cap. 58. De hoc miraculo egere prolixius Plutarchus et Cicero locis citatis, Valerius Max. lib. I, c. 8, n. 1, p. 63, etc. Sed nemo elegantius quam Florus lib. II, c. 12, pag. 81. Similem Castorum visum refert Dionys. Halic. Rom. Antiq. lib. VI, p. 351. H.

Nuntiavere. P. Vatinio, ut ait Valerius Max. vel uti rectius fortassis apud Tullium legitur, Vatieno, Reatinae praefecturae viro. H. — *Nuntiavere.* Narrat Pausanias in Eliacis, quo die Tauros thenes Aegineta, Olympiae coronatus est, spectrum ei simile Aeginae victoriam illius nuntiasse. Dalec.

Visus et numinum. Ita MSS. omnes. Tamen admonet Plutianus videri Didaco Covarruvias, legi oportere negatione addita, *non visus, sed numinum*. At falso id sane. Nam uti insinuavimus interpretati hunc locum, *visus et numinum*, idem valet atque, *visus quidem, sed et numinum*. Et sane Florus lib. III, cap. 3, pag. 106, de Cimbrica victoria: *Hunc tam laetum*, inquit, nuncium, non *per homines, ut solebat, populus rom. accepit, sed per ipsos, credere fas est, Deos: quippe eodem die, quo gesta res est, visi pro aede Castoris et Pollucis, iuvenes laureati*, etc. Sensus: Ad visum potius pertinent, et ad significationes deorum, quam ad auditum. *Visus ea exempla sunt, numinumque praesagia.* H.

XXIII. *Leaenae.* Λέαινα Graecis. De ea Pausanias lib. I, in Attic. p. 40. Plutarchus lib. de Garrulit. pag. 505, ac Plinius ipse lterum l XXXIV, cap. 19, n. 12. H. — Male haec a quibusdam gallice *Lionne*, nisi si cui placuerit Nicen dici *Victoire*, aut Macariam *Félicité*. Aj.

Meretricis quae, etc. M. *Meretricis exemplum quae*, etc. Aj.

Harm. et Arist. tyrannic. Alius fuit Aristogiton sycophanta, quem claudum, improbum, mendacem, tamen in vincula coniectum Phocion rogatus invisit; id respondens amicis suadentibus ne ad virum tam scelestum accederet: Ποῦ τις ἂν ἥδιον Ἀριστογείτονι συμβάλοι; Rhodig. XXV, 10. Vide Pausaniam in Atticis: Thucyd. lib. VI. Dalec. — Pisistratidarum hostes, h. l. innuuntur quibus τὸ ξίφος ἐν κλαδὶ, dum τὸν τύραννον κτανέτην, Ἰσονόμους τ' Ἀθήνας ἐποιησάτην· mox a superstite Hippia damnati et caesi, cum his qui conscii censebantur. Aj.

Anaxarchi. Marg. Vsr. *Anaxarchidis.* Vet. cod. — *Anaxarchi.* Sic etiam Val. Max. lib. III, c. 3, pag. 164: *Talis patientiae aemulus*, inquit, *Anaxarchus, quum a tyranno Cy-*

retur, praerosam dentibus linguam, unamque spem indicii, in tyranni os exspuit.

XXIV. (XXIV.) Memoria necessarium maxime vitae bonum; cui praecipua haud facile dictu est, tam multis gloriam eius adeptis. Cyrus rex omnibus in exercitu suo militibus nomina reddidit: L. Scipio, populo romano: Cineas, Pyrrhi regis legatus, sena-

priorum Nicocreonte torqueretur, nec ulla vi inhiberi posset, quominus amarissimorum eum maledictorum verberibus invicem ipse torqueret: ad ultimum amputationem linguae minitanti: Non erit, inquit, *effeminate adolescens, haec quoque pars corporis mei tuae ditionis: protinusque dentibus abscissam, et commanducatam linguam in os eius ira potens exspuit*, etc. Quod isti tribuunt Anaxarcho, hoc adscribunt Zenoni Eleatae caeteri scriptores: Cicero, Tusc. Quaest. lib. II, pag. 360; Laërtius lib. IX, pag. 244; Clemens Alex. Strom. lib. IV, p. 496, aliique. Vide praeterea Laërtium lib. IX, pag. 252. H. — *Anaxarchi*. Valer. Maxim. lib. III, c. 48, de Patientia. Dalec.

Simili de causa. Quod conscios delendae tyrannidis nollet indicare, ut de Zenone Eleate Tullius prodidit. Haad.

XXIV. *Cyrus rex omnibus in exercitu suo militibus nomina reddidit*. Sic etiam Valerius Max. lib. VIII, cap. 7, pag. 391: *Utriusque industriae laudem*, inquit, *duo reges partiti sunt: Cyrus omnium militum suorum nomina, Mithridates duarum et viginti gentium, quae sub regno eius erant, linguas ediscendo. Ille, ut sine monitore exercitum salutaret: hic, ut eos quibus imperabat, sine interprete alloqui posset*. Cyrum Latini scriptores omnes tradiderunt tenuisse omnium militum nomina τῶν ὑφ' αὐτὸν ἡγεμόνων, praefectorum militiae, qui sub ipso ducebant ordines. Locus, si quis requirit, est libro V Παιδείας, pag. 132. — *Cyrus*. Eadem de Cyro, Scipione, Cinea, et Mithridate, Solinus cap. 1, pag. 10. H.

Omnibus in exercitu suo militibus, etc. Τοῖς ὑφ' αὐτὸν ἡγεμόσι. Xenophon, V, περὶ τῆς παιδείας Κύρου: *Omnibus qui sub eius imperio ducebant ordines: omnibus militum praefectis*. Vid. Val. Max. l. VIII, c. 7. Eam (memoriam) ut et Simonidis et Hippiae medicaminibus adiutam, ait Ammian. Marcellin. lib. XVI. Cuiusmodi hodierna quoque die circumferuntur: sed magno cum incautorum vitae periculo. Seneca, Declam. lib. I, admirabilem suam memoriam praedicat. Refertque Lud. Cael. Rhod. Var. XV, 6, ut et contrarium X, 11. Muretus Corsici hominis memoriam multis laudibus effert cap. 13. De Themistoclis, Luculli et Hortensii insignibus memoriis, earumdemque discrimine Cic. Acad. Quaest. lib. II. Dalec.

Cineas. Graecis Κινέας. Vide Plutarch. in Pyrrho pag. 391; Aelian. Var. Hist. lib. XII, cap. 33. E Latinis Cicero, Tusc. lib. I, pag. 311. Quintil. lib. II, cap. 11, et Seneca pater, in praef. lib. I Controv. pag.

tui et equestri ordini Romae, postero die quam advenerat. Mithridates duarum et viginti gentium rex, totidem linguis iura dixit, pro concione singulas sine interprete affatus. Charmadas quidem in Graecia, quae quis exegerat volumina in bibliothecis, legentis
2 modo repraesentavit. Ars postremo eius rei facta, et inventa est, a Simonide melico, consummata a Metrodoro Scepsio, ut nihil non iisdem verbis reddere-

ubi de Cinea: *Missus*, inquit, *a Pyrrho legatus ad Romanos, postero die, novus homo, et senatum, et omnem urbanam circumfusam senatui plebem, nominibus suis persalutavit.* H.

Mithridates. Eadem habet Gellius lib. XVII, cap. 17, pag. 974. Plin. ipse iterum lib. XXV, cap. 2. H. — Vid. Exc. V ad calc. hui. lib.

Charmadas. Ita plane MSS. omnes Reg. 1, 2, Colb. Paris. etc. quod Turnebus approbat. Idem valet nihilominus *Charmidas*, quod in vulgatis legitur, nam ex Χάρμις Χαρμίδας, Χάρμας Χάρμαδας, Χάρων Χαρώνδας, Διάγων Διαγώνδας, Διδάσκαλος Διδασκαλώνδας, Επαμεινων Επαμεινώνδας, Boeotorum, seu Thebanorum more inflectitur. Charmadas etiam vocatur apud Macrob. Saturn. lib. VII, cap. 1, pag. 575, unde corrigendus Cicero, Tusc. Quaest. l. I, pag. 311, apud quem *Carneades* perperam scribitur. Harn.

Exegerat. In Reg. 1, 2, Paris. et vet. Dalec. *exegerit.* Forte, *exigeret.* Mira magis et incredibilia prope dictu, de prodigiosa cuiusdam adolescentis memoria, narrat Muretus Variar. Lect. lib. III, cap. 1, quem consule. H. — Vid. de hoc et de Arte, ut aiunt, μνημονικῇ, Excurs. VI ad calc. hui. lib. Ai.

Inventa est. Rem narrat Cicero, de Orat. lib. II, pag. 442: *Gratiamque habeo*, inquit, *Simonidi illi Chio* (*scribe* Ceo) *quem primum ferunt artem memoriae protulisse*, et caetera, quae tu, lector, vide. H.

Simonide. Quum is octogenarius esset, gloriari solebat sibi parem esse memoria neminem, hoc disticho: Μνήμην δ' οὔ τινά φημι Σιμωνίδῃ ἰσοφαρίζειν, Ὀγδοηκοντατεῖ παιδὶ Λεωπρέπους. At Apollonium Tyaneum, quum centum natus esset annos, memoria insigni fuisse ferunt. Vide Philostr. H. — De eo vide Strab. Geograph. lib. XIII. Dal.

Melico. Ἀπὸ τοῦ μέλους, hoc est, a cantu, lyrici poëtae aic ioterdum appellantur: uti apud Tullium lib. de optimo genere Orat. p. 762: *tragici, comici, epici, melici etiam, ac dithyrambici.* Indeque est quod Simonidem Suidas nunc μελοποιὸν, nunc lyricum vocat. Melicum Simonidem rursum Plinius appellat cap. 57 huius libri. Phaedrus, Fabular. l. IV: *Simonides, qui scripsit egregium melos, Quo paupertatem sustineret facilius, Circum irè coepit urbes Asiae nobiles, Mercede accepta laudes victorum canens... Erat autem natus, ut aiunt, in Ceo insula*, etc. H.

Metrodoro. Viros aliquot ab insigni memoria Tullius commendans, loco proxime appellato, *Quanta*, in-

tur auditum. Nec aliud est aeque fragile in homine, morborum et casus iniurias atque etiam metus sentiens, alias particulatim, alias universa. Ictus lapide oblitus est literas tantum. Ex praealto tecto lapsus, matris et affinium, propinquorumque cepit oblivionem: alius aegrotus, servorum etiam: sui vero nominis Messala Corvinus orator. Itaque saepe deficere tentat ac meditatur, vel quieto corpore et valido.

quit, *qui modo fuit, Scepsius Metrodorus:* quibus verbis illum a se visum, agnitumque Antonius orator significat, aut certe haud ita pridem antea vixisse. Qui venit igitur in mentem Solino, quum hunc Pliuii locum transcriberet cap. 1, pag. 10, trecentis ferme annis hunc Metrodorum antiquiorem facere, quem Diogenis Cynici temporibus ait vixisse? *Memoriam*, inquit, *et arte fieri palam factum est, sicut Metrodorus philosophus, qui temporibus Diogenis Cynici fuit, in tantum se meditatione assidua provexit, ut a multis simul dicta, non modo sensuum, sed etiam verborum ordinibus detineret.* Vide quae de Metrodoro diximus in Auctorum Syllabo. H.

Ictus lapide. Solinus cap. 1, pag. 10, ex Plinio, et ex Valerio Maximo lib. I, cap. 8, pag. 71: *Quidam Athenis vir eruditissimus, quum ictum lapidis capite excepisset, caetera omnia tenacissima memoria retinens, litterarum tantummodo, quibus praecipue inservierat, oblitus est*, etc. Huc refer exemplum Hermoganis, quem totius Graeciae praestantissimum Sophistam fuisse perhibent: verum post annum XVIII, omnia repente oblitum, usque ad LXXX vixisse, omnium ignarum. Artemidorum Grammaticum, crocodili metu, quem forte pede pepulerat, litteras oblitum esse scribit Caelius Aurel. Chr. lib. I, cap. 5. H. — Sic Georg. Trapezunt. latinae et graecae linguae doctissimus, in senectute memoriam utriusque amisisse dicitur. DAL.

Sui vero nominis. Et Orbilium nominis proprii oblitum fuisse constat ex Suetonio. Item de Georgio Trapezuntio, et Philippo Decio, Paulus Iovius refert. Ioannem Suisserum, cognomento Calculatorem, ita suorum mathematum cepit oblivio, ut inveuta sua legens, nec intelligens, fleret. Lucretius in calce libri sexti: *Atque etiam quosdam cepere oblivia rerum Cunctarum, neque se possent cognoscere ut ipsi*, etc. (ex Thucydid. de iis qui e morbo evaserant) Vide plura deperditae sen morbo, seu ictu, seu alio casu memoriae exempla, apud Ioann. Schenckium, Obser. Med. l. I, pag. 78. H.

Messala. Hieronym. in Chr. ad an. 3, Olymp. 197: *Messala Corvinus orator, ante biennium quam moreretur, ita memoriam ac sensum amisit, ut vix pauca verba coniungeret: et ad extremum ulcere sibi circa sacram spinam nato, inedia se confecit, anno aetatis LXXVII.* Eadem de illo Solinus cap. 1, p. 10. Nos de eo diximus in Auctorum Indice. H.

Itaque saepe deficere tentat, ac meditatur, etc. Legend. *Itaque se re-*

Somno quoque serpente amputatur, ut inanis mens quaerat, ubi sit loci.

XXV. (xxv.) Animi vigore praestantissimum arbitror genitum Caesarem dictatorem. Nec virtutem constantiamque nunc commemoro, nec sublimitatem omnium capacem, quae caelo continentur: sed proprium vigorem celeritatemque quodam igne volucrem. Scribere aut legere, simul dictare et audire solitum accepimus. Epistolas vero tantarum rerum quaternas pariter librariis dictare: aut si nihil aliud ageret,

ficere tentata meditatur, vel quieto corpore et valido. Somno quoque serpente amputatur, ut, etc. Salmas. pag. 50. — *Deficere tentat*. Meditari ac tentare defectionem, inquit Pellicerius in notis MSS. validis et vigilantibus nobis memoria tunc videtur, quum subito inter loquendum cogitandumve, vocis alioqui notissimae, et in mentem linguamve venire tunc visae, obliviscimur: ac iam veluti fugientem quaerimus. H. — Vide loc. classicum apud Lucret. *velle videmur*. Az.

Amputatur. Ita Chiffl. Tolet. Pint. et vetus Dalec. quam lectionem et Salmasius approbat pag. 50. In Reg. 1 et 2, *amputat* pro *amputatur*. In libris hactenus vulgatis inepte *computat*. H. — *Amputatur*. Deficit, paulatimque subtrahitur. H.

XXV. *Animi vigore praestantissimum arbitror gentium Caesarem dictatorem*. Exemplaris ambo non *Caium* praeferunt, sed *genitum*, quod fortasse aptius, ne videatur Romania tantum eum anteferre, sed universo humano generi. Quod videtur sentire Solinus cap. v: *Quantum*, inquit, *inter milites Sicinius aut Sergius, tantum inter duces, imo vero ut verius dicam, inter omnes homines, Caesar dictator enituit*. Pint. — Vid. cap. 26, not. 15. Az.

Scribere aut legere, simul dictare et audire solitum accepimus. Editi in hunc diem libri, *Scribere et legere simul, dictare*, etc. Corrigendum censuimus, ex Reg. 1, 2, Paris. etc. uti edidimus, mutata paululum interpunctione. Fieri enim potest, ut scribens aut legens, simul quis dictet et audiat: simul vero legere et scribere, minime licet. Solinus c. 1, pag. 10: *Nullus celerius scripsit, nemo velocius legit*. Simile porro est quod de Hadriano Spartianus refert p. 10: *Libros statim lectos, et ignotos quidem plurimis, memoriter reddidit. Uno tempore scripsit, dictavit, audivit; et cum amicis fabulatus est*. H. — Ad hoc, quanquam ioculariter, Nostras respexit Gresset. *Ververt*, ch. I:

Tel autrefois César en même temps
Dictait à quatre en styles différents.
Az.

Epistolas vero tantarum rerum quaternas pariter librariis dictare: aut etiam si nihil aliud ageret, septenas. Verba illa: *librariis dictare, aut etiam si nihil ageret, septenas*, in optimo

septenas. Idem signis collatis quinquagies dimicavit: solus M. Marcellum transgressus, qui undequadragies dimicaverat. Nam praeter civiles victorias, undecies centena et XCII M. hominum occisa praeliis ab eo, non equidem in gloria posuerim, tantam, etiam coactam, humani generis iniuriam: quod ita esse confessus est ipse, bellorum civilium stragem non prodendo.

XXVI. Iustius Pompeio Magno tribuatur DCCCXLVI naves piratis ademisse: Caesari proprium et peculiare sit, praeter supra dicta, clementiae insigne: qua usque

Rigallii codice ad marginem, extra textum habentur scripta, et alia quidem manu, ut inde non parva sit suspicio suppositilia esse. SALM. — Adstipulatur etiam Solinus loco allato: *Quaternas etiam epistolas*, inquit, *simul dictasse perhibetur*; nihil de septenis subiicit. H.

Quinquagies. Solinus cap. 1, pag. 10: *Quinquagies bis*. H. — Vid. ad calcem huius libri Exc. VII. AI.

Nam praeter civiles victorias, etc. Lege: *Nam praeter civiles victorias, undecies centena et octoginta duo millia hominum occisa praeliis ab eo, non equidem in gloria posuerim, tanta etiam coacta, in humani generis iniuria* Si tantam, inquit, hominum multitudinem coëgisset, ac ex diversis orbis partibus in unum conduxisset, quantam variis praeliis occidit, hoc tamen sine iniuria et incommoditate generis humani non fecisset; quid dicendum de occisa? SAL.

Undecies centena. Ita MSS. omnes, et editi. Solinus loc. cit. *Huius ductibus undecies centum* XXX (*scribo*, XC) *et duo millia caesa sunt hostium*, etc. Velleius hanc laudem, si qua ea est, attlerit, quum I. II ait, num. 47, pag. 16: *amplius* XI. *nullium hominum omnino a C. Caesare caesa esse*. Auget Plutarchus in Caesare p. 715: ἑκατὸν μυριάδας ἐν χερσὶν διέφθειρεν, ἄλλας δὲ τοσαύτας ἐζώγρησεν. H. — Non auget vere; nam ἑκατὸν μυριάδες minus quam XI centena millia. Nec refert an totidem praeterea hominum millia capta. AI.

Etiam coactam. Quaerit Salmasius pag. 49, qui haec verba sibi explanet. Non opus est vate in re planissima. Ait Plinius minime se in laude alicuius positurum occisa tot hominum millia, ob tantam humani generis cladem: licet ad hanc inferendam coactus videri fortassis aliena iniuria queat. H.

Bellorum civilium stragem non *prodendo*. Solinus Plinii paraphrastes loc. cit. *Quantum bellis civilibus fuderit, noluit adnotari*. H.

XXVI. *DCCCXLVI*. Fere DCCCC. Plut. in Pompeio p. 642. Vide praeterea Appianum in Mithrid. p. 227. HARD.

Clementiae. Propter quam dicatum ei templum, nummus testari creditur, quem Patinus exhibet, lib. de Fam. Rom. in Iulia, p. 131, in quo templum cum hac epigraphe: CLEMENTIAE CAESARIS. *H.*

ad poenitentiam omnes superavit. Idem magnanimitatis perhibuit exemplum, cui comparari non possit aliud. Spectacula enim edita effusasque opes, aut operum magnificentiam in hac parte enumerare, luxuriae faventis est. Illa fuit vera et incomparabilis invicti animi sublimitas: captis apud Pharsaliam Pompeii Magni scriniis epistolarum, iterumque apud Thapsum Scipionis, concremasse ea optima fide, atque non legisse.

Perhibuit. Ita codices Reg. 1, 2. At Parisinus et vet. Dalec. *praebuit.* HARD.

Spectacula. In Chiffl. *Specula*, ridicule. De his spectaculis Tranquil. in Iulio, c. XXXVIII et XXXIX: *Edidit spectacula varii generis*, etc. HARD.

Luxuriae faventis est. In exemplari Murbacensi legitur duntaxat, *luxuriae faventis*, absque *est*. Unde mihi nata suspicio, scriptum fuisse non *faventis*, sed *fuerit*: sic videlicet: *spectacula edita effusasque opes, aut operum magnificentiam in hac parte enumerare luxuriae fuerit.* Nam sequitur: *Illa sit vera et incomparabilis.* Ubi perperam in vulgatis editionibus *fuit* legitur pro *sit*. Quanquam si etiam receptam lectionem sequaris, quae mihi inprimis placet, nempe *luxuriae faventis*, ut *luxuriae* dandi casus sit, non minus eleganter subauditur *est*, quam exprimitur. R. — Sensus vero hic est: Hominis est qui luxuriae faveat. HARD.

Invicti animi. Omnes casus praedomantis generositate. Aliter *Invicti* nomen in nummis accipitur, quum Augustis datur, sive imperatoribus: INVICTO IMP. INVICTO AVG. CONSTANTINVS P. F. INV. AVG. MAXIMINVS P. F. INV. AVG. MAXENTIVS P. INV. AVG. et alii. Ibi *Invictus* est, qui nec labore, nec obstaculo aliquo vinci potest: *l'Invincible, l'Infatigable.* In eo genere caeteris eminet perpulcher Gal. Val. Maximini Caesaris nummus ex aere minimo, in thesauro regio: MAXIMINVS NOB. CAES. *Nobilissimus Caesar.* Caput laureatum: hastam humero dextro gerit, clypeum sinistra: qui habitus imperatorum est)(· Sol vectus quadrigis, dextra elata, orbem romanum tenet sinistra. Inscriptio: SOLI INVICTAE. *H.*

Pompeii. Eximie Seneca, de Ira, lib. II, cap. 23, pag. 568: *Fecit hoc et C. Caesar, ille qui victoria civili clementissime usus est. Quum scrinia deprehendisset epistolarum ad Pompeium missarum ab iis qui videbantur aut in adversis, aut in neutris fuisse partibus, combussit: quamvis enim moderate soleret irasci, maluit non posse. Gratissimum putavit genus veniae, nescire quid quisque peccasset*, etc. HARD. — Item M. Aurelius Antoninus philosophus, post Avidii Cassii in Aegypto nutantis interitum. Caeterum locus est de clementia Caesaris classicus, in Tullii orat. pro Marcello; quem adi. AJ.

Scipionis. Refert hoc pariter Dio, lib. XLIII, pag. 219 et 222, ac lib.

XXVII. (XXVI.) Verum ad decus imperii rom. non solum ad viri unius pertinet victoriam, Pompeii Magni titulos omnes triumphosque hoc in loco nuncupari: aequato non modo Alexandri Magni rerum fulgore, sed etiam Herculis prope ac Liberi Patris. Igitur Sicilia recuperata, unde primum, Syllanus in reip. causa exoriens, auspicatus est: Africa vero tota subacta, et in ditionem redacta, Magnique nomine in spolium inde capto, eques rom. (id. quod antea nemo) curru triumphali revectus est, et statim ad

XLIV, pag. 265. Ita nec Pompeius Sertorii litteras legit, sed ne inspectas quidem in ignem coniecit, teste Plutarcho in eius vita, pag. 629. H.

XXVII. *Verum ad decus imperii romani, non solum*, etc. Lego aliter et alia distinctione: *Verum ad decus imperii romani non solum ad viri unius pertinet victorias Magni Pompeii*, etc. Pint.

Victoriam. Gloriam potius. Sed MSS. *Victoriam.* Hard.

Aequato non modo Alexandri Magni rerum fulgore. Alexandro Magno futurum se similem sperasse Pompeium ab historicis proditur, Magnique cognomen a multis oblatum ideo non reiecisse, ridentibus ac contemnentibus aemulis, ac inimicis, ipsumque per iocum Alexandrum vocantibus. Sylla certe dictator ob summam virtutem, et quod eius partes strenue iuvisset, ipsi obvio de equo descendere, surgere de sella, caput aperire solebat. Victorius ex Nonio et Plut. lib. V, cap. 2. Dal.

Syllanus. Syllanarum partium dux et fautor. Lucanus, Pharsal. lib. VII, vers. 307: *Cum duce Syllano gerimus civilia bella*, hoc est, cum Pompeio. Hard.

In spolium. Ita Reg. 1, 2, Tolet. etc. non, ut editi hactenus, *spolio.* Hard. — Olim *spolio.* Quid si legas, *Magni cognomine?* quamvis refragentur exemplaria. Pintian. — Ex Africa devicta spolium aliud retulit nullum, praeter Magni cognomen, quo a Sylla donatus est, iussique omnes eo cognomine Pompeium salutare. Plutarch. in Pompeio. Tranquillus tamen ex Ponto, non ex Africa, id cognominis retulisse Pompeium prodidit. Hard. — Valer. Max. lib. VII, c. ult. Car. Sigon. ad Fast. an. 672. Dal.

Id quod antea. Quia consuli tantum, vel praetori per legem licebat agere triumphum: praeterea nemini. Plutarch. loc. cit. *Cn. etiam Pompeius*, inquit Eutropius sub finem libri V, pag. 783, *quod nulli Romanorum tributum erat, quartum et xx annum agens, de Africa triumphavit.* Nondum in senatum allectus, μήπω μετέχων βουλῆς, inquit Plutarchus. Velleius, lib. II, num. 30, pag. 12, de Pompeio: *Adhuc eques romanus, ante diem quam consulatum iniret, curru Urbem invectus est.* Hard.

solis occasum transgressus, excitatis in Pyrenaeo trophaeis, oppida DCCCLXXVI ab Alpibus ad fines Hispaniae ulterioris in ditionem redacta victoriae suae adscripsit, et maiore animo Sertorium tacuit: belloque civili (quod omnia externa conciebat) exstincto, iterum triumphales currus eques Romam induxit, toties
2 imperator, antequam miles. Postea ad tota maria, et deinde solis ortus missus, hos retulit patriae titulos, more sacris certaminibus vincentium. Neque enim ipsi

DCCCLXXVI. Ita MSS. omnes. Vide quae diximus lib. III, cap. 4. Hard.

Et maiore animo Sertorium tacuit. Ita constantissime MSS. omnes. Vnde mirari subit qua confidentia Parmensis editio substituere maluerit, *Sertorium domuit*, aliena plane a scriptoris mente sententia. Ait enim fuisse in Pompeio maioris animi argumentum, tacuisse ac suppressisse, in trophaei illius titulis, victoriam de Sertorio, quam adnotasse: quandoquidem longe praeclarius est aversari civilis belli gloriam, quam appetere: id quod et Caesarem imitatum esse dictum est superiori capite, bellorum civilium strage celata. Ex hoc Plinii contextu, uti diximus, depravato, concinnavit confixitque inscriptionem, quam pro vetusta ac germana venditavit Gabriel Simeonis, libro Illustr. Observ Antiq. p. 51.

Belloque civili. Quod eum Sertorio gerebatur, qui se Mario primum, deinde Carboni et Cinnae adiunxerat adversus Syllam.

Quod omnia externa conciebat. Quid opus erat, *conciebat* mutare in *concutiebat*. Quasi non recte dictum esset, externos hostes Mithridatem, aliosque intestinis Romanorum bellis excitos fuisse; ratos invicto alioqui populo inferendi bellum nullum aliud tempus opportunius fore. Gal.

Sacris certaminibus vincentium. Quatuor: Olympiis, Nemeaeis, Pythiis, Isthmiis. Dal.

Neque enim. Id rursum Plin. lib. X, cap. 4, his verbis: *Novissime et in sacris certaminibus usurpatae, in quibus hodieque non victori dantur, sed patriam ab eo coronari pronunciatur.* Habebatur enim summi honoris loco, si qua civitas, aut regio Πυθιονίκην, aut Νεμεονίκην, aut Ἰσθμιονίκην, maxime vero Ὀλυμπιονίκην genuisset et educasset. Ideo et Pindarus toties victores suos inde commendat inter alia, quod patriam suam victoria nobilitarint, ac decus in eam omne transfuderint. Vide quae dicturi sumus, lib. XVI, cap. 4. Interim corollarii vice venustum in eam rem Simonidis epigramma conferre iuvat, Anthol. lib. I, cap. 1: Γνῶθι Θεόκριτον προσιδὼν τὸν Ὀλυμπιονίκαν, Παῖδα παλαισμοσύνας δεξιὸν ἡνίοχον, Κάλλιστον μὲν ἰδεῖν, ἀθλεῖν δ' αὖ χείρονα μορφῆς, Ὃς πατέρων ἀγαθῶν ἐστεφάνωσε πόλιν. Quod sic vertimus: *Ecce Theocritum: puer est: sed Olympia vicit: Vernantes tanta temperat arte manus, Sic facie primus, primus certamine, claris Natus avis, patriae splendida serta refert.* Hard.

coronantur, sed patrias suas coronant. Hos ergo honores Vrbi tribuit in delubro Minervae, quod ex manubiis dicabat: CN. POMPEIVS MAGNVS IMP. BELLO XXX ANNORVM CONFECTO, FVSIS, FVGATIS, OCCISIS, IN DEDITIONEM ACCEPTIS HOMINVM CENTIES VICIES SEMEL LXXXIII M. DEPRESSIS AVT CAPTIS NAVIBVS DCCCXLVI OPPIDIS, CASTELLIS MDXXXVIII IN FIDEM RECEPTIS: TERRIS A MAEOTIS LACV AD RVBRVM MARE SVBACTIS, VOTVM MERITO MINERVAE. Hoc est breviarium eius ab Oriente. Triumphi vero, quem duxit a. d. tertium kalendas octobres, M. Pisone, M. Messala consulibus, praefatio haec fuit: QVVM ORAM MARITIMAM A PRAEDONIBVS LIBERASSET, ET IMPERIVM MARIS POPVLO ROMANO RESTITVISSET; EX ASIA, PONTO, ARMENIA, PAPHLAGONIA, CAPPADOCIA, CILICIA, SYRIA, SCYTHIS, IVDAEIS, ALBANIS, IBERIA, INSVLA CRETA, BASTERNIS, ET

In delubro Minervae. Monet Pintianus videri Gellium affirmare lib. X, cap. 1, delubrum hoc non Minervae fuisse, sed Victoriae. Gellio inde forsan aio errorem oblatum, quod in Minervae delubro, Victoriae statuam Pompeius consecravit. H.

Centies vicies. Ita MSS. omnes: hoc est, centies ac vicies, et praeterea semel centena millia, cum LXXXIII hominum millibus HARD.

DCCCXLVI. Vide quae diximus superiori capite. HARD.

Votum merito Minervae. Quod bellatrix ea Dea sit habita, simul et largitrix industriae in agendo. H.

Hoc est breviarium. Summarium rerum gestarum. Vsi ea voce Tranquillus, et Seneca. HARD.

A. d. tertium kalendas octobres. At idem lib. XXXVII, cap. 6, non a. d. tertium, sed *pridie* kal. octobris actum esse triumphum scribit. Ad biduum nempe pompa prolata est, ut Plutarchus in Pompeio docet.

M. Pisone, etc. Ita codices omnes MSS. a quibus editi discedunt, qui inverso ordine consules hos appellant. Fuit hic annus Vrbis. cond. 693, quo consules leguntur M. Pupius Calpurnius Piso, M. Valerius Messala, apud Dionem, lib. XXXVII, pag. 50. Erat tum annos natus XL Pompeius, ut scribit Plutarchus in eius vita, p. 643. HARD.

Quum oram. Bello piratico feliciter confecto de quo Florus, lib. III, cap. 6, pag. 177; et Velleius, lib. II, nom. 32, pag. 13. Porro has easdem gentes a Pompeio devictas enumerant alii: Plutarchus, in eius vita, pag. 642. Dio, lib. XXXVI et XXXVII. Appianus in Mithrid. p. 252 et seq. HARD.

Imperium maris populo romano restituisset. Hoc indicat romani denarii pars altera, in qua delphin spectatur cum aquila, intermedio sceptro, subscriptis litteris, MAGN. PROCOS. Ex Vrsin. 258. DAL.

SVPER HAEC DE REGIBVS MITHRIDATE ATQVE TIGRANE
4 TRIVMPHAVIT. Summa summarum in illa gloria fuit (ut ipse in concione dixit, quum de rebus suis disseret), Asiam ultimam provinciarum accepisse, eamdemque mediam patriae reddidisse. Si quis e contrario simili modo velit percensere Caesaris res, qui maior illo apparuit, totum profecto terrarum orbem enumeret: quo infinitum esse conveniet.

Summa summarum in illa gloria fuit. Consuevit quidem Plinius dictiones iterare, sed non hoc modo. Item apographon Tolet. *illa* legit, non *illo.* Quare, exactius pensitato loco, opinor scribendum: *Summa, summa res, in illa gloria fuit*, ut infra c. 28: *Capitolium et in eo summam rem.* PINT. — Frustra nititur Pintianus emendare, *Summa, summa res.* Nam declamatoria correctio; et antiqua usitatam probatis scriptoribus loquendi formulam lectio exh. Plaut. Trucul. act. I, sc. 1, v, 4: *Quam penes amantum summa summarum redit. Summa summarum* est, quum in rationibus multa nomina et capita in unam summam rediguntur: ac sic multis summis factis, omnia tandem in unam, quae caeteras aequat et complectitur, consummantur: nam ut capita in summam, sic summae in summam summarum rediguntur. Ita fere Turnebus. Scripsimus porro, *Summa summarum in illa gloria*, non *in illo*, secuti codices omnes MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Cliffl. etc. HARD.

Asiam ultimam. Hunc dicendi colorem mutuatus est a Plinio Florus, qui lib. III, c. 5: *Sic Pompeio duce*, inquit, *populus rom. totam, qua latissima est, Asiam pervagatus, quam extremam habebat imperii provinciam, mediam fecit*, etc. Poterat Pompeius, ut postea Constantinus et alii, in nummis inscribi VICTOR OMNIVM GENTIVM, et OEBELLATOR, et TRIVMPATOR GENTIVM BARBARARVM. Non tamen latine diceretur *Victoriosus*: quamvis secus Gellio visum est, lib. IV, cap. 9, ubi verbum illud usurpatum fuisse a Catone, opinor, fingit. Deceptus ille haud dubie est, seque atque ii qui Gruterianas inscriptiones finxere eas, in quibus *Victoriosissimus* princeps aliquis nuncupatur, illo Probi Augusti numismate, in quo scriptum est: VICTORIOSO SEMPER. Stat ibi Probus paludatus, sceptrum sinistra gerens, inter captivos quatuor nudos: e quibus duo stantes, suos quisque liberos offerunt Probo, et omnes eidem tendunt dextras supplices. Nummus est perrarus apud Spanhemium, in Iuliani Caesar. pag. 112. Si *Victoriosus* dici posset, qui ex omni acie victor discedit; ut *ebriosus* est, qui ex omni convivio ebrius: frustra vox illa altera, *semper*, adderetur. Legendum hic omnino est: *Virtuti Invicti Caesaris, Tutatori Orbis Romani, Imperatori Optimo, Statuam Obtulit Senatus Eduensis, Memoriae PERpetuae.* Nempe statuam, cuius in nummo isto effigies pingitur. In nummis suis saepe Probus *Invictus* appellatur; se-

XXVIII. (XXVII.) Caeteris virtutum generibus varie, et multi fuere praestantes. Cato primus Porciae gentis tres summas in homine res praestitisse existimatus, ut esset optimus orator, optimus imperator, optimus senator: quae mihi omnia, etiamsi non prius, attamen clarius fulsisse in Scipione Aemiliano videntur, dempto praeterea plurimorum odio, quo Cato laboravit. Itaque sit proprium Catonis, quater et quadragies causam dixisse, nec quemquam saepius postulatum, et semper absolutum.

mel etiam vice cognominis id ei nomen datum est: saepe etiam nominis, hoc est, PRO IMP. PROBVS. VIRTVS PROBI AVG. legitur: alibi, VIRTVS INVICTI AVG. HARD.

XXVIII. *Cato*. H. e. is qui prim. e Porcia gente Cato cognominatus est. Totum hoc caput verbis fere totidem transcripsit Solinus, cap. 1, pag. 14. Catonis Porcii laudem absolutissimam, quae exstat apud Livium, lib. XXXVII, pag. 500, legere operae pretium fuerit, quod et huic loco lucem est allatura, et legenti voluptatem. HARD. — Cf. et Cic. de Senectute. AJ.

Tres summas. Quartam addit Valerius Max. lib. VIII, cap. 7, n. 1, *ut esset iuris civilis quoque peritissimus*. HARD.

Existimatus, ut esset. Ita emendavimus ex Reg. 1, 2, et Chiffl. Prius legebatur, *existimatus est*. H.

Optimus orator. Orationum plearumque quas habuit, caeterarumque ab eo scriptorum Elenchum, praeter ea quae in nostro Auctorum Syllabo recensuimus, vide in Indice Auctorum qui a grammaticis vetustis laudantur, Prisciano, Diomede, ac reliquis. H.

Scipione. Qui Africanus sequens est dictus, Carthaginem, Numantiamque delevit: L. Aemilii Pauli, qui de Perse rege triumphavit, gener: Scipionis Africani prioris nepos. HARD.

Odio. Tam vehementi, ut aliquando sit obiectum in auctione regia cantharidas, ceu venenum vendidisse. Infra lib. XXIX, c. 4. Id est, quod apud Charisium in oratione de suo consulatu inimicos suos multa miracula fecisse ait, se tamen non desinere mirari eorum audaciam atque confidentiam. DAL. — Oderant vero ob censoriam severitatem, quae hodie severitatis παράδειγμα est notissimum. AJ.

Quater et quadragies causam dixisse. Valer. Max. lib. III, c. 7: *Aristophon quinquagies Athenis accusatus et absolutus est*. Aeschines in Demosthenem. DAL. — Parum abest Plutarchus, qui, pag. 344, in eius vita ait, paulo minus quinquagies causam dixisse: et postremum quidem, quum annum ageret sextum et octogesimum HARD.

Nec quemquam, etc. E romanis scilicet hominibus H. — Vid. sup. de

XXIX. (XXVIII.) Fortitudo in quo maxime exstiterit, immensae quaestionis est, utique si recipiatur poëtica fabulositas. Q. Ennius T. Caecilium Dentrem fratremque eius praecipue miratus, propter eos sextum decimum adiecit annalem. L. Siccius Dentatus, qui

Aristophonte Atheniense Dalecampianam notam. Aj.

XXXIX. *Maxime.* Cod. vet. *maxima.* Marg. Varior. Aj.

Q. Ennius. Codex Chiffl. *qua Ennius.*

T. Caecilium Dentrem. Prius *Teucrum* legebatur: sed, refragantibus licet omnibus libris, cur *Denter* scriberemus, satis habuimus argumenti. Sane *Denter* Caeciliorum esse cognomen Livius saepe admonet: libro inprimis tricesimo nono, pag. 504, et lib. XLII, pag. 532. *Teucer* autem in ea familia qui cognominatus sit, nemineem exstitisse unquam, quovis pignore contenderim. Anno porro 472, Dolabella, et Domitio coss. ut testatur Orosius lib. III, cap. 22, L. Caecilius, praetor, cum imperio profectus contra Gallos, ad Aretium cecidit, fuso exercitu. Is anno superiore consul fuerat, quem male Cassiodorus Caelium vocat: sed errore quoque haud paulo graviore, Caecilium Metellum cognominant, nullo scriptoris antiqui testimonio freti, Onuphrius, Cuspinianus, Pighius, aliique, qui Dentona, vel Dentrem dicere debuissent: est enim Graecis Δέντων, qui Latinis Denter. Fasti, qui Siculi vulgo appellantur, hoc ipso fere anno, hoc est, Olymp. 123, anno quarto, Δέντωνα vocant. De eo Epitome Livii, lib. XII: *Quum legati Romanorum à Gallis Senonibus interfecti essent, L. Caecilius praetor cum legionibus ab iis caesus est.* Δεύκιον στρατηγὸν appellat quoque Polybius lib. II, pag. 150; ubi hanc pugnam describit. Hujus fratri, in eadem acie pugnanti, ut promptum est ex Plinio intelligere, Titi praenomen fuisse, eodem Plinio prodente, scimus. Hard.

Sextum decimum. Ita MSS. omnes Reg. 1, 2, Paris. Chiffl. etc. editi hactenus perperam, *sextum* tantum. H.

L. Siccius. Sicinium tamen vocant Valerius Max. lib. III, c. 2. Solinus cap. 1, pag. 10. Fulgentius lib. de prisco Sermone, ex Varrone: Festus verbo *obsidionalis*: et est gens Sicinia inter Romanas notissima, ut ex nummis apparet, quos Patinus exhibet, p. 263. Ex ea L. Licinius fuit, qui primus tribunus plebis creatus est, ut auctor est Asconius Pedianus, in orat. pro Corn. de Maiest. pag. 36. Nihilominus L. Siccium malui, ut Rhenanus emendavit: quum et MSS. omnes Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Thuan. Paris. Chiffl. aliique, et nobilissimi scriptores Gellius ac Dionysius ita scribant, et apud P. Victorem, in descriptione urbis Romae, regione XIV, *Vicus statuae Siccianae* ponatur, et mox, *Statua* ipsa *Sicciana.* H. — De Siccio Dentato infra l. XXII, cap. 25. Hic propter fortitudinem Achilles Romanus dictus. Conf. Valerius Max. loco citato. In denariorum, quos Sicinia gens percussit, altera parte quorumdam expressa sunt indicia fortitudinis huius Sicinii, Herculis clava, operta leonis pelle cum arcu et sagittis, ut fortassis apud Va-

tribunus plebis fuit, Sp. Tarpeio, A. Aterio consulibus, haud multo post exactos reges, vel numerosissima suffragia habet: centies vicies praeliatus, octies ex provocatione victor, quadraginta quinque cicatricibus adverso corpore insignis, nulla in tergo. Item 2
spolia cepit XXXIV, donatus hastis puris duodeviginti,

lerium pro *Achilles Romanus*, legendum sit *Hercules*: in aliorum vero, caduceus cum palma et aurea corona, signatumque altera parte virginis caput cum his litteris, FORT. P. R. Fortitudo populi Romani. Vrsin. 245. D.

A. Aterio. Livius tertio libro, *A. Aeternio* legit: apographon Toletanum *A. Thermo*: quae nomenclatura frequens est apud latinos scriptores, tum Suetonium in Caesare dictatore, *Stipendia prima in Asia fecit, M. Thermi praetoris contubernio*. Solinus quoque, *A. Thermo*, cap. v. Caeterum quoniam Livii mentionem incurrimus, et consulum Sp. Tarpeii, et A. Aeternii, propellamus ex finibus praestantissimi scriptoris monstrum horrendum, informe, ingens, a nullo, quod legerim, hactenus debellatum. Eius verba sunt libro tertio: *Itaque ergo ut magistratu abiere, Sp. Tarpeio et A. Aeternio consulibus, dies dicta est Romulio ab C. Claudio Cicerone tribuno plebis: Veturio ab L. Halieno aedili plebis. Vterque magna patrum indignatione damnatus; Romulius X M. aeris: Veturius, XV M.* Haec Livius; apud quem scribendum non *Claudio Cicerone*, sed *Lucio Siccio*; pro *Lucio* enim *C. Claudio* scripserunt: pro *Siccio*, *Cicerone*. Ab hoc enim Siccio accusatus convictusque est male acti imperii T. Romulius, ut hic tibi ostendit Plinius. Item tribunum eum plebis fuisse Livius tradit, consulibus Sp. Tarpeio et A. Aeternio, quod hic etiam legis. Vt quum Livius scribat, accusatione L. Siccii damnatum fuisse T. Romulium a populo X M. aeris, et Plinius donatum fisco, X M. aeris, verisimile fiat, illa X M. quibus damnatus fuit Romulius, donasse populum tribuno suo L. Siccio accusatori. PINT. — Nos, Pintianiana patientiae rudes, *A. Aterio* rescripsimus ex certissimis coniecturis. Nam primum quidem ita Solin. c. 1, p. 10, et lapis Capitolinus, teste Brissonio: et Ateria gens Romae notissima: et Ateria lex apud Gellium lib. XI, c. 1, pag. 577: eadem Tarpeia dicta ab altero collega. Fuere enim collegae, Sp. Tarpeius Montan. Capitolinus, et A. Aterius Fontinalis, anno V. C. 300. In Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chiffl. *A. Aternio*. Dionys. Hal. l. X, pag. 673, Θερμίνον omnes mendose. HARD.

Post exactos. Anno circiter post exactos reges LV, Vrbis conditae 319. HARD.

Vel numerosissima. Vet. cod. *in eo numerosissima*. Marg. Var. AS.

Item. Chiffl. *idem*. AS.

Item spolia cepit XXXIV. Sic vetus et romana lectio; item Solinus c. 5. Exemplaria tamen quaedam XXXV. Valer. Maxim. lib. III, capite de Fortitudine, 36. PINT.

Hastis. Festus, verbo *Hasta*: a *Signum praecipuum est hasta: nam et Carthaginienses, quum bellum vellent, Romam hastam miserunt: et Romani*

phaleris XXV, torquibus tribus et LXXX, armillis CLX, coronis XXVI, civicis XIV, aureis VIII, muralibus III,

fortes viros saepe hasta donarunt u *Hasta pura* vero est sine ferro. Hanc voculam nos addidimus, ex codd. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. etc. H. — *Ille, vides, iuvenis, pura qui nititur hasta.* Virg. Aen. lib. VI. Haec olim praemium eius fuit qui tum primum in praelio vicisset: quoniam, ut Festus explicat, hasta summum imperium armorum significabat; quamobrem δορυάλωτοι, sive δορύληπτοι, id est, captivi, sub ea venibant. Existimarunt quidam Veteres, hastam, perinde ac diadema fastidii regii signum fuisse. Itaque deorum dearumque simulacris addidere; uti et in vett. infinitis propemodum nummis videre est, unde et *Curitis Iuno* vocata est ab hasta, quam *Curim* Sabini dicunt. Legitur apud Livium, inter prodigia, quae nuntiabant pontifices, nunc Lanuvinae Innonis hastam, nunc Praenestini Martis sponte motam fuisse. Rhodig. l. XXI, c. 21: *Militem de gradu deiicere, exauctorare, vite aut virgis caedere, equum adimere, hastam dare iubere, tanquam spe emerendi stipendia prorsus amissa, turpissimi facinoris gravissimum supplicium fuit.* Alex. ab Alex. lib. II, cap. 13. Dal.

Phaleris. Significantur eo nomine plerumque ornamenta equorum: nunc vero nobilium equitum, sive ea fuerint scuta brevia, et clypeoli, seu parvi umbones, sive quid aliud. Etymologus: Φάλαρα, ἀσπιδίσκους, τὴν κόσμησιν, τὴν κατὰ τὸ μέτωπον τῶν ἵππων, etc. Ac paulo post: Φαλός, ἀσπιδίσκιόν τι μικρὸν καὶ λαμπρὸν καὶ φάλαρα, τὰ κοσμήματα διὰ τὴν λαμπρότητα, etc. Hard. — Omnia hoc nomine designantur quae *frivola* appellavit Aul. Pers. *Ad populum phaleras.* Ai.

Torquibus tribus et LXXX. Addit Valer. Maximus huic numero *centum*, volumine citato. Solin. cap. v, cum Plinio scribit LXXXIII; mendosa cuius verba, ut castigentur, subieci: *In phaleris, hastis puris, armillis, coronis, CCCXII meruit.* Adde dictionem, *torquibus: In phaleris, torquibus, hastis puris*, etc. Confer Pliuium cum Solino, et supputa. Pint. — At Gellius cum Plinio facit, et MSS. codicea cum editis. Dionysius item Halic. loc. cit. ὀγδοήκοντα μὲν καὶ τρεῖς χρυσοῦς στρεπτοὺς περιαυχενίους. H.

Armillis. Festus: *Armillas ex auro, quas viri militares ab imperatoribus donati gerunt*, etc. Plinio l. XXVIII, c. 23, brachialia vocantur. Gallis, *des brasselets.* Vide Vossium in Etymol. H. — Haec ornamenta fuerunt circulorum modo, quae milites imperatorum dono, in brachiis sinistris gestabant. Veteres hos *Calbeos* appellasse, auctor est Festus. Dalec.

CLX. Valerius Max. *armillae CLX.* Gellius, *armillis plus centum LX.* At Dionysius Halic. armillas aureas tantum LX, ἑξήκοντα. Hard.

Coronis XXVI Exsurgit plane hic numerus ex XIV civicis, aureis octo, muralibus tribus, obsidionalique una, quae tum a Pliuio, tum a Valerio, Gellio, et Solino numerantur. Tamen in MS. Paris. et Chiffl. et in vetustis editionibus, legitur *coronis* XXXVI. H.

Civicis. De civica et obsidionali corona Festus agit, verbo *Obsidionalis*, ubi eadem plane de Sicinio Dentato refert, quae caeteri. Nos de utra-

obsidionali una, fisco aeris, x captivis, et xx simul bubus, imperatores novem ipsius maxime opera triumphantes secutus: praeterea (quod optimum in operibus eius reor) uno ex ducibus T. Romilio ex Consulatu ad populum convicto male acti imperii.

que commodius l. XVI, c. 3, et lib. XXII, c. 4. Hard.

Fisco aeris decem, etc. Puto scribendum: e *fisco aeris* x, *capti aeris* xx *millibus*; ut dicat e fisco, id est, aerario, donatum esse Siccium decem aeris: aeris autem capti, sive captivi, e praeda nimirum vigioti millibus, quod praedaticium aes militibus ante triumphum solebant elargiri imperatores pro dignitate cuiusque et meritis. Salm. — Vetus cod. *una*: *ex fisco, aeris decem millibus, captivis et simul bubus viginti*. Priorem huius lectionis partem agnoscit Rhodig. XXIX, 6. Similis est locutio in xii Tab. *Si quis iniuriam alteri faxit, viginti quinque aeris poenae sunto*, quod apud Gellium Phavorinus interpretatur. Edit. Var. — Hac parte munerum, quibus Sicinius donatus est, a scriptoribus caeteris silentio praetermissa, nulla est in iis sobsidii relicta spes, ad huoc emendandum illustrandumve locum, ubi exemplaria inter se mire dissident. Nam Reg. 2: *Fisco aeris decem captivis et viginti similibus*. Reg. 1, Colb. 1, 2, Paris. et vet. Dalec. *captivis et viginti millibus*: quam lectionem prae se ferunt editiones omnes vetustae, ante Sigism. Gelenium, qui hanc lectionem commentus est, quam posteriores deiode amplexati sunt, *captivis et simul* xx *simul bubus*. Vt ut est, vel Gelenium potius, vel editionum fidem sequar, iis neglectis, Salmasio assentiar; cuius vid. supra epanorth. Quoad sensum, *decem* an est decem millibus? quae summa efficit monetae nostrae gallicae, libras, ut vocant, 400. An potius superpositam notae denarii X lineolam oportuit, quae *decies* significaret, hoc est, decies centeoa millia aeris sive assium: quod efficit monetae nostrae libras 4000. H. — Ego scribendum esse reor *fisco aeris* x...., *captivis*.... (omissa nempe uota numerali), *et* xx, etc. Ar.

T. Romilio Collegam habuit in consulatu C. Veturium, anno Vrbis 299. Ita Dion. Ant. Rom. lib. X, p. 659, qui et in scribendo nomine (Τίτον Ῥωμίλιον) totus Plinianus est, et Livius lib. III, cap. 31, qui vocat *Romulium*. H.

Convicto. Vide Dionys. loc. citato pag. 673 et 674. Livius lib. III, pag. 53, rem ita narrat, ubi de clade Aequorum egit, quos Romulius Veturiusque consules devicerant: *Praeda*, inquit, *parta ingens: eam, propter inopiam aerarii, consules vendiderunt: invidiae tamen res ad exercitum fuit: ea denique tribunis materiam criminandi ad plebem consules praebuit. Itaque ergo ut magistratu abiere,.... dies dicta est Romulio.... damnatus Romulius decem millibus aeris*, etc. H.

Convicto male acti imperii. In quibusdam *imperii militaris* Quid vocat, *male actum imperium militare*? Lege: *male in imperio actae rei militaris*. Vid. Salmas. in Plinio pag. 48. Sed servandum omnino est *imperii* absque

3 Rei militaris haud minora forent Manlii Capitolini decora, ni perdidisset illa exitu vitae. Ante decimum septimum annum bina ceperat spolia. Primus omnium eques coronam muralem acceperat, VI civicas, XXXVII dona, XXIII cicatrices adverso corpore exceperat: P. Servilium magistrum equitum servaverat, ipse vulneratus humerum ac femur. Super omnia, Capitolium summamque rem in eo solus a Gallis servaverat, si non regno suo servasset. Verum sunt in his quidem virtutis opera magna, sed maiora fortunae.

4 M. Sergio, ut equidem arbitror, nemo quemquam

additamentis. Namque et *militaris* et *rei militaris* e glossa irrepsit in textum, modo post virgulam, interdum ante virgulam, ita ut legatur in quibusdam *acti imperii rei militaris. Haud minora*, etc. in quibusdam vero *acti imperii. Rei militaris haud minora*, etc. — Neutrum bene, nostro quidem iudicio. Textum ne lacesse. Az.

Manlii. Praenomen ei Marcus fuit. Hard.

Exitu vitae. Quum fortiter defensam alias libertatem, nefarie opprimere conatus est: unde Gallos depulerat, inde ipse praecipitatus, inquit Valerius Max. lib. VI, c. 3, p. 304. Damnatum enim tribuni de saxo Tarpeio deiecerunt: locusque idem in uno homine, et eximiae gloriae monimentum, et poenae ultimae fuit, ut scribit Livius l. VI, pag. 112. H. — Valer. Maxim. lib. VI, cap. de Severitate. Dalec.

Ante decimum septimum. Simile facinus M. Lepidi, qui postea triumvir fuit, nummus exhibet, a Patino delineatus pag. 7, n. 4, hoc titulo: M. LEPIDVS AN. XV. PR. HO. C. S. Ipse in equo decurreus trophaeum gestat humero dextro. Caput Concordiae: retro, corona, victoriae symbolum: e regione simpulum, ut vocant, index pontificatus. Inscriptionem sic interpretare: *Marcus Lepidus annorum quindecim primus hostium castra succendit*: non, ut Valerius Maxim. multis persuasit, *Praetextatus hostem occidit, civem servavit*. Neque enim praetextati admittuntur in acie; neque hic Lepidus pingitur praetextatus, sed paludatus. H.

VI civicas. Livius, *octo*, loc cit. Hard.

XXXVII. Numerum Livius amplificat: *Dona imperatorum*, inquit, *ad quadraginta, in quibus insignes duas murales coronas*. H.

XXIII cicatrices. Ita MSS. omnes: et Paris. quidem, *viginti tres*, sine numeralibus notis. In editis perperam XXXIII. H.

P. Servilium. Ita libri quidem omnes: at *C. Servilium Ahalam* Livius vocat lib. VI, pag. 112. Vide inf. not. ad lib. VIII, cap. 78. H.

Regno suo. Regnum enim affectasse auctor est Livius lib. VI, pag. 111. Hard.

M. Sergio. Fuit is M. Sergius Si-

hominum iure praetulerit: licet pronepos Catilina gratiam nomini deroget. Secundo stipendio dextram manum perdidit: stipendiis duobus ter et vicies vulneratus est: ob id neutra manu, neutro pede satis utilis: uno tantum servo, plurimis postea stipendiis debilis miles Bis ab Hannibale captus (neque enim cum quolibet hoste res fuit), bis vinculorum eius profugus, xx mensibus nullo non die in catenis aut compedibus custoditus. Sinistra manu sola quater pugnavit, duobus equis insidente eo suffossis. Dextram sibi ferream fecit, eaque religata praeliatus, Cremonam obsidione exemit, Placentiam tutatus est: duodena castra hostium in Gallia cepit: quae omnia ex

us, L. Aemilii Pauli Cos. anno 586, legatus in bello Persico: cuius et Livius meminit lib. XLIV. Quae de ipso Plinius refert, ea Solinus transcripsit c. 1, pag. 10. Vetus denarius in Museo nostro, et apud Patinum in Famil. pag. 256, Romae Victricis caput hinc exhibet, cum denarii nota, et ROMA et EX SC. inde equitem galeatum, qui sinistra strictum ensem et caput hostis praecisum gestat. Sub equo, M. SERGI. *Marcus Sergius*, ille qui in equo pingitur. Littera Q superposita, a Quaestore nummum percussum esse significat, qui materno sanguine genus ex illo duceret: infra, characlere paulo minore, SILVS: quae sunt totidem vocum primae litterae, hac sententia: *Sergius Italiam Liberavit Vicies Sexies*. Errore magno Valerius Maximus l. VI, cap. 1, n. 8, aliique Sergium cognomine Silum dixere. Plinio teste libro XI, cap. 59, non *Silus* alicuius gentis cognomen, sed *Silo* fuit. H. — Rursus monemus ne affirmanti viro temere credas, quamvis *Silorum*, *Silonum*, in loco supra memorato, Noster scripsit. Sed potuit *Silo* dici et *Silus*; et *Silonum* credo eam ob causam scriptum quod *dysphoniam* paronomasia peperisset. Az.

Pronepos Catilina. L. Sergius Catilina dictus, quem Ciceronis consilia et propria temeritas oppressere. Vid. Sallust. Catilin. et Catilinarias in Cic. Cf. et gallic. tragoedias *Rome sauvée*, et *Catilina*, quarum hanc *Prosp.* Julyot de Crébillon conscripsit, illam Voltaire. Az.

Debilis. Mutilus. Gall. *estropié, impotent*. Maecenas in notissimis versibus: *Debilem facito manu, Debilem pede, coxa*. Quod sic Nostras La Fontaine reddidit lib. I, fab. 15:

.... *Qu'on me rende impotent,*
Cul-de-jatte, goutteux, manchot,
etc. Az.

Cum quolibet hoste res fuit. Quolibet pro mediocris ingenii animive, cui facile parem invenias, cui similis vel in triviis tibi occurrat; gall. *le premier venu*. Az.

In Gallia Circumpadana, vel Cisalpina. Hasd.

oratione eius apparent, habita quum in praetura sacris arceretur a collegis, ut debilis. Quos hic coronarum acervos constructurus hoste mutato? Etenim plurimum refert, in quae cuiusque virtus tempora inciderit. Quas Trebia, Ticinusve, aut Trasymenus civicas dedere? Quae Cannis corona merita? unde fugisse virtutis summum opus fuit. Caeteri profecto victores hominum fuere, Sergius vicit etiam fortunam.

Vt debilis. Eiusmodi enim homines a sacris arcebantur. *Sacerdos non integri corporis*, inquit Seneca pater lib. IV Controv. 2, pag. 243, *quasi mali ominis res vocanda est. Hoc in victimis notatur: quanto magis in sacerdotibus? Post sacerdotium magis observanda est debilitas: non enim sine ira Deorum debilitatur sacerdos*, etc. H. — Caeterum Sergii virtus, vulnera et debilitas Cynegirum in mentem adducunt, qui navali praelio commisso apud Salamina navem una manu apprehendit, qua amputata, non destitit, sed sinistra rati adhaesit; hac vero quoque ablata, dentibus funea retinuit, donec caesus in fluctus relaberetur. Notus et inter plurimos recentiorum Rantzavius, cui brachium, tibia, oculus, aurig inter bellandum perierat; unde illi hoc elegium funebre tumulo inscriptum est:

Du corps du grand Rantzau tu n'as qu'une des parts;
L'autre moitié resta dans les plaines de Mars.
Il dispersa partout ses membres et sa gloire;
Tout abattu qu'il fut, il demeura vainqueur.
Son sang fut en cent lieux le prix de la victoire,
Et Mars ne lui laissa rien d'entier que le coeur. As.

Quas Trebia, Ticinusve, aut Trasymenus civicas dedere. Hunc Plinii locum male Solinus intellexisse deprehenditur cap. 1, pag. 10, de eodem Sergio scribens: *A Trasymeno, Trebia, Ticinoque coronas civicas retulit. Cannensi quoque praelio, de quo refugisse eximium opus virtutis fuit, solus accepit coronam.* At in istis praeliis, nec Sergio, nec alteri cuipiam contigisse civicam coronam, scriptoria haud dubie, ut diximus, sententia est. H. — Quoad sensum, sic explica: Nullas cuiquam Trebia, inquit, nullas Ticinus, aut Trasymenus civicas dedere: nulla Cannia corona merita: adeo plurimum refert in quae cuiusque virtus tempora inciderit: nec magis homines, cum Hannibale bis congressus, quam fortunam ipsam vicisse Sergius videtur, qui exitiosis hisce reip. praeliis non interfuerit. Notae clades quas Romanis inflixit Hannibal, quum uterque consulum victus anno 536, P. Cornelius ad Ticinum, Sempronius ad Trebiam. Sequente anno, Vrbis 537, maior ad Trasymenum lacum clades accepta: omnium vero atrocissima plaga Cannensis: anno 538. H.

Vnde fugisse... summum opus fuit. Quamobrem Terentio Varronis, cuius

XXX. (XXIX.) Ingeniorum gloriae quis possit agere delectum, per tot disciplinarum genera, et tantam rerum operumque varietatem? nisi forte Homero vate graeco nullum felicius exstitisse convenit, sive operis fortuna, sive materia aestimetur. Itaque Alexander Magnus (etenim insignibus iudiciis optime, citraque invidiam, tam superba censura peragetur), inter spo-

consulis temeritate Cannensis plaga contigerat, actae a senatu gratiae sunt, quod de republica non desperasset. II. — Simillimus Plinio Horatius, potiusve, Horatio Plinius, quum in lib. IV, Od. v. 50, 51: *Quos opimus Fallere et effugere est triumphus.* Az.

XXX. *Disciplinarum.* Idem quod scientiarum disciplina; ex etymo quidquid discitur. Az.

Homero vate graeco. Ambigitur multum inter doctos, cuias fuerit Homerus, et qua aetate vixerit: Chium fuisse, monstrat versus ex eius hymno in Apollinem: Τυφλὸς ἀνήρ, οἰκεῖ δὲ Χίῳ ἐνὶ παιπαλοέσσῃ. De saeculo non constat in scriptorum maxima diversitate, probabilior tamen visa est Aristarchi, Philochori, et Apollodori sententia, qui centum quadraginta annis floruisse post Troianum bellum asseruerunt. Dalec. — Multum disceptavere de Homeri aetate, vita, patria, recentiores quoque, de quo sapientissime rhetor palmarius: *On peut dire de lui comme de Dieu, qu'il n'est connu que par ses oeuvres.* Sed in saeculo hoc nostro, quo nil sacri, nil indicti est, plurimique suot qui τὸν λίθον κινοῦσι, Wolfius novitatis amans eo venit ut, in dando Homero occupatus diutissime, negaret tamen exstitisse Homerum, non eorum dissimilis qui Deum negant, dum rerum naturam contemplaotur. Vid. Praefat. nov edit. Wolfiani Homeri, Leips. 1803. Hunc locum Poinsinet sic reddit: *Homère le poète grec par excellence.* Et in notulis iocatur in hos qui dum Pliniana interpretantur, eum inducunt candide et fere pueriliter dicentem Homerum e graecis poëtis esse (*est un poète grec*) quum e mente auctoris sit monstrari Homerum solum poëtam, solum Epicum. Acute quidem et haec est idiomatum commoditas quae articulum habent; haec illorum obscuritas quae carent articulo. Sed frigide idem quum addit *par excellence*; meliusque P. C. B. Gueroult quum breviter ait: *nul n'a été plus heureux que le poète grec*, Homerum quidem nominans; quanquam *heureux* ibi est contra Pliniii sensum, ut infra videbitur. Az.

Nullum felicius. Ingenium scilicet. II. — Felix est vividum, altum et imaginandi facultate inprimis notabile, sic gall. *heureux génie:* idem iocularitor dicitur; Flaccus, Serm. lib. I, Sat. IX: *O te, Bollane, cerebri Felicem!* Minus bene Gueroult: *nul n'a été plus heureux que le poète grec*; nam *heureux* hoc loco res hominis prosperas indicat, non ubertatem ingenii. Az.

lia Darii Persarum regis unguentorum scrinio capto, quod erat auro gemmisque ac margaritis pretiosum, varios eius usus amicis demonstrantibus (quando taedebat unguenti bellatorem et militia sordidum): Immo hercule, inquit, librorum Homeri custodiae detur: ut pretiosissimum humani animi opus quam maxime diviti opere servaretur. Item Pindari vatis familiae penatibusque iussit parci, quum Thebas caperet. Ari-

Scrinio capto. Ferula scrinium id compactum fuisse prodiderunt. Itaque quum exemplar illud diligentissime correctum cura et opera Aristotelis, Callisthenis, Anaxarchi, post Alexandri mortem evulgatum esset, editionem ἐκ τοῦ νάρθηκος vocarunt, hoc cognomine ab aliis non paucis eo saeculo celebribus distinguentes. Victor. XXXI, 19. Dalec — De eo dicetur rursum lib. XIII, cap. 4; ubi nos vide. H.

Et militia sordidum) *Non indecoro* scilicet, ut cecinit lyricus vates, *pulvere sordidum.* Carm. lib. II, od. 4. Non abludit Martialis, quum lib. VIII, ep. LXIV, vs. 3: *Hic stetit Arctoi formosus pulvere belli.* As.

Pretiosissimum humani animi opus. Homeri poëmata tanti fecerunt Athenienses, ut lege sanxerint, quinto quoque anno in Panathanaeis eius unius carmina publice decantari; sicut ex tragicis poëtis Aeschyli solius fabulas eo mortuo doceri. Muret. in Var. lib. VI, cap. 6. Homerum natura caecum fuisse quidam et tradunt et putant: at Herodotus antea sanum Colophone excaecatum fuisse tradit; Pausanias id morbo contigisse, ut et Tamyridi; Tzetzes inopem ac senectute caecum obiisse. Brod. lib. V, cap. 9. Plato in Phaedro oculis captum, quod in Helenam invectus esset. Dalec.

Item Pindari... caperet. Laudatissimus hic omnium poëtarum lyricen et suo tempore, et post obitum; quod raris contigit. Nec laudatus solum, sed locupletatus, auroque donatus αἰθόμενον πῦρ ἅτε διαπρέποντι (sic ipse fere) διὰ νυκτὸς μεγάνορος ἔξοχα πλούτου. Vsque adeo felicitatis pertinax, ut quum ob laudatas in quodam asmate his verbis Athenas: Αἵ τε λιπαραὶ καὶ ἀοίδιμοι Ἑλλάδος ἔρεισμ' Ἀθᾶναι, a suis civibus pecunia mulctatus esset, quod alienis potius, quam suis, tantum laudis dedisset, certiores facti huius iudicii Athenienses, duplum pecuniae miserint, quae exigebatur, et ante regiam porticum aeneam statuam posuerint, sedentis figura cum pallio et diademate, lyram tenentis, librumque apertum super genua. Pausanias. Vid. Muret. in Var. cap. XIV. Elegantissime autem de clade Thebanorum Tzetzes, Chiliad. VII, vss. 406, 407, etc. Ὅθεν Ἀλέξανδρος θυμῷ τὰς Θήβας κατασκάπτει Θρηνώδεσιν αὐλήμασιν αὐλοῦντος Ἰσμηνίου. Ὁ Ἰσμηνίας ἠὔλει γάρ, αἱ Θῆβαι δ' ἐπορθοῦντο, Ὥσπερ τὸ πρὶν ἐκτίζοντο Ἀμφίονος τῇ λύρᾳ. Οὕτως οἰκτρῶς ἐπόρθησεν Ἀλέξανδρος τὰς Θήβας. Καὶ πυρπολεῖ δὲ σύμπασαν

stotelis philosophi patriam condidit: tantaeque rerum claritati tam benignum testimonium miscuit.

Archilochi poëtae interfectores Apollo arguit Del- 2

εἰκίκαν, πλὴν Πινδάρου. Στέγην, εἰπών, μὴ κλέπτε μουσοποιοῦ Πινδάρου, κ. τ. λ. Conf. et Plutarch. in Alex. Aelian. Variarum Historiarum lib. XIII, cap. 7. Non minus notabile exemplum in Francia nostra vidimus, quum, ann. 1814, Europaearum gentium effusa multitudine intra fines Gallicos, rex Borussorum iussit, itemque imperator Russolandiae Alexander, non ab omni duntaxat tributo, sed a militarium virorum contubernio et iniuriis immunem perstare pagum, cui nomen *Ermenonville*, eam nimirum ob causam quod hic ultimam sedem, hic tumulum habuisset celeberrimus J. J. Rousseau. As.

Aristotelis philosophi patriam condidit. Locum hunc aiunt conatum esse Longolium sic emendare, *Aristotelis Philippus patriam condidit.* Vet. codex Dalecampii, *Aristotelis philosophi patriam, suam credidit.* Nihil vero mutari oportere admonet Tzetzes, Chiliad. VII, v. 442, ubi excisam a Philippo quidem Stagiram scribit, et ab eodem instauratam denuo, sed Alexandri precibus, ut clare significat, et interventu: Ἡ Στάγειρα τῶν πόλεων μία τῶν τῆς Ὀλύνθου. Τοῦ φιλοσόφου δὲ πατρὶς Ἀριστοτέλους αὕτη. Κατέσκαψε δὲ Φίλιππος. ἐχθρὰν οὖσαν σὺν ἄλλαις· Ἀριστοτέλης δ' ὕστερον Ἀλέξανδρον αἰτεῖται, Καὶ πάλιν ἀνακτίζουσιν, ὡς δι' αὐτόν, τὴν πόλιν. As.

Archilochi. Reliquum caput ad verbum exscripsit ex Plinio Solinus cap. 4, pag. 11. Hard.

Archilochi poëtae interfectores Apollo arguit Delphis. Scribo, numero unitatis *Interfectorem:* neque enim multi Archilochum interfecerunt, sed unus duntaxat, Calondas nomine, Corax cognomine; quo scelere pollutus, quum ad oraculum Apollinis venisset Delphos, a Pythia tanquam nefarius sacrilegusque repulsus est, auctore Suida in ea dictione. Meminit et Eusebius Pamphili, volumine Evangelicae praeparationis lib. V, c. 12, qui tamen, quod animadversione dignum est, non Calondam Archilochi interfectorem, ut Suidas appellat, sed Archiam. Pintian. — *Archilochi poëtae interfectores Apollo arguit Delphis.* Corrigit Pintianus *interfectorem*, quoniam unicum fuisse historiae tradunt. Verum ut hoc ita sit, mos est tamen usu receptus multitudinis numero in similibus abuti. Unde Solinus hunc locum transcribens, *Percussores*, inquit, *Archilochi poëtae Apollo prodidit, et latronum facinus Deo coarguente detectum.* Oenomaus inter Graecos scriptor haud ignobilis, referente Eusebio, ita ferme prodidit: *Quare qui Archilochum occidit Archias, a templo quasi scelestus exire ab Apolline iussus est: Musarum enim amicum occiderat.* Apollinis carmen refert Galenus in Sussoria tomo II, cap. IX, pag. 10: Μουσάων θεράποντα κατέκτανες· ἔξιθι νηοῦ. *Musarum famuli occisor, templo procul esto.* Alii non Archiam hunc interfectorem, sed Calondam Coracem appellant. H. — Princeps satyrici, heroici, omnimodi carminis Archilochus, quem ferme Homeri parem multi habuere, sed pauca admodum temporum iniuria ad nostram

phis. Sophoclem tragi cothurni principem defunctum sepeliri Liber pater iussit, obsidentibus moenia Lacedaemoniis: Lysandro eorum rege in quiete saepius admonito, ut pateretur humari delicias suas. Requisivit rex, quis supremum diem Athenis obiisset: nec difficulter ex iis, quem Deus significasset, intellexit: pacemque funeri dedit.

XXXI. (xxx.) Platoni sapientiae antistiti Dionysius tyrannus, alias saevitiae superbiaeque natus, vittatam navem misit obviam: ipse quadrigis albis egre-

aetatem pervenerunt; et brevissimis fragmentis notus est hodie et Horatiano versu Art. Poët. *Archilochum proprio rabies armavit iambo.* Quem Nostras M. J. Chénier sic est imitatus:

La vengeance dicta, dans ses
fougueux élans,
D'Archiloque en fureur les jambes sanglans.
Essai sur la Satire. Aj.

Sophoclem tragici cothurni principem. De cothurno sexcenties iam dictum est supra. Sophoclem tragoediae principem esse plerique consentiunt; unde apud Virgil. Eclog. VI, v. 10: *Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno.* apud Persium: *Grande Sophocleo carmen bacchamur hiatu.* Aristoteles tamen τραγικώτατον Euripidem pronuntiat, quae sane Tragoedographi praecipua dos est; Aristophanes vero in Nubibus, Ἐγὼ γὰρ Αἰσχύλον νομίζω πρῶτον ἐν ποιηταῖς. Aj.

Liber pater. Nonne, ait Poinsinet, quod poëta aliquid tractaverat ad Bacchi historias faciens, qualis, ex. grat. Ariadnen in Naxo relictam, mox a Baccho relatam inter sidera? Nos putamus minime necessarium ad haec confugere ut fabula explicetur. In Bacchi festis nata tragoedia est; et quamvis posthac poëtae de Baccho canendo parum curaverunt, ita ut senes de Choerili et Pratinae novationibus conquerentes usque et usque dicerent: οὐδὲν ταῦτα πρὸς τὸν Διόνυσον, credibile est Libero gratum et acceptum visum hoc poëseos genus. Aj.

Pacemque. Solinus: *Inducias bello dedit, usque dum congruae supremis talibus exsequiae ducerentur.* H.

XXXI. *Platoni sapientiae antistiti.* Hoc est, qui in philosophia excellebat. Haec de Platone Solinus totidem verbis cap. 1, pag. 11. Numisma graecum ex aere mediocri Patinus vulgavit, in quo cum Platone sapientiae laude confertur Augustus: ex parte una caput Augusti nudum exhibet, cum epigraphe: ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. Ex altera caput senile, barbatum, cum epigraphe: ΠΛΑΤΩΝ. H. — Platoni, quod ipso natalis sui die decessisset, et unum et octogesimum sine ulla deductione annum implevisset, Athenis Magos sacrum fecisse, tanquam viro amplioris sortis quam humanae, vide apud Senecam epist. LV. Dalec.

Ipse quadrigis albis egredientem in littore excepit. Exemplar utrum-

dientem in littore excepit. Viginti talentis unam orationem Isocrates vendidit. Aeschines Atheniensis summus orator, quum accusationem qua fuerat usus, Rhodiis degisset, legit et defensionem Demosthenis, qua in illud pulsus fuerat exsilium: mirantibusque, tum magis fuisse miraturos dixit, si ipsum orantem

que, *Ipse a gradibus egredientes in littore excipit.* Scribendum opinor, *ipse Achradine egrediens in littore excepit.* Achradinem partem esse urbis Syracusanae, Livius multis locis auctor est. Meminit et Stephanus, et Plutarchus in Dione. Pint. — Sed *quadrigis albis* cod. Paris. et editiones omnes vetustae. Nodum quaerere in scirpo videtur Pintianus, quum legendum suspicatur, *ipse Achradine egrediens.* Quin enimvero Solinum legit, qui hunc locum exscribens, *Ipse*, inquit, *cum albis quadrigis egredientem in littore occurrens honoratus est?* Harb.

Viginti. Plutarch. in vitis Rhetorum pag. 838: Παρὰ Νικοκλέους τοῦ Κυπρίων βασιλέως, ὃς ἦν υἱὸς Εὐαγόρου, εἴκοσι τάλαντα λαβὼν ὑπὲρ τοῦ πρὸς αὐτὸν γραφέντος λόγου. *A Nicocle Cypriorum rege, Evagorae F. viginti talenta pro oratione ad ipsum scripta accepit.* Talenta interpretamur ea, quae Plautus a magnis talentis discriminat, ac nostrae efficere singula libras triginta fere docet. Itaque viginti talenta efficiunt libras sexcentas, *six cent livres*, ou *deux cents écus.* H. — Ego ab Harduino ob id recedo, quod minimo mirum 600 fr. venisse orationem. At si, de talentis interpretatus quae nostrai um pecuniarum 5,600 fr. efficiunt, Isocrateae eloquentiae specimen 112,000 fr. auctori suo contulisse credideris, res digna est quae noletur. His diebus celeberrimus Walter Scott historiam suam Napoleoniacam in Britannia vendidit 60,000 l. st. hoc est, gall. monet. 1,500,000 fr. As. — Nimio sane.

Isocrates vendidit. De eo Plut. in Vitis Oratorum, pag. 836. Laudat hunc Tullius lib. de claris orator. p. 525. Harb. — *Isocrates.* Platonis et Socratis aequalis, in Phaedro magnopere laudatus. Nam et alii duo fuerunt: alter Apolloniates, superioris auditor, memoratus a Suida, cui Harpocration λόγον παραινετικόν ad Daemonicum Hipponici filium tribuit: alter Ciceroni σύγχρονος, familiaris et sodalis Halicarnassaei, quem is supradictae orationis auctorem fuisse tradit Murel. Var. lib. I, c. 1. Dal.

Aeschines. Rem ita plane refert Valer. Max. lib. VIII, c. 10, pag. 397, et Cicero de Orat. lib. III, pag. 511. Plutarchus vero in Rhetorum vitis, pag. 840, ait Rhodiis admirantibus, quod habita oratione in Ctesiphontem, causa nihilominus Aeschines cecidisset, hunc respondisse, se mirari desituros, si contra orantem Demosthenem audivissent. Demosthenis orationem ab Aeschine recitatam fuisse dissimulat. Harb.

Defensionem Demosthenis. Valer. Max. lib. VIII, cap. 10. Dal.

audivissent: in calamitate testis ingens factus inimici.
2 Thucydidem imperatorem Athenienses in exsilium egere, rerum conditorem revocare: eloquentiam mirati, cuius virtutem damnaverant. Magnum et Menandro in comico socco testimonium regum Aegypti et Macedoniae contigit, classe et per legatos petito: maius ex ipso, regiae fortunae praelata litterarum conscientia.

Perhibuere et Romani proceres etiam exteris testimonia. Cn. Pompeius confecto Mithridatico bello intraturus Posidonii sapientiae professione clari domum, fores percuti de more a lictore vetuit: et fasces litterarum ianuae submisit is, cui se Oriens Occidensque submiserat. Cato Censorius, in illa nobili trium sapientiae procerum ab Athenis legatione, audito Carneade, quamprimum legatos eos censuit dimittendos: quoniam illo viro argumentante, quid

In calamitate. Magnum est ab inimico laudari: maius et a misero. H.

Rerum conditorem. Hoc est, Cicero eumdem appellat in Bruto pag. 602, rerum gestarum scriptorem ac pronunciatorem sincerum et grandem. Sic in praefatione ad Veapas. pictores ac statuarii, pingendi fingendique conditores vocantur. Hard.

Revocavere. Oenobii Archontis decreto, ut referi Pausanias in Atticis lib. I. Hard.

Menandro. Egimus de eo in Auctorum Indice. Hard.

Conscientia. Forte melius, *litterarum scientia.* Nec male *conscientia.* Hard.

Cn. Pompeius. Haec Solinus totidem verbis, cap. 1, pag. 11. H.

Fores percuti de more. Legend. *forem percuti de more a lictore vetuit; et fasces litterarum ianuae submisit is, cui se oriens occidensque submiserat.* Salm. p. 53. — Livius lib. VI: *Lictor Sulpicii trib. mil. quum is de foro se domum reciperet, forem* (ut mos est) *virga percuteret*; etc. H.

Et fasces litterarum ianuae submisit. Etsi libri editi omnes prae se ferant, *fasces lictorios ianuae*, ita edi tamen curavimus, admonili fide exemplarium Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, et Paris. atque adeo Solini ipsius, cuius haec verba cap. 1, pag. 11: *Submissisque fascibus, quamlibet confecto Mithridatico bello, et Orientis victor, sententia propria cessit ianuae litterarum. Litterarum ianuae.* Vere suol hominis litterati ianuae. Hard.

Cato. Vide Plutarchum, in Catone Maiore, pag. 350. H.

Carneade. Laborioso illo et diuturno

veri esset haud facile discerni posset. Quanta morum 4
commutatio! Ille semper alioquin universos ex Italia pellendos censuit Graecos: at pronepos eius Vticensis Cato, unum ex tribunatu militum philosophum, alterum ex Cypria legatione deportavit. Eamdemque linguam ex duobus Catonibus, in illo abiecisse, in hoc importasse, memorabile est. Sed et nostrorum gloriam percenseamus.

Prior Africanus Q. Ennii statuam sepulcro suo im- 5
poni iussit, clarumque illud nomen, immo vero spo-

sapientiae milite (verbis utor Valerii Max. lib. VIII, c. 7, pag. 388), cui nonagiuta expletis annis idem videndi ae philosophandi finis fuit. Hard.

Quanta morum. Quae sequuntur, de utroque Catone, transcripsit ea Solinus ad verbum, loc. cit. Hard.

Ille semper. Vide lib. XXIX, cap. 7. Hard.

Ex tribunatu militum. Quem in Macedonia gessit. Plutarchus, in eius vita, pag. 753. Hard.

Alterum. Zenonem. Vide l. XXXIV, cap. 19. sub finem, num. 35. Hard.

Cypria legatione. De hac consule Velleium lib. II, num. 45, pag. 15, et Plutarch. in Catone minore, et ea quae dicturi sumus lib. XXXIV, c. cit. Hard.

Eamdemque linguam. Leg. *eam denique linguam ex duobus Catonibus, in illo abegisse, in hoc importasse memorabile est.* Salm.

In illo. Censorio. Dalec.

Abiecisse. In illo, quod abiecerit: in isto, nempe Vticensi, quod eamdem graecam linguam in Vrbem importaverit, memorabile est. Hard.

In hoc. Vticensi. Dalec.

Prior Africanus. Valer. Max. lib. VIII, cap. 14, num. 1, pag. 488: *Superior Africanus Ennii poëtae effigiem in monumentis Corneliae gentis collocari voluit, quod ingenio eius opera sua illustrata iudicaret.* Meminit huius rei etiam Cicero in orat. pro Archia, et Solinus cap. 1, pag. 11: Romae extra portam Capenam, hoc Scipionum, Enniique monumentum, cum statuis fuisse, auctor est Livius lib. XXXVIII. Hard. — Meminit quoque *Écouchard* Lebrun, in suo Epilogo (lib. VI, od. ult.) str. III:

Sur les ruines de Palmire
Le temps a promené sa faux;
Mais l'univers encore admire
Les Pindares et les Saphos.
Frappé de cette gloire immense,
Le fameux vainqueur de Numance,
Par tant de palmes ennobli,
Voulut qu'en sa tombe honorée
D'Ennius l'image sacrée
Le préservât contre l'oubli. As.

Illud nomen. Africani. Hard. — *Illud* vero emphatice est; ut in eleganti Odario Flaccus: ... *illius, illius Quae spirabat amores, Quae me surpuerat mihi.* As.

lium ex tertia orbis parte raptum, in cinere supremo cum poëtae titulo legi.

6 Divus Augustus carmina Virgilii cremari contra testamenti eius verecundiam vetuit: maiusque ita vati testimonium contigit, quam si ipse sua probavisset.

7 M. Varronis, in bibliotheca, quae prima in orbe ab Asinio Pollione ex manubiis publicata Romae est, unius viventis posita imago est: haud minore (ut equidem reor) gloria, principe oratore et cive, ex illa ingeniorum, quae tunc fuit, multitudine, uni hanc coronam dante, quam quum eidem Magnus Pompeius piratico ex bello navalem dedit. Innumerabilia deinde sunt exempla romana, si persequi libeat; quum plures una gens in quocumque genere eximios tulerit, quam caeterae terrae.

8 Sed et quo te, M. Tulli, piaculo taceam? quove maxime excellentem insigni praedicem? quo potius,

Ex tertia orbis parte. Africa; quum Zamae Hannibalem vicisset. Hard.

Divus Augustus. Nemo non novit elegantes, ut in principe, versus, quibus illud initii est: *Ergone supremis potuit vox improba verbis Tam dirum mandare nefas? Ergo ibit in ignes, Magnaque doctiloqui morietur Musa Maronis?.... Pulcher Apollo, veta, Musae prohibete latinae*, etc. Vid. Virgil. tom. VII, pag. 283 edit. nostrae, ubi et aliud Sulpicii Carthaginiensis, de eodem argumento. Ar.

Ipse sua. Addunt libri editi; *sua carmina*: sed abest haec postrema vox a codicibus MSS. Hard.

Prima in orbe. Iam antea et Philadelphus in Aegypto, et Pergami reges, et Romae Lucullus, bibliothecas instruxerant: sed sibi paraverant illi; non omnibus, quemadmodum fecit Pollio, publicavere: qui primus ingenia hominum, ut Plinius ait lib. XXXV, cap. 2, rem publicam fecit. Vide quae ibi summus dicturi opportunius. Hard.

M. P. Fest. in Fragm. *Navali corona donatur, qui primus in hostium navem armatus transiliverit, cuiusve opera manuve navis hostium capta fuerit. Adeptus est eam M. Varro, bello piratico, donante Cn. Pompeio Magno*, etc. Varro propellendos susceperat ex Ionio mari piratas. Vide Appianum in Mithr. p. 236. Hard.

Exempla romana. Cf. et Val. Max. l. VIII, c. 15; qui non pauca habet. Ar.

Sed et quo te, M. Tulli. Ciceronis laudes amplissimas vide apud Senecam, Suasoriarum lib. I. Hard.

quam universi populi illius gentis amplissimo testimonio, et e tota vita tua consulatus tantum operibus electis? Te dicente, legem agrariam, hoc est, alimenta sua, abdicaverunt tribus: te suadente, Roscio, theatralis auctori legis, ignoverunt, notatasque se discri-

Et e tota vita. Ita scripsimus ex coniectura. In libris, *et tota vita*: quanquam et istud defendi potest. H. — *Et tota vita tua consulatus tantum operibus electis.* Scribo, contra omnia exemplaria: *Et tota vita tua consulatus tanti operibus electum*; hoc sc. sensu: Nullo magis excellentem insigni posse Ciceronem praedicari, quam si palam eunctis fiat, testimonio amplissimo totius populi romani et tota eius vita, evectum esse ad consulatum, potius quam praepotentum civium studio ac factione. Ita esse hunc locum intelligendum, argumento est ipse Cicero oratione secunda contra P. Rullum tribunum plebis, his verbis: *Neque enim ullo modo facere possum, ut, quum me intelligam, non hominum potentium studio, non excellentibus gratiis paucorum, sed universi populi romani iudicio, me consulem ita factum ut nobilissimis hominibus longe praeponerer, non et in hoc magistratu et in omni vita essem popularis.* Caeterum libentius in Cicerone legerem, *ut in omni vita* quam *et in omni vita*, ut uterque, Plinius et Cicero, significent, popularem fuisse in omni vita Ciceronem, et propter hoc in populum perpetuum studium creatum esse consulem. Pint. — Ingeniosissime quidem; sed relice. Ad.

Te dicente. Quae subiiciuntur, opera sunt consulatus omnia. Harum orationum a se habitarum in consulatu suo, ipse meminit ad Attic. l. II, ep. 1, 41: *Alteri*, inquit, *ad populum de lege Agraria; tertia, de Othone..... quinta, de proscriptorum filiis..... septima, qua Catilinam emisi*, etc. Legem agrariam promulgaverat eo anno tribunus plebis P. Servilius Rullus, ut Plinius prodit, lib. VIII, c. 78. H.

Te suadente, Roscio theatralis auctori, etc. Exemplar Salmant. *Notasque se ignominiae discrimine aequo animo tulerunt.* Toletanum paucioribus verbis: *notasque sedes aequo animo tulerunt.* De reliquo, desidero hoc loco Hermolai doctrinam, tantamque illam antiquitatis cognitionem, qui in hac Roscii historia nos ad Macrobium delegat, seu vero Roscius ille, de quo Macrobius tertio Saturnalium loquitur, idem sit cum eo, de quo nunc Plinius; quum ille Macrobianus Roscius histrio fuerit Syllae dictatori acceptissimus, a Valerio Maximo, Plutarcho et Plinio memoratus; hic vero, de quo in praesens agitur, appellatus sit L. Roscius Otho, qui in tribunatu plebis, legem tulit de XIV ordinibus. Cuius Plutarchus in Cicerone, Tacitus lib. XV, Asconius Pedianus, Iuvenalis, Horatius, eiusque interpretes, Livii item abbreviator, et plerique meminere. De proscriptorum item liberis praeter Quintilianum, Plutarchus in Sylla, Suetonius in Caesare dictatore, Sen. in lib. de Ira, Velleius Paterculus lib. XI, nec semel. Pint. — Eaedem, inquit, tribus aequo tulerunt animo notatas

mine sedis aequo animo tulerunt: te orante, proscriptorum liberos honores petere puduit: tuum Catilina fugit ingenium: tu M. Antonium proscripsisti. Salve, primus omnium Parens Patriae appellate, primus in toga triumphum linguaeque lauream merite, et

se esse sedendi in theatro discrimine, a L. Roscio Othone tribuno plebis; cuius lege cautum est, ut romani equites plebi antea immixti, dum spectaculis adessent, distincti ab ea sederent. Ea re quatuordecim gradus proxime post patricios in theatro secrevit, in quibus equites spectarent, plebe summota. Unde illud Iuvenalis, Satyra III, vers. 152: *Nil habet infelix paupertas durius in se Quam quod ridiculos homines facit. Exeat*, inquit, *si pudor est, et de pulvino surgat equestri, Cuius res legi non sufficit.... Sic libitum vano, qui nos distinxit, Othoni.* CCCC enim sestertia esse in censu huic oportebat qui in XIV ordinibus sedem habere cuperet; uti dicemus lib. XXX, cap. 8: quo respexit idem, Satyr. XIV, vers. 323: *Effice summam, Bis septem ordinibus quam lex dignatur Othonis.* Rem prolixe narrat Plutarchus in Cicer. p. 867. Et Asconius Pedianus, in orat. Cicer. pro Cornelio, de Maiest. pag. 37: *L. Roscius Otho*, inquit, *legem firmavit in theatro, ut equitibus romanis XIV ordines spectandi gratia darentur.* Hanc legem Rosciam renovavit postea Domitianus. Vide Martial. lib. V, epig. 8, p. 256. Cave interim Roscium putes hunc esse histrionem illum, Syllae dictatori acceptissimum; a Cicerone, Val. Maxim. et aliis celebratum, quod incaute nimis credidit Hermolaus. Plinius Iunior, Epistol. de Metilio Crispo lib. VI: *Huic ego ordines impetraveram; atque etiam proficiscenti quadringenta millia nummum ad instruendum se ornandumque donaveram.* Vbi ordines vocat ius sedendi in XIV ordinibus inter equites; quadringenta sestertium millia censum equestrem esse designat. Ita hic Plinii Iunioris locus accipiendus est; cuius in loci interpretatione aberrant, qui hactenus prodiere, interpretes. Haan. — Bene hoc; et Harduiniana servavimus, voce una tantum, *ingentem* sc. quam de summa CCCC HS effert, expuncta. Nam ubi gentium 80,000 fr. ingens facultas vel est hodie, vel Plinii temporibus fuit? *Ms.*

Proscriptorum. Primorum civitatis a Sylla proscriptorum liberos, qui honores magno ambitu prensabant, repressit. H. — Conf. Plutarchum in Sylla, Suetonium in Iulio, Velleium Paterculum lib. II. Dalec.

Primus omnium, etc. Tamen in triumpho, et a militibus dudum antea hic honor est habitus Camillo; Livius libro V. Iuvenalis, Sat. VIII, vers. 243: *Sed Roma parentem, Roma Patrem Patriae Ciceronem libera dixit.* At aliud longe in nummis antiquis Caesarum *Parens Patriae*, aliud *Pater Patriae* est. *Parens Patriae* est, cui salutem, libertatem, inculumitatem patria acceptam refert, ut vitam parenti liberi. *Pater Patriae*, qui pro patria, ut pro liberis pater, tanquam pontifex sacra peragit solemnia statis diebus. Augusto num-

facundiae latiarumque litterarum parens: atque (ut dictator Caesar, hostis quondam tuus, de te scripsit) omnium triumphorum lauream adepte maiorem: quanto plus est, ingenii romani terminos in tantum promovisse, quam imperii, reliquis animi bonis.

(XXXI.) Praestitere caeteros mortales sapientia, ob id 10
Cati, Corculi, apud Romanos cognominati. Apud Graecos Socrates, oraculo Apollinis Pythii praelatus cunctis.

mus inscriptus est: S. P. Q. S. PARENTI, cons. suo: *Senatus Populusque Romanus Parenti Conservatori suo.* H. — *Parens Patriae appellate.* In senatu a Q. Catulo eius ordinis principe, quod testatur et ipse Cicero oratione in Pisonem, et pro Sextio: ut autem Plut. et Appian. litteris mandarunt, a Catone. Lipsius IV, 20 DALEC.

Reliquis... bonis. Virtute bellica, legum sanctitate. Caeterum ab his verbis exordium capitis sequentis, nempe 31, in libris ad hunc diem editis, sumebatur; nos ad calcem huius 30 capitis revocanda censuimus, unde distracta perperam ac divulsa fuisse, tum codex Reg. 1 admonuit; tum ipsa, quod caput est, loci sententia: quae et implicata est quam maxime, ut omnes fatentur, si attexta legitime sunt capiti sequenti, neque consuta temere; at, huic loco si restituantur, planissimum habent expeditumque intellectum. Est enim sensus: Lauream quam Tullius est consecutus, tanto maiorem esse, ac digniorem omnium aliorum triumphorum laurea, quanto plus est ingenii romani famam tam longe lateque eius eloquentia promotam esse, quam imperii maiestatem reliquis animi bonis, fortitudine videlicet, legum sanctitate, etc. H.

Cati. Id Aeliorum cognomen fuit. Qua de re scriptores genealogici Reich. Strein. Fulv. Vrs. Ant. Aug. DALEC. — *Ob id Cati.* Ob sapientiam. A Cicerone eadem traduntur, in Quaestionibus Tusculanis scribente lib. I, pag. 294: *Aliis cor ipsum animus videtur, ex quo excordes, vecordes, concordesque dicuntur*; et Nasica ille prudens his consul, Corculum, et *Egregie cordatus homo catus Aelius Sextus.* Festus quoque: *Corculum*, inquit, *a corde dicebant antiqui, solertem et acutum.* At de voce *Catus*, Varro, de L. L. lib. VI, pag. 74: *Cata, acuta: hoc enim verbo Sabini dicunt. Quare Catus Aelius Sextus, non (ut aiunt) sapiens, sed acutus.* Verum Nonius Plinio favet cap. 11, n. 184: *Catus*, inquit, *pro sapiente*, Cicer. Tuscul. lib. II, *sed homo catus nunquam terminat nec magnitudinis, nec diuturnitatis modum.* H.

Corculi. Ita cognominatus est P. Cornel. P. F. C. N. Scipio Nasica, de quo item dicti scriptores. DALEC. — Vertit saepe laudatus Gueroult: *Tels furent chez les Romains ceux qu'on surnomma Catus et Corculus.* Male ergo in nominandi casu dicitur *Corculum*, eiusdem generis quod *cor!* AI.

Oraculo..... cunctis. Ob id invidiae Socratem obnoxium scitu quod Apol-

XXXII. (XXXII.) Rursus mortales oraculorum societatem dedere Chiloni Lacedaemonio, tria praecepta eius Delphis consecrando, aureis litteris, quae sunt haec: Nosse se quemque: et Nihil nimium cupere: Comitemque aeris alieni atque litis, esse mi-

linia oraculo iambice scripto: Ἀνδρῶν ἁπάντων Σωκράτης σοφώτατος, declaratus esset. Conf. Valer. Maxim. lib. III, cap. 4. tom. I, pag. 225 edit. nostrae. As.

XXXII. *Chiloni.* Qui unus e septem sapientibus. Floruit Olymp. 56. Vide Laërtium in eius vita lib. I, pag. 47. Hard.

Nosse se. Scitum hoc a Chilone pronuntiatum esse testatur etiam Aristoteles, Rhetor. lib. II, c. 12. Clemens Alex. Strom. lib. I, pag. 300: Τὸ μὲν οὖν: Γνῶθι σαυτόν, οἱ μὲν Χίλωνος ὑπειλήφασι· Χαμαιλέων δὲ ἐν τῷ περὶ Θεῶν, Θαλοῦ· Ἀριστοτέλης δὲ, τῆς Πυθίας. Cleobulo tamen adscribit Ausonius. II. — Plautus in Pseud. *Ecquem in angiportu hoc hominem tu novisti, te rogo? Bal. Egomet me. Sic. Pauci istuc faciunt homines, quod tu praedicas; Nam in foro vix decumus quisque est qui ipsus se noverit.* Dalec.

Et nihil nimium. Clemens Alex. loc. cit. Πάλιν οὖν Χίλωνι τῷ Λακεδαιμονίῳ ἀναφέρουσι τό, Μηδὲν ἄγαν, etc. *Chiloni rursus Lacedaemonio tribuunt, Ne quid nimis. Straton autem, in opere De inventis, adscribit hoc dictum Stratodemo Tegeatae; Didymus autem id censet esse Solonis; sicut etiam Cleobuli, Modus optimus,* Μέτρον ἄριστον. Sidonius Apollinaris: *Lindie, tu, Cleobule, iubes, Modus optimus ut sit.* Hard.

Et nihil nimium cupere, comitemque aeris alieni atque litis esse miseriam. Multa hic verba ab ineptis expositoribus temere addita quis non videt? fremant licet Critici, spument, sibilent, non ideo minus aperiam sententiam meam. Lego igitur contra omnes homines et omnia exemplaria: *Et nihil nimis, comitemque sponsionis esse miseriam.* Caetera omnia adulterina verba et falso adiecta sunt. Confirmare supersedi, quia Hermolaus multis auctoritatibus allatis, laborem nobis ademit. Pint. — *Et nihil nimium cupere.* Hanc sententiam Chiloni tribuunt Pindarus quidem et Critias; Sisypho Theophrastus; quidam Thaleti. Sodamo vetustum hoc distichon, Ταῦτ' ἔλεγεν Σώδαμος Ἐπηράτων, ὃς μ' ἀνέθηκεν· Μηδὲν ἄγαν· καιρῷ πάντα πρόσεστι καλά. Varro apud Nonium in dictione Medioximum: *Quid aliud est quod Delphica canat columna litteris suis,* μηδὲν ἄγαν, *quam nos facere ad mortalium modum medioxume, ut quondam patres nostri loquebantur?* Had. Iun. VI, 24. Plautus in Poenulo: *Modus omnibus in rebus, soror, optimu' st habitus: Nimia omnia nimium exhibent negotium hominibus ex se.* Dal. — Pintiano non assentimur; nam ita codices omnes. Graeci sic efferebant; Ἐγγύα, πάρα δ' ἄτα. *Spondeo, noxa praesto est:* quod Aristotelici aiebant ab Chilone prolatum, teste Clem. Alex. loco citato, et Laërtio p. 48, in Chilone. Ausonius Thaleti adiudicat pag. 77, *Nos* ἐγγύα, πάρεστι δ' ἄτη, *dicimus; Latinum*

seriam. Quin et funus eius, quum victore filio Olympiae exspirasset gaudio, tota Graecia prosecuta est.

XXXIII. (XXXIII.) Divinitas, et quaedam caelitum societas nobilissima, ex feminis in Sibylla fuit: ex viris in Melampode apud Graecos, apud Romanos in Marcio.

est: Sponde, noxia est praesto tibi: Per mille possum currere exempla, ut probem Praedes vadesque poenitudinis reos. Et Sidonius Apollinaris: *Thales Mileto genitus vadimonia culpat.* H.

Olympiae. Sive *Olympia*, uti dicemus lib. XXXV, cap. 40. Sed *Olympiae* legi nunc magis placet. H.

Gaudio. Et senio simul, aetate deficiente, ut ait Laërtius, qui eamdem recitat historiam ex Hermippo, in Chilone lib. I, pag. 18. Haad. — Simile exemplum apud Valer. Max. de muliere in filii occursu lib. IX, cap. 12. Dalec.

XXXIII. *Divinitas.* Cum deis similitudo. Vnde etiam anglice videmus dici *divine* pro ministro evangelico pastore, *divinity* pro theologia. D.D. est doctor in sacra theol. fac. Caeterum in his quae sequuntur, Sibylla, ut monet Harduinus, proprium nomen est, ut Melampus et Marcius; et latinum, ut Claelia et Lucretia. Quum vero capite proximo sermonem de iis Noster fecerit, qui oracula funderent, intelligit, non eam fuisse dotem Sibyllae, ut ederet oracula; sed qualis Melampodi fuit, artem divinandi. Itidem Plautus, Pseud. Act. I, sc. 4, vs. 23, sagacitate ad interpretandum, non vaticiniis, claram hanc fuisse significat: *Has quidem pol, credo, nisi Sibylla legerit, Interpretari alium potesse neminem.* Az.

Melampode. Cuius fama divinationis artibus nota, ut ait Plin. lib. XXV, cap. 21. Haad. — *In Melampode.* Auditu Melampodem praestitisse ostendit quod Galenus ait: imbecillum esse nobis visum, si conferamur cum lynceibus et aquilis: auditum si conferamur cum Melampode: invalidos nobis esse pedes si Iphicli pernicitatem spectemus: languidas manus si Milonis robur. Dal. — Eam autem acutissimi auditus causam narrant, quod anguiculos in cava quercu inventos sedulo enutrivisset; qui ubi adolevere, dormienti viro allapsi, aures ita a sordibus purgaverunt, ut res ante nulli auditas probe intelligeret, quales avium est cantus, etc. Celeberrimus nunc Μελάμπους. Caeterum si plura desideraveris, cf. Apollod. Biblioth. lib. II, cap. 2. Cf. et Pausan. lib. II, cap. 18, lib. IV, cap. 3; Herod. lib. II et IX; Homer. Odyss. lib. XI, v. 287, lib. XV, v. 285; Virg. Georg. lib. III, v. 250, etc. Az.

Marcio. Marcii vatis fatidica carmina, Marciana dicta, a Livio non semel citantur, ut lib. XXV, p. 266, et alibi. Horum volumina duo illata esse in senatum scribit Macrobius, Saturn. lib. I, c. 17, pag. 276. Duos fuisse fratres Marcios, nobili loco natos, hac divina incitatione celebras, auctor est Cicero, de Divin. lib. I, pag. 193. Hard.

1 XXXIV. (XXXIV.) Vir optimus semel a condito aevo iudicatus est Scipio Nasica, a iurato senatu. Idem in toga candida bis repulsa notatus a populo. In summa, ei in patria mori non licuit: non hercules magis, quam extra vincula illi sapientissimo ab Apolline iudicato Socrati.

2 XXXV. (XXXV.) Pudicissima femina semel, matro-

XXXIV. *Scipio Nasica.* Haec eadem tradit Livius, lib. XXIX, pag. 343. Fuit is Cn. Scipionis F. eius qui in Hispania ceciderat. Id nominis a senatu accepit, M. Cornelio Cethego, P. Sempronio Tuditano Coss. anno Vrbis 550. Meminit Augustinus, de Civitat. lib. I, cap. 30, et Valerius Max. lib. VIII, cap. 15. Nummus est aereus formae mediocris, a Seguino vulgatus, pag. 24 secundae edit. Caput nudum iuvenile exhibet; e regione, NASSICA. ·)(· Caput tauri: C. VAL. C. SSX. ASDILES. HARD. — Graviter hoc in loco, dum de viri virtute iudicat, Plinium lapsum notat vir nobiliss. Reich. Strein. famil. Rom. Corn. DALEC.

A iurato. Qui iureiuramdo sententiam confirmarit. Apul. Asin. aur. lib. X: *Vos qui iureiurando adstricti iudicatis.* Solinus: *Vir optimus Nasica Scipio iudicatus est, non privato tantum testimonio, sed totius senatus sacramento.* HARD.

Bis repulsa. De duplici repulsa Plinium vehementer falli, ausus est calumniari Rich. Streinnius, in familia Cornelia; alteramque harum avi esse, sive Scipionis illius, qui Optimus a senatu iudicatus est, in petitione censurae; nepotis alteram, hoc est, eius qui Serapion est cognominatus, in aedilitate. Fugit eum scilicet prior avi repulsa, dum consulatum ambiret, quam nos in prioribus notis observavimus. De tergemino isto Scipione, Optimo, Corculo et Serapione, diximus iam antea c. 10. Bis autem repulsam ab illo exantlatam res nota est. Semel quidem in consulatus petitione, ut refert Livius, l. XXXV, cap. 24: *P. Cornelius Cn. F. Scipio, qui priore anno (post Vrbem conditam 562) repulsam tulerat... ut dilatum viro tali, non negatum honorem appareret, ei consulatus datus est: additus ei de plebe collega M'. Acilius Glabrio.* Iterumque in petitione censurae, anno Vrbis 570, cum Scipione caeterisque candidatis, praelatus est M. Porcius Cato, ut auctor est idem Livius lib. XXXIX. HARD.

Non licuit. Vbi terrarum obierit Nasica Scipio, qui Optimus est appellatus, apud reliquos scriptores silentium est. Simili fato fuisse a Plinio discimus, quo nepotem eius fuisse docet Valer. Maxim. lib. V, cap. 3, n. 5, Serapionem scilicet, qui Gracchum interfecerat. Hic enim Pergami mortuus est, quo sub titulo legationis secesserat. HARD.

Socrati. Qui in custodia publica Athenis hausto ex iudicum sententia veneno obiisse dicitur: quod tamen Plinius, quum silet, negare videtur. HARD.

XXXV. *Pudicissima.* Haec quoque Solinus ex Plinio, c. 11, p. 42, et Valerius Max. lib. VIII, cap. 15, pag.

narum sententia, iudicata est Sulpicia Paterculi filia, uxor Fulvii Flacci: electa ex centum praeceptis, quae simulacrum Veneris ex Sibyllinis libris dedicaret. Iterum, religionis experimento, Claudia, inducta Romam Deum Matre.

XXXVI. (XXXVI.) Pietatis exempla infinita quidem toto orbe exstitere: sed Romae unum, cui comparari cuncta non queant. Humilis in plebe, et ideo igno-

415: *Merito virorum commemorationi Sulpicia Ser. Paterculi filia, Q. Fulvii Flacci uxor, adiicitur. Quae, quum senatus, libris Sibyllinis per decemviros inspectis censuisset, ut Veneris Verticordiae simulacrum consecraretur, quo facilius virginum mulierumque mentes a libidine ad pudicitiam converterentur, et ex omnibus matronis centum, ex centum autem decem sorte ductae, de sanctissima femina iudicium facerent, cunctis castitate praelata est.* Hard.

Electa ex centum praeceptis. Libri scripti legunt: *electa ex centum praeceptis.* An scribendum *receptis?* ut probabilissimas intelligat. Salm. — *Praecept.* Reg. 1, 2, Colb. 1, Paris. etc. quam vocem, quum parum intelligerent quae vis subesset ei, Plinii edd. in *praecipuis* immutarant. Τοῦ *praeceptis* vero sensus est: Electis ante, et uti dictum ex Valerio est, sorte ductis, et ante captis. Sic Virgilius, Aeneid. XI, v. 494, *et spe iam praecipit hostem.* Hard.

Veneris. Verticordiae, quae virginum et mulierum mentes a libidine vertebat ad pudicitiam; quoniam hunc Vestales tres nobilissimae cum aliquot romanis equitibus incesti damnatae fuerant. Val. Maxim. lib. VIII, cap. 16, Iulius Obsequens, Solinus, Lilius Gyraldus, Ovidius, Fast. IV: *Roma pudicitia proavorum tempore lapsa: Cumaeam, Veteres, consuluistis anum. Templa iubet fieri Veneri, quibus ordine factis, Inde Venus verso nomine corda tenet.* Fabric. Rom cap. x, pag. 126. Dalec.

Claudia. Q. Claudiam Valerius Maximus appellat libro I, capite 8. Rem eamdem narrant Livius libro XXIX, pag. 343, et Hieronym. contra Iovin. lib. I: omnium brevissime ac dilucide maxime, Suetonius in Tiberio, c. II: *Gentis eiusdem Claudia fuit, quae navem cum sacris Matris Deum Idaeae, cohaerentem Tiberio vado extraxit: precata propalam, ut ita demum se sequeretur, si sibi pudicitia constaret.* Cingulo duxisse navem scribit Hieronym. Vide praeterea Silium Ital. Punic. lib. ult. et Appian. in Hannibal. pag. 345. Hanc porro Diodorus in Excerptis, p. 382, *Valeriam* vocat. Hard. — Herodian. lib. I; Fenestel. lib. I, c. 12; Lactant. lib. II, c. 8. Dal.

Deum Matre. Recordare h. l. classica Virgilii: *Berecynthia mater.... Laeta Deum partu, centum complexa nepotes, Omnes caelicolas, omnes supera alta tenentes.* Qua vero de causa haec Romam advecta, cf. Liv. lib. XXIX. Aj.

XXXVI. *Humilis.* Hanc historiam refert totidem verbis Solinus, cap. 1,

bilis puerpera, supplicii causa carcere inclusa matre, quum impetrasset aditum, a ianitore semper excussa, ne quid inferret cibi, deprehensa est uberibus suis alens eam. Quo miraculo, matris salus donata filiae pietati est, ambaeque perpetuis alimentis: et locus ille eidem consecratus Deae, C. Quintio, M. Acilio coss. templo Pietatis exstructo in illius carceris sede,
2 ubi nunc Marcelli theatrum est. Gracchorum pater anguibus prehensis in domo, quum responderetur, ipsum victurum alterius sexus interempto: immo vero, inquit, meum necate: Cornelia enim iuvenis est, et parere adhuc potest. Hoc erat uxori parcere, et reipu-

pag. 44, acceptam a Plinio, vel a Valerio Max. lib. V, cap. 4, p. 269, ubi res eleganti oratione describitur. Sed dissentiunt a Plinio Solinus, Festusque, qui patrem aiunt, non matrem, in custodia fuisse detentum: a Valerio fortasse etiam Plinius, qui humilem ignobilemque puerperam vocat, quam ille sanguinis ingenui mulierem facit. Sed et in plebe ingenuos esse iam mouimus huiusce libri c. 40. Simile est quod refert Hygin. Fab. CCLIV, p. 49: *Xanthippe Cimoni patri incluso carcere, lacte suo alimentum vitae praestitit.* HARD.

Excussa. Sic Asinius Pollio locutus, Epistol. Cicer. XXXI, lib. X: *Sexcentis enim locis excutiuntur, deinde etiam retinentur a Lepido tabellarii.* Spartianus in Septimio: *Salutarunt exeussi, ne quid ferri haberent.* HARD.

C. Quintio. Ita libri omnes tum editi, tum manu exarati. Anno V. C. 604, consulatum gessere L. Quintius, M'. Acilius, auctore Cassiodoro. T. Quintium, M'. Acilium Tullius vocat, ad Attic. lib. XII, ep. V, p. 360. Siculae tabulae, Flaminium, et Balbum. Capitolina fragmenta, Flaminium, M'. (hoc est *Manium*) Acilium Balbum. Ita et Marliani Fasti. HARD.

Marcelli theatrum. Quod a Caesare dictatore inchoatum, perfectum deinde ab Augusto, et dedicatum est, non anno V. C. 744, ut Dio refert, lib. LIII, pag. 547, et lib. LIV, pag. 539; sed biennio post, ex Plinio, lib. VIII, cap. 25, ac M. Marcelli sororis suae filii nomine inscriptum, regione Vrbis nona. HARD.

Gracchorum, etc. Plenius et explicatius Valerius Max. lib. IV, cap. 6: *Tiberius Gracchus anguibus domi suae, mare ac femina, apprehensis, certior factus ab aruspice, mare dimisso, uxori eius; femina, ipsi celerem obitum instare: salutarem coniugi potius, quam sibi, partem augurii secutus, marem necari, feminam dimitti iussit; sustinuitque in conspectu suo seipsum interitu serpentis occidi*, etc. Referl eadem Plutarchus in Gracchis, pag. 824. Cicer de Divin. lib. I. Alex. ab Alexandro, lib. I, c. 18. HARD.

blicae consulere. Idque mox consecutum est. M. Lepidus Apuleiae uxoris caritate post repudium obiit. P. Rutilius morbo levi impeditus, nuntiata fratris repulsa in consulatus petitione, illico exspiravit. P. Catienus Plotinus patronum adeo dilexit, ut haeres omnibus bonis institutus, in rogum eius se iaceret.

XXXVII. (XXXVII.) Variarum artium scientia innumerabiles enituere, quos tamen attingi par sit florem hominum libantibus. Astrologia Berosus, cui ob divinas praedictiones Athenienses publice in gymnasio statuam inaurata lingua statuere. Grammatica Apollodorus, cui Amphictyones Graeciae honorem ha-

M. Lepidus. Lepidi triumviri pater is fuit. De eo dicetur huius libri cap. 54. Hand.

Apuleiae uxoris. Vide cap. 53 huius libri. Dal.

P. Rutilius. Cognomine Nepos, qui cum P. Popilio Laenate consulatum gessit anno Vrb. cond. 622, ante Christ. 132. Facit cum Plinio Tullius, Tusc. Quaest. lib. IV: *Aegre tulisse P. Rutilium fratris repulsam consulatus, scriptum apud Fannium est: sed tamen transisse modum videtur; quippe qui ob eam causam a vita recesserit.* Idem nos de fratris nomine certiores fecit, in Laelio: *Scipio Rutilium potuit consulem efficere: fratrem eius Lucium non potuit.* As.

Plotinus. Ita rescripsimus ex Paris. cod. et Chiffl. *Patronus* hic dicitur, qui dominus sive herus quum sit, servum manumittit, sive asserit in libertatem. H. — Caeterum si tria nomina in vili homunculo mirabere, memento id moris esse libertis ut suo nomini patroni sui nomen adiungerent. Sic Magni libertus Lenaeus, *Pompeius Lenaeus.* Sic P. Catienus a Plotino manumissus, *P. Catienus Plotinus.* Rem simillimam Tacit. refert, Hist. lib. II, de funere Othonis: *Quidam militum iuxta rogum interfecere se, non noxa, neque ob metum, sed aemulatione decoris, et caritate principis.* Cf. eiusdem Annal. lib. XIV, ubi de morte Agrippinae. Et de feminis Seneca, Declam. lib. II, 2: *Quaedam se maritorum rogis ardentibus miscuerunt.* As.

Patronum adeo dilexit. Multa quoque exempla fidelitatis servorum apud Valer. Max. lib. VI, cap. 8, et lib. VIII, cap. 4. Dal.

XXXVII. *Berosus.* Qui Antiochi II τοῦ Θεοῦ temporib. vixit, scripsitque de arte sua, et disciplinam publicam in insula Co instituit. Conf. Vitruv. lib. IX, cap. 7, et Auct. Syll. pag. 171. As.

Apollodorus. Cognominem eius vides qui Bibliothecam, sive de Diis libros tres nobis reliquit. As.

Cui Amphit. Graeciae honorem habuere. Sanctissimum Graeciae concilium ab Amphictyone Heleni filio institutum, ad Thermopylas haberi solitum, ac ideo vocatum Pylaicum, eo convenientibus Graeciae populis

huere. Hippocrates medicina: qui venientem ab Illyriis pestilentiam praedixit, discipulosque ad auxiliandum circa urbes dimisit: quod ob meritum honores illi, quos Herculi, decrevit Graecia. Eamdem scientiam in Cleombroto Ceo Ptolemaeus rex Mega-

duodecim, videlicet, Iones, Aeoles, Dores, Perrhaebi, Boeotii, Magnesii, Achaei, Phthiotae, Melienses, Aenianes, Delphi, Phocenses, veris et autumni principio, ut de maximis rebus et ad universae Graeciae statum pertinentibus decernerent. Alex. ab Alex. lib. V, cap. 7. Concilium. id commune, alii publicum Graeciae vocant. Suidas Amphictyonem Deucalionis filium fuisse tradit. Dalec.— Concilium ab Amphictyone Deucalionis filio sic dictum; qui quum populos regeret, eiusmodi conventus dicitur convocasse. Αμφικτύονες. De eo Plinius iterum, lib. XXXV, cap. pariter 35. Hard. — *Amphictyones* scribitur per *y*, quamvis et Αμφικτίονες per *i* graece significat *vicini*, et eiusdem familiae ea vox est cum κτίζω, κτίσις, εὐκτίμενον, etc. De ipso concilio nihil dicam, quod idem fere cum Germanico (τῷ πάλαι) *landtag*, vel *diète* est. As.

Hippocrates medicina: qui, etc. Margo Variorum: *Medicina pollent: qui*. Necesse foret, modo sic scribendum, deleri punctum inter *habere* et *Hippocrates*, ita ut legeretur: *Astrologia Berosus...*, *grammatica Apollodorus*, *cui Amphictyones Graeciae honorem habuere*, *Hippocrates medicina pollent*, etc. Mallem tamen *pollens*; nisi glossae manifesta vox esset, utpote quae textui primum παραγεγραμμένη, mox vero συγγεγραμμένη. As.

Ab Ill. In Atticam sc. ventis in eam partem morbum advehentibus, ut habet Soranus, Vit. Hipp. tom. 1 op. Galeni, pag. 4. Laudat uberius Hippocratem Plinius lib. XXVI, c. 6, et lib. XXIX, c. 2. Hard.

Pestilentiam praedixit, discipulosque ad, etc. Cod. Tolet. *praedixit discipulis quos ad*, etc. Grouov. et Al. emendant, *et discipulos.* Sed Harduinus, consentiente Chifll. *Discipulosque.* Eos autem discipulos scito esse Thessalum et Draconem, Θεσσαλὸν καὶ Δράκοντα. Vid. Soranus loc. sup. alleg. As.

Decrevit Graecia. Eius decreti forma integre recitatur loco mox appellato. Δόγμα Αθηναίων· Εδοξε τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ τῶν Αθηναίων· ἐπειδὴ Ιπποκράτης Κῶος, etc. Hard.

Cleombroto Ceo. Parm. editio, aliaeque vetustae, leguut *Theombroto*, ut sit fortassis Θεόμβροτος gloriosum Erasistrati nomen: de quo idem refert Plinius ipse, lib. XXIX, cap. 3: *Erasistratus*, inquit, *Chrysippi discipulus, Aristotelis filia genitus, Antioco rege sanato, centum talentis donatus est a rege Ptolemaeo filio eius.* Nam et e Cea insula oriundus Erasistratus fuit, ut in Auctorum Indice diximus. H. — Omnino *Cleombroto* legendum est, quod nomen est notissimum et usitatum. *Theombroti* non meminimus; nec assequimur quae huius vocis fingendae occasio. Nam Θεός *Deus*, βροτός vero *mortalis*. As.

Ceo. In MS. deest. Marg. Var.

lensibus sacris donavit c talentis, servato Antiocho rege. Magna et Critobulo fama est, extracta Philippi regis oculo sagitta, et citra deformitatem oris curata orbitate luminis. Summa autem Asclepiadi Prusiensi, condita nova secta, spretis legatis et pollicitationibus Mithridatis regis, reperta ratione, qua vinum aegris mederetur, relato e funere homine et servato: sed maxime sponsione facta cum fortuna, ne medicus crederetur, si unquam invalidus ullo modo fuisset ipse: et victor, suprema in senecta lapsu scalarum exanimatus est.

XXXVIII. Grande et Archimedi geometricae ac machinalis scientiae testimonium M. Marcelli contigit, interdicto, quum Syracusae caperentur, ne violaretur unus: nisi fefellisset imperium militaris im-

Megalensibus. Megalesia Romae in honorem Cybeles fiebant, quae Magna Mater, gr. ἡ Μεγάλη Μήτηρ. Nihil autem erat nisi petra Pessinunte Romam adveeta. Vid. Liv. lib. XXIX, c. 14; Cicero in oral. de Arusp. resp. Vid. Not. 5, c. 35. Aj.

Antiocho rege. Vide quae dicturi sumus lib. XXIX, c. 3. H.

Critobulo. Meminit huius Q. Curtius, lib. IX, c. 5, ubi parem eius operam et curam in Alexandro sanando mirifice commendat. Harn.

Curata orbitate luminis) *Curato orbe* in vet. cod. Aj.

Summa autem. Subintellige, *fama*, ex superiore periodo. H.

Asclepiadi. Cui cognomen Φιλοφύσιχος. Sed vid. Auct. Syll. Aj.

Relato e funere. Celsus lib. II, c. 6, pag. 7, mortuum falso creditum ait. *Asclepiades*, inquit, *funeri obvius intellexit eum vivere, qui efferebatur*. Vide quae ea de re rursum dicturi sumus lib. XXVI, cap. 8. Haro. — Hanc historiam narrat copiose Apuleius Floridor. IV, 19. Vide locum. Dalec.

Ne medicus crederetur. Habent haec verba codices omnes, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. etc. etsi ea supposita putat esse P. Pithoens, Advers. lib. I, cap. 18. H.

Si unquam invalidus ullo modo fuisset ipse. Sponsionum hae fuerunt olim formulae, *Si bona ex edicto praetoris dies triginta possessa non essent* (Cicero pro Quintio). *Ni iuste appellatum sit* (Paul. lib. V.) Cf. Pith. Adv. lib. I, c. 18. Dalec.

Et victor. Sponsionis victor discessit; neque enim invalidus periit, sed casu quodam exanimatus. Neque ergo medicinam ille solam excoluit, sed ὑγιεινήν. Aj.

XXXVIII. *Archimedi*. Prodidit hoc et Valerius Max. lib. VIII, cap. 7, pag. 389. Refert etiam Plutarchus in Marcello pag. 308. Cicero in Verr. aliique. Harn.

Laudatus est et Ctesiphon Gnossius, etc. Lege: *Laudatus est et Crisiphon*

prudentia. Laudatus est et Ctesiphon Gnossius, aede Ephesiae Dianae admirabili fabricata: Philon Athenis, armamentario mille navium: Ctesibius pneuma-

Gnosius aede Ephesi Dianae admirabili fabricata. Salm. 812. b. — *Ctesiphon.* Mire variant in hoc edendo nomine exemplaria. Vetustae editiones, *Ctesiphon.* Reg. 1, Colh. 1, 2, Paris. ac Chiffl. *Crissipon.* Reg. 2 *Cresimphom.* Plinius ipse l. XXXIV, cap. 21, cum Strabone lib. XIV, p. 640, *Chersiphron*, Χερσίφρων, quod mihi magis placet tum hoc loco scribi, tum apud Vitruvium lib. III, c. 1, et alibi. Hard.

Admirabili. Ita MSS. omnes, non *admirabiliter*, ut editi. *H.* — Notissimae elegantiae templum Dianae in Epheso, quod unum e septem miraculis Graeci praedicaverunt. Martial. Spectac. epig. 1: *Nec molles Triviae templo laudentur honores.* Aj.

Philon. Strabo lib. IX, pag. 395: Η ὁπλοθήκη, Φίλωνος ἔργον. Armamentarium illud capta urbe Sylla incendit, ut auctor est Plutarch. in eius vita. Descripserat illud volumine singulari Ipse Philo, teste Vitruvio in praef. lib. VII, p. 125: *Philo*, inquit, *de aedium sacrarum symmetriis et de armamentario quod fuerat* (lege *fecerat*) *Piraeei portu.* Meminit et Valerius Max. lib. VIII, cap. 12, p. 402. Hard.

Armamentario. Armamentarium locus est ubi armamenta, hoc est, instrumenta navium bellique servantur. Vsus pariter ea voce Tullius, de Orat. lib. I, c. 62: *Philo architectus, qui Atheniensibus armamentarium fecit.* Nostris, *un arsenal.* H.

Athenis armamentario mille navium. Strabo quadringentas tantum dixit: neque vero capaciorem esse Piraeum, locupletissimorum testium relatu constat. Quin et scriptores alii, Thucydides, Aeschines, Aristides, Cicero, trecentarum duntaxat meminerunt: atque adeo apud Strabonem forte pro τετρακοσίαις legi satius fuerit ταῖς τριακοσίαις. Ac mendi etiam fortasse origo in Pliniano contextu repetenda erit ex similitudine numerorum, a ccc ad cio, facili lapsu. Nisi pluribus navibus instruendis asservarentur in armamentario instrumenta, quam quot portus unus ille semel caperet. H. — Rem quoque Cl. Spon, *Voyage en Grèce*, adverterat, culpaveratque Plinium, forsan immerito; ut Brot. not. inf. patebit. Aj. — At licet portus naves tantum 400 caperet, eius armamentarium, *l'arsenal*, mille navibus adornandis et armandis capax esse potuit. Hic non de portu, sed de armamentario agit Plin. Nunc vero quum multo maiores sint veteribus nostrae naves, Atheuarum portus plures quam 40, aut 50 recipere non potest. Brot.

Ctesibius. Patria Alexandrinus, Ptolemaei Evergetae, qui Philometori successit, temporibus vixit, ut ex Athenaeo discimus lib. IV, pag. 174. H. — *Ctesibius.* Apud Athenaeum p. 245, vers. 13. Ctesibius Alexandriae in templo Zephyri potorium vas τὸ κέρας, sive τὸ ῥυτὸν fabricatus est, quod appulsu aquarum eliso spiritu, et bellirum canebat, et hilares festivosque modos personabat. Hedylus in Elegis: Ζωροπόται, καὶ τοῦτο φίλον Ζεφύρου κατὰ νηόν, Θρεπτὸν μὲν βασιλεὺς εἰσέθισεν τὸ κέρας, Σαλπίζον λυγέας τοῦ κρούνου πρὸς ῥύσιν

tica ratione et hydraulicis organis repertis: Dinocrates metatus Alexandro condente in Aegypto Alexandriam.

ἤχους, Δεινοῦ καὶ πολέμου σύνθεμα, καὶ θαλίης. Dalec.

Pneumatica. Hoc est, spiritali: Machinalem scientiam Veteres πνευματικὴν appellabant, quum vi flatus et spiritus aqua sursum hauriretur, et attraheretur. Nostris, *Pompe, Machine pour élever l'eau.* Vt hydraulica organa, horologia ex aqua vocabant, musicaque organa, in quibus aquae motus et agitatio tubulos animaret. De his videndus Athenaeus lib. IV, pag. 174, et Vitruvius lib. IX, cap. 9, pag. 199, qui utrumque pariter inventum Ctesibio adiudicant. Describitur illud postremum egregie ab Tertulliano lib. de Anima. De hydraulo rursum acturi sumus lib. IX, cap. 8. H. — Cf. interea Mariotte, *Traité du mouvement des eaux et des autres fluides;* Guglielmini, *Mensura Aquarum*; Newton, *Philos. natur. principia mathematica;* Varignon, *Mém. de l'Académie des sciences*, passim; Dan. Bernoulli, *Hydrodynamica*; (Argentor. 1738) Jo. Bernoulli, *Hydrauliq.*; (Lausanne 1743) d'Alembert, *Traité de l'équil. et du mouv. des fluides;* Bélidor, *Architect. hydraul.* Et inter Recentiores Bossut, Prony, Biot, (in suo *Tr. de Phys.*) et multos in physicis hodie praeclaros. Aj.

Hydraulicis organis repertis. Hydraulica, vel deducendis hauriendisve aquis excogitatos Graecis ἀρυτῆρας et ἀντληρήρια, Lucretio haustra, nempe aquarias machinas, rotas, tympana, de quibus vide Vitruvii lib. X, cap. 9, 10, 11, 12, 13, et Diod. Sic. lib. I, cap. 21, et lib. VI, pag. 112; vel musica organa, in quibus aquae motus et agitatio tubulos animat. De iis Claudianus ad Manlium: *Et qui magna levi detrudens murmura tactu Innumeras voces lebetis moderatur ahenae. Intonat* (*forte* lusonat) *erranti digito, penitusque trabali Vecte laborantes* (*recte* adlabantes) *in carmine concitat undas.* Eius fuit geoeris apud Corn. Severum in Aetna, Triton, qui aquarum assultu auram conciperet, ac per buccinam ori admotam vocem ederet, sive ut ait poëta, irriguum carmen. Alia sunt pneustica nostra ventum follibus accipientia, de quibus πεζαβάτης· Αλλοίην δονάκων ὀρόω φύσιν, etc. quod eius Atticae elegantiae hexametrum epigramma elegiaco aemulatus est Ang. Politianus, εἰς ὄργανον, scribens, Χαλκείων δονάκων ὀρόω στίχον, etc. libro Graecorum Epigrammatum. Fuit et [illegible]icou πίθος, unde πιθαύλης, cadus ligneus, aut eburneus, impactis tibiis plenus, quae quum ex parte quadam spiritu animarentur, cantum, modulationes, et, ut ait Gellius, frequentamenta edebant, foraminum varietate distincta, absque regularum motu. Seneca: *Quo modo in dolio cantantis vox per totum cum quadam discussione percurrit et resonat, et tam leviter mota circuit tamen, non sine tactu eius ac tumultu, quo inclusa est.* Varro apud Nonium: *Inflet priusque tibias in orchestra, Domi suae pithaula ramices rumpit.* Proper. *Tibia Mygdoniis cantat eburna cadis.* Alius est utricularius, ὁ ἀσκαύλης, qui utre ventum conceptum instigans, cubito exprimit, ac utrem exanimat. In Copa: *Ad cubitum raucos excutiens calamos.* Scalig.

Dinocrates. Haec Solinus ad ver-

Idem hic Imperator edixit, ne quis ipsum alius, quam Apelles, pingeret: quam Pyrgoteles, sculperet: quam Lysippus, ex aere duceret: quae artes pluribus inclarûere exemplis.

XXXIX. (XXXVIII.) Aristidis Thebani pictoris unam tabulam centum talentis rex Attalus licitus est. Octoginta emit duas Caesar dictator, Medeam et Aiacem Timomachi, in templo Veneris Genitricis dicaturus. Candaules rex, Bularchi picturam Magnetum exitii, haud mediocris spatii, pari rependit auro. Rhodum

bum, cap. XXXII, pag. 62, et cap. XL, pag. 69. Dinocratem appellant Solinus, Vitruvius, Ammianus. Alii Chirocratem, Dinocharem alii nuncupant. Vide quae diximus lib. V, c. 11. Certe MSS. codices *Dinochares* apertissime prae se ferunt. H.

Edixit. Ita Horatius Serm. lib. II, Epist. 1: *Edicto vetuit, ne quis se praeter Apellem Pingeret, aut alius Lysippo duceret aera Fortis Alexandri vultum simulantia.* Apuleius libro I Florid. *Edixit universo orbi suo, ne quis effigiem regis temere assimularet aere, colore, caelamine: quin saepe solus eam Polycletus (Lysippum* voluit dicere) *aere duceret, solus Pyrgoteles caelamine excuderet.* Vide Plutarch. in Alex. Valerium Max. lib. VII, cap. 11, etc. H. — Quem locum Boileau sic imitatus est, in suo *Discours au Roi*:

Pour chanter un Auguste il faut être un Virgile;
Et j'approuve les soins du monarque guerrier
Qui ne pouvait souffrir qu'un artisan grossier
Entreprît de tracer d'une main criminelle
Un portrait réservé pour le pinceau d'Apelle. As.

XXXIX. *Aristidis Thebani pictoris.* Quem πορνογράφον appellatum esse Athenaeus scribit lib. XIII, pag. 567. Varias huius picturas Plinius recenset lib. XXXV, cap. 36, n. 19. H.

Vnam tabulam. Quae aegrum iacentem in lecto exprimeret. De ea rursum lib. XXXV, cap. 16, n. 19. Hard.

Centum talentis. Attica intellige; quae, si ad rem pecuniariam Gallinum hodiernam revocaveris, 5,600 fr. sequaverunt; unde centena, 560,000 fr. As.

Caesar dictator. lib. XXXV, cap. 4. Dalec.

Timomachi. De eo dicemus lib. XXXV, cap. 40, n. 30. De his illius picturis, tum en loco, tum eiusdem libri cap. 9. Hard.

Candaules. Κανδαύλης, qui et Myrsilus, Sardium tyrannus, de quo dicemus iterum lib. XXXV, cap. 34. ubi rursum de huius picturae pretio, ipsoque pictore. H.

Picturam.... haud mediocris spatii, pari rependit auro. Detraxere hanc negandi voculam *haud* Plinii editores, quae tamen in MSS. omnibus exstat apertissime: quam et loci sententia exigit: spatium picturae, magnitudo est, ex eaque pondus tabulae depi-

non incendit rex Demetrius, Expugnator cognominatus, ne tabulam Protogenis cremaret, a parte ea muri locatam. Praxiteles marmore nobilitatus est, Cnidiaque Venere, praecipue vesano amore cuiusdam iuvenis insigni: et Nicomedis aestimatione regis, grandi Cnidiorum aere alieno permutare eam conati. Phidiae Iupiter Olympius quotidie testimonium perhibet: Mentori Capitolinus, et Diana Ephesia, quibus fuere consecrata artis eius vasa.

XL. (xxxix.) Pretium hominis in servitio geniti maximum ad hanc diem (quod equidem compererim) fuit grammaticae artis Daphni, Gnatio Pisaurense ven-

etae. Ait igitur vel pari pondere, vel tanto nummorum numero repensam esse, quantum tabulae spatium foret. Hard.

Expugnator. Πολιορκήτης· vocem graecam exprimere voluit Vitruv. lib. X: *Interea rex Demetrius, qui propter animi pertinaciam Poliorcetes est appellatus*: intellige, in obsidendis et oppugnandis urbibus. Vide et caput 40 libri trigesimi quinti huius operis. Dalec. — Commodiore sane atque honestiore vocabulo, quam Plautus in Milite Glorioso, quem *Vrbicapum* festive nuncupavit, act. IV, sc. 2, v. 64. Dicentur haec iterum de Demetrio Poliorcete, et Protogene lib. XXXVI, cap. 36. H.

Cnidiaque. Eadem refert liber XXXVI, cap. 5. Dalec. — Caeterum *Cnidiaque* per c rescripsimus, ὀρθογραφίας studiosiores, nec credentes Plinium, ut istius aetatis elegantulos homines, *rancidulum quiddam balba de nare loquutos*, (ita fere Persius sat. I, vs. 31) *omnia eliquasse et tenero supplantasse verba palato*. Atqui istius generis est *Guidos* pro *Cnidos*. As.

Cuiusdam iuvenis. De his rursum lib. XXXVI, cap. 4, ubi et de aestimatione Nicomedis. Hard.

Phidiae. Vide lib. XXXVI, n. 4. Hard.

Iupiter Olympius. Infra lib. XXXVI, cap. 5. Dal.

Mentori Ex hoc loco illustrabimus Plinii verba inexplorati hactenus intellectus lib. XXXIII, cap. 55. Hard.

Diana Ephesia. Dianam Ephesiam ab artifice Canetia factam memorat auctor lib. XVI, c. 40. D.

XL. *Pretium hominis in servitio*, etc. Leg. *Pretium hom.* etc. *fuit grammaticae artis Daphni, Natio Pisaurense vendente, et M. Scauro principe civitatis* HS DCC *licente.* Natius nomen propriom illius, qui Daphnidem vendidit, qui et Pisaurensis fuit: summa pretii us DCC, hoc est, *sestertiis septingentis licente.* Porro nota us. pro sestertiis, plus millies in Plinio corrupta invenitur. Salm.

Grammaticae... vendente. In omnibus MSS. quos vidi, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. etc. legitur *Daphni natio*, ex quo *Gnatio* scribendum potius conieci, quam ut editi omnes habent *Cn.*

dente, et M. Scauro principe civitatis IIs DCC licente. Excessere hoc in nostro aevo nec modice histriones, sed libertatem suam mercati. Quippe quum iam apud maiores Roscius histrio IIs D annua meritasse prodatur:

pro *Cucio*. Ratus dici Gnatium potuisse pro Egnatio, quae familia Romae notissima fuit, uti Egnatiam Italiae civitatem, de qua libro tertio c. 16. Horatius Gnatiam appellat. Hard. — Quidni *Cn. Accio* vel *Attio*? Nam nobilissimae gentis viro servorum mercimonium adscribi res minime necessaria est. Accius vero nomen tribulis. Aj.

IIs DCC licente. Prius in editis legebatur, III M. DCC *sestertiis*. At quemadmodum edi curavimus, ita totidem plane apicibus repraesentant hunc locum codices MSS. omnes Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. aliique. Porro in priscis exemplaribus, monumentisque, ipso etiam attestante Budaeo, nec dissentente Hotomanno, (quanquam interque hunc Plinii locum copiose exagitat, ac demum contra exemplarium fidem immutat): tribus huiuscemodi characteribus IIs, ex re ipsa sestertius, duabus libris aeris et semisse aestimatus, unde illi etiam nomen est, adnotatur. Perfacile autem tertius ille character, qui semissis index, et quem geminis prioribus minorem aliquanto esse oportuit, par illis a librario indiligente productus, originem vitio praebuit, millia mox adiicientibus de suo iis, qui tribus illis unitatis notis, non ipsa sestertia, sed tria potius monstrari autumarunt. Proinde IIs DCC sunt septingenta sestertia. De sestertiis autem neutrius generis hoc in loco agi, satis indicant annua Roscii sestertia quae sequuntur. Horum quodlibet sestertios valere millenos, docturi sumus abunde alibi, doctique consentiunt. At non tantum huius ipsius servi pretium fuisse, alio licitante ac vendente, docet Suetonius. Hard. — Suetonius, libro de illustribus Grammaticis, in Laelio Praeconino, ducentis millibus nummum, idque διαρρήδην, sine notis numerorum. Mitalerius. — Cuius nempe haec sunt verba: *Pretia, inquit, grammaticorum tanta, mercedesque tam magnae, ut constet Lutatium Daphnidem ducentis millibus nummum Q. Catulo emptum*. Vbi pessime vocem hanc *nummum* pro denariis accipi Harduinus suspicatur: Quod probatis scriptorum testimoniis, ait Ille, fieri posse alias docebimus. Quid enim hinc auxilii erit, quum HS IV aequet unus denarius? Nam admissis sestertiis septingentis, quorum singula repraesentant librae gallicae 180, ut vocant, pretium servi huius ad libras 126,000 omnino pertinebit. Ingens sane, ac fide vix digoum, nisi et hoc maximum significaret esse, quod ad sua tempora ipse comperisset, et eo devenisset iam ratio, seu corruptio potius temporum ac morum id aetatis. Sed si denarios septing. volueris, summa quadruplex erit, nec minor quam 500,000 fr. Aj.

Roscius histrio. De illo plurima Rhodiginus lib. XIV, cap. 17. Dalec.

IIs D. In hac sestertiorum forma signanda, secuti sumus codices praelaudatos, quum vulgo exhiberi in hunc modum soleant, HS. Ad summam quod attinet, de quingentis omnes MSS. cum editis libris consentiunt. Sed pro D forte DC repo-

nisi quis in hoc loco desiderat Armeniaci belli, paulo ante propter Tiridatem gesti, dispensatorem, quem Nero III cxxx*** manumisit. Sed hoc pretium belli,

nenda sunt ex Ciceronis oratione illa, qua Roscium hunc Comoedum defendit, pag. 100: *Decem his annis proximis HS.* (hoc est, sestertium) *sexagies honestissime consequi potuit: noluit.* Quo palam fit, publicam mercedem annuam, quam is recusavit, sestertium sexcentorum fuisse: quae summa decies multiplicata efficit sex mille sestertia, sive quod idem est, sexagies sestertium, subintellige centena millia: monetae nostrae, 600,000 libras gallicas. — III D. Sestertia quingenta. Monetae nostrae gallicae, libras 50,000. HARD.

Meritasse. Hoc est, quaestus fecisse. Hac voce Cicero usus in Verrem. HARD.

Nisi quis. Cum superioribus haec sunt in hunc modum contexenda: Quod servi pretium vere appellari possit, maximum usque ad sua tempora fuisse Daphnidis grammatici. Quamvis enim illud excesserint aetata sua histriones, longe maioribus pecuniarum summis, ut manumitterentur, domino persolutis (id quod facile illis factu fuit, ingentibus adeo praemiis mercedibusque histrionicae arti propositis, ut apud maiores utique frugaliores, quingenta, sive sexcenta singulis annis e publico Roscius sit consecutus); non deberi ea tamen inter servorum pretia connumerari, quandoquidem huiusmodi summis pecuniarum, non emptus a quopiam servus est, sed suam ipsimet libertatem redemerunt. Quamobrem neque huc pertinere debet pretium ingens illud Neroniani dispensatoris, sive spadonis Paezontis: quum belli verius quam hominis id fuerit: hoc libidinis, non formae. HARD.

Paulo ante. Nerone tertium, et Valerio Messala Coss. Gestum feliciter id bellum Neronis nummus significat: in quo victoria expressa, quae coronam dextra praefert, cum epigraphe, ARMENIAC. Regnum Tiridati a Nerone datum Romae e suggestu Tranquillus ait in eius vita cap. 13. HARD.

Dispensatorem. De hac voce dicemus lib. XXXIII, cap. 13 et 52. H.

*Quem Nero HS CXXX*** manumisit.* Mira ibi omnium exemplarium est diversitas. Nam editi olim *HS CXX manu m.* Ad quod Salmasius: *Corrige et scribe*: quem Nero HS CXXX, *hoc est, sestertiis centum et triginta.* Sed Harduinianorum, teste Harduino, Reg. 1, Colb. 1, 2, Paris. editionumque vetustarum concordia. Perperam in recentioribus addita millenarii numeri nota (M nampe) ex voce sequenti excisa, *manumisit.* Lineolam idem monet a se superpositam, cuius addendae Budaeus auctor fuerat, Salmasiumque non immerito culpat qui rem frivole excutit pro cxx rescribens cxxx, hoc est, pro 21,600 fr. (nam Neronis tempore sestertium fere 180 fr.) 23,400, ubi nil differentiae est, nisi 1,800 fr. summaque multis partibus minor est quam superiores: quum tamen haec utraque summa, Neroniani dispensatoris, et spadonis Seianiani, multo gravior esse debeat. Vnde optime coniicit Plinianam summam esse centies et tricies centena

non hominis fuit: tam hercule, quam libidinis, non formae Paezontem, e spadonibus Seiani, III D mercante C. Lutorio Prisco. Quam quidem iniuriam lucrifecit ille, mercatus in luctu civitatis, quoniam arguere nulli vacabat.

XLI. (XL.) Gentium in toto orbe praestantissima

millia sestertium. Quod quomodo nulli in mentem venisset, quae simplicitas est, stupemus. Sed lineolam appingere ridiculum est. Nam vel *προσρήματα* scribi necesse est, vel adiungi C SI. aut C ∞ trigesies centena HS = 13,000,000 sestertios = 13,000 sestertia = (si sestertium, 180 fr.) 2,340,000 fr. AJ.

Pretium belli. Non tam hominis pretium hoc fuit, quam aestimatio lucri quod acceperat ex dispensatione belli. HARD.

Paezontem. Ita plane MSS. omnes, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. alique, a quibus desciscere Budaeum oportuit, scribentem *Peronetomi*: quoniam ei qui exsectis genitalibus sit infibulatus aptari queat huiuscemodi vox Graecorum, *περονήτομος*. HARD. — Nomen convenit homini probroso, quale est Comazon, quem Heliogabalus Imperator in deliciis habitum ad consulatum usque evexit. Porro participia interdum verti in propria novum videri non debet, quum etiam passiva forma quaedam in hoc genere reperiantur, ut Sozomenus: is fuit Ecclesiasticae historiae scriptor. GELEN. — *Paezon* vero, unde in acc. cas. *Paezontem*. Graece Παίζων, quae vox *ludentem* sonat. AJ.

Seiani, III D. Prisca forma rursum signavi sestertia, eorumdem codicum admonitu. Hic libri editi, III M. O praeferunt, imperitis scilicet librariis, ut iam monuimus, arbitrantibus eiuscemodi notis III, non sestertia, sed tria signari: quare millia addiderunt. Porro quum in recensendis horumce pretiorum summis, Pliniana semper crescere oratio debeat, ut iam monuimus: haud assentimur Salmasio, qui loco iam appellato, HS D. quingenta sertertia ait esse: sed superposita, ut moris erat, lineola, HS O, sestertium quingenties interpretati sumus. H. — De lineola vid. not. 10. *HS D*, (500,000,000 sestertii) Neronianis temporibus fuisset 9,000,000 fr. Sed quum pecuniae sub Tiberio plus pretii inesset, est ad minimum 9,500,000 fr. AJ.

Lutorio Prisco. Eques romanus, maiestatis damnatus sub Tiberio, et exanimatus in carcere ob quoddam poëma. Tacitus lib. III. DALEC.

Iniuriam. Non debet cuiquam mirum videri, occupata tum civitate in luctu ac gemitu ob Tiberii tyrannidem, quem post Seiani interitum multo saevissimum factum esse, atque in omne genus crudelitatis erupisse notat Tranquillus in Tiberio c. LXI, pag. 50. Quare arguere tam profusae nequitiae emptorem nulli tum vacabat. HARD.

XLI. *Gentium in toto orbe praestantissima*, etc. Hactenus editi libri hoc capiti huic lemma praefigunt, *De praestantia gentium*: quod quidem unde hauserint, adhuc mihi incompertum est. Neque enim in Pliniano Indice apparet: et sane quod capitis

una omnium, virtute, haud dubie romana exstitit. Felicitas cui praecipua fuerit homini, non est humani iudicii: quum prosperitatem ipsam alius alio modo, et suopte ingenio quisque terminet. Si verum facere iudicium volumus, ac repudiata omni fortunae ambitione decernere, mortalium nemo est felix. Abunde 2
agitur, atque indulgenter fortuna decidit cum eo, qui iure dici non infelix potest. Quippe ut alia non sint, certe, ne lassescat fortuna, metus est: quo semel recepto, solida felicitas non est. Quid quod nemo mortalium omnibus horis sapit? utinamque falsum hoc, et non a vate dictum quamplurimi iudicent! Vana mortalitas, et ad circumscribendum seipsam in-

sequentis lemma esse voluerunt, *De felicitate summa*, ibi praepostere omnino positum, huc plane referri oportuit. H. — Praestantiam gentium Plin. metiri videtur potentia, et imperii magnitudine: oblitus discriminis boni et magni. Vnde recte Cephesias: Οὐκ ἐν τῷ μεγάλῳ τὸ εὖ, ἀλλ' ἐν τῷ εὖ τὸ μέγα. Athenaeus, Dipnosoph. lib. XIV. Caeterum de discrimine gentium quoad insigniores virtutes, aut vitia, legatur Plutarchus Praeceptor. politic. et Dicaearch. Geograph. Dalec.

Vna omnium, virtute. Virtute, inquit, gens romana caeteris omnibus antecellit: felicitate, quis homo homini praestet, haud ita promptum est statuere. H.

Romana exstitit. Vide Plutarch. περὶ τῆς Ρωμαϊκῆς τύχης. Dalec.

Quisque terminet. Chiffl. *determinet.* H. — Praestat simplex verbum. Aj.

Mortalium nemo est felix. Homerus Odyss. ξ: Τοῖος γὰρ νόος ἐστὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων, Οἷον ἐπ' ἦμαρ ἄγῃσι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε. Caeterum haud parum duriur rigidiorque est haec sententia Soloniana illa vulgo eruditorum nota, neminem ante mortem beatuoi dicendum. De qua Herod. Aristot. lib. I. Eth. Nicom. I, cap. 10, et ibi interpp. discrimen facientes inter εὐδαιμονίαν et εὐτυχίαν. Dalec.

Abunde igitur, atque indulgenter fortuna decidit cum eo, qui iure dici non infelix potest. In editis, *abunde igitur.* At MSS omnes, *agitur*: et mox, *diciditur*, in codd. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chiffl. Tolet. etc. ut legendum censeam: *Abunde igitur, atque indulgente fortuna deciditur eum eo*, etc. Haro.

Quid quod nemo. Nemo est, inquit, qui non aliqua parte vitae desipiat, vel peccet: nemo igitur felix. Pendet hoc ex illo dogmate, Solum sapientem esse felicem. Vide Plutarch in libro: *Num sola improbitas sufficiat ad infelicitatem.* Haro.

Et non a vate. Non abludit Hom. quum Odyss. lib. XVIII, nemini mortalium ait hoc contigisse ut norit om-

geniosa, computat more Thraciae gentis: quae calculos colore distinctos, pro experimento cuiusque

nia: Ἀλλά τοι οὐ δύναμαι πεπνυμένα πάντα νοῆσαι. Imitator expressit Horat. lib. IV, Od. IV: *Quaerere distuli, Nec scire fas est omnia.* In cod. Tolet. *Et non ut a vate.* Ar.

More Thraciae gentis: quae calculos, etc. Erasm. Chil I, Cent. 5, adag. 54, *creta notare*, secutus Hermolaum Barbarum, hunc morem Cretensibus adscripsisse putavit Horatium illo carmine lib. I, od. XXXVI: *Cressa ne careat pulchra dies nota.* Nisi *Thressa*, inquit, hoc loco satius legi foret. Hos deinde, ut fit, omne vulgus interpretum secutum est. At Cressa nota significari ab Horatio iam alias docuimus, ab amicis rogati, non album lapillum, sed vinum Creticum, quod in maximo pretio habitum Clemens Alex. Paedag. lib II, pag. 156, aliique permulti docuerunt. Et sane id sententia huius loci requirit. Ait enim ob amici adventum, paraturum se epulas, in quibus pretiosum primo vini genus sit apponendum: deinde, neque illud quidem parce et avare ministrandum: tertio denique, choreas secuturas: *Cressa ne careat pulchra dies nota: Neu promptae modus amphoraе, Neu morem in Salium sit requies pedum.* Quod imitatus ille mihi ex Tibullo videtur, ita pariter canente: *Vina diem celebrent: non festa luce madere Est pudor; errantes et male fere pedes.* Cressam porro notam pro vino Cretico dixit Horatius, qua forma idem lib. II, ode III: *Seu te in remoto gramine per dies Festos reclinatum bearis Interiore nota Falerni.* Et in Satyris lib. I, Satyra X: *Vt Chio nota si commixta Falerni est.* Adde Ciceronem in Bruto, num. 83: *Vt si quis Falerno vino delectetur, sed eo nec ita novo, ut proximis consulibus velit natum: nec rursus ita vetere, ut Opimium aut Anicium consulem quaerat. Atqui hae notae sunt optimae: Credo: sed numia vetustas*, etc. Vt vina Falerna idem Horatius alibi, et Falernas vites, sic Falerni notam, hoc est, agri Falerni, notamque Falernam pro Falerno vino, Creticamque notam, sive Cressam, pro Cretico vino, priores dixere: pro lapillis, inquam, albo colore distinctis (nam lapillos adhibuere Thraces Plinio teste, qui calculos: Persioque, qui lapillum dixit): sed pro lapillis, inquam, albis Cressam notam dixisse neminem, quavis ego sponsione contenderim. Cretam vero, hoc est, terram albam in insula cognomine effodi, quae nunc Candia dicitur, aut ab ea traxisse nomen, somnium est ntio abutentium. Nec Cressam notam igitur etiam pro creta latinae aures ullae ferant. Plura iam in eam rem diximus in Ephemeridibus Eruditoribus, anno 1681. Sed illud nescio quo casu ibi praetermissum, quod plane rem evincit, ac lyrici vatis mentem omnino apertam ac planam facit Moris id ei nempe fuisse, ut quovis bono, hoc est, festo ac laeto et pulchro die vinum adhiberet optimum, ad laetitiam utique vel significandam, vel augendam: quod quum passim facit, tum vero luculenter lib. III, od. XXXI, qua consulatum triumphumve Messalae gratulaturus, amphoram suam sic compellat: *O nata mecum consule Mar-*

diei in urnam condit, ac supremo die separatos dinumerat, atque ita de quoque pronuntiat. Quid quod 3
iste calculi candore illo laudatus dies, originem mali habuit? Quam multos accepta afflixere imperia? quam multos bona perdidere, et ultimis mersere suppliciis? ista nimirum bona, si cui inter illa hora in gaudio fuit. Ita est profecto, alius de alio iudicat dies, et tamen supremus de omnibus: ideoque nullis credendum est. Quid quod bona malis paria non sunt, etiam pari numero: nec laetitia ulla mi-

lio, Seu tu querelas, sive geris iocos, Seu rixam et insanos amores, Seu facilem, pia testa, somnum, Quocumque lectum nomine Massicum Servas, moveri digna bono die; Descende, Corvino iubente, Promere languidiora vina. Sic Plinius lib. XIX, cap. 43, de genere luxuriaque carduorum: *Condiuntur aceto melle diluto.... ne quis dies sine carduo sit.* Qui porro nuper in Horatium scribens, quum ne nostrum hoc commentum probaret, eo se inprimis argumento duci significavit, quod *Cressi nota*, ut *nota Falerni* dicendum a vate putaret, non *Cressa nota*, egregie est hallucinatus, et soloecismum admisit: neque enim *Cressi* dixeris latine: sed *Cretis*, vel *Cretici*, vel denique *Cressii*: quum sit *Cressa* feminea vox a *Cres* masculina, non *Cressus*. H. — Zenobius, cent. VI, adag. 13: Τὰς ἐν τῇ φαρέτρᾳ ψηφίδας. Φύλαρχός φησι τοὺς Σκύθας μέλλοντας καθεύδειν, ἄγειν τὴν φάρετραν· καὶ εἰ μὲν ἀλύπως τύχοιεν τὴν ἡμέραν ἐκείνην διάγοντες, καθιέναι εἰς τὴν φάρετραν ψηφῖδα λευκήν· εἰ δὲ ὀχληρῶς, μέλαιναν. Ἐπὶ τοίνυν τῶν ἀποθνησκόντων ἐκφέρειν τὰς φαρέτρας, καὶ ἀριθμεῖν τὰς ψήφους. Καὶ εἰ εὑρεθείησαν πλείους αἱ λευκαί, εὐδαιμονίζειν τὸν ἀπογενόμενον, etc. Hard.

Originem mali. Dies ille ipse qui faustus est existimatus, initium et origo infelicitatis fuit. Quam multos enim vel accepta eo die imperia, quibus summus apex felicitatis videbatur tangi, aerumnis postmodum afflixere. H.

Si cui inter illa. Reg. 1, 2, Paris. et Chiffl. legunt, *quum interim illa hora*: ea utrobique sententia, adeo esse obcaecatos homines, ut illa bona appellent, quae multos perdidere, modo inter illa fruenda exigi vel una possit in gaudio hora. H.

Etiam pari. Etiam si bona *malis permixta* pari *eveniant* numero. H.— *Pari numero.* Nunquam tamen pari numero esse conqueritur Ovid. de Arte III, 256: *Pluraque sunt semper deteriora bonis.* Et Plutarch. consol. Apol. p. 101. Dalec.

Laetitia ulla. Hoc est, quantumlibet magna, minimo moerore pensanda non est. Prius *ullo*, minus sincere legebatur. H.

nimo moerore pensanda? Heu vana et imprudens diligentia! numerus dierum comparatur: ubi quaeritur pondus.

XLII. (XLI.) Vna feminarum in omni aevo Lampido Lacedaemonia reperitur, quae regis filia, regis uxor, regis mater fuerit. Vna Berenice, quae filia, soror, mater Olympionicarum. Vna familia Curionum, in qua tres continua serie oratores exstiterunt. Vna Fabiorum, in qua tres continui principes senatus, M. Fabius Ambustus, Fabius Rullianus filius, Q. Fabius Gurges nepos.

Numerus dierum comparatur. Hoc est, numeri dierum felicium infeliciumque inter se conferuntur uter maior sit. GEL.

XLII. *Vna*, etc. *De felicitate summa*: titulus est in vulgatis. In membranis ita concipitur: *Raritas continuationis in familiis.* SALM.

Lampido. Plato in Alcibiade tom. II, pag. 123, ubi τὴν Λαμπιδὼ Leotychidae filiam, uxorem Archidami, Agidis matrem, eo nomine praedicat, quod hi omnes reges fuere Lacedaemone, ex Eurypontidarum familia. H. — *In omni aevo Lampido.* In regum nostrorum progenie Blanca regis Hispaniae filia, fuit regis uxor, regis mater: item Claudia regis Ludovici filia, regis Francisci uxor, regis Henrici II mater. DAC. — Ad. et Exc. nostrum VIII. AJ.

Bereniee. Scriptura codicum omnium. Editi, *Pherenice*, eiusdem sensus, at pessime, quia uptime. Nam ut Rhodiis et Cretensibus β pro F vel ϝ (βέδος pro ἕδος, βαβέλιος pro ἥλιος, βρόδον pro ῥόδον), ut Delphiensibus β pro π (βατεῖν, βάτος), ita olim Siculis et Macedonibus φ mutabatur in β. Sic Βίλιππος, Βρίγες pro Φρύγες, Βερενίκη aut Βερονίκη, βαλακρός pro φαλακρός. Caeterum de hac conf. Aelian. Var. Hist. lib. X, c. 1. Et Val. Max. lib. VIII, cap. ult. fine: *Pherenices*, inquit, *non vulgaris honos: cui soli omnium feminarum gymnico spectaculo interesse permissum est, quum ad Olympia filium Euclea certamen ingressurum adduxisset, Olympionice patre genita, fratribus eamdem palmam assecutis latera cingentibus.* AJ.

Vna Fabiorum. In qua praeterea tres fratres, Caeso, Marcus, Quintus, septem continuos consulatus gesserunt, ut notat Dionys. Halic. Antiq. Rom. lib. IX. H. — *Vna Fabiorum.* Ex ea familia trecenti perierunt ad Cremeram fluviolum Hetruriae, vicinum Romae, nascentem ex parvo lacu in silva Baccana, et Tiberim subeunte prope Fidenas. Ovid. *Vna dies Fabios ad bellum miserat omnes: Ad bellum missos abstulit una dies.*

In qua tres. Addit Solinus, haec transcribens, c. 1, p. 11: *Magnum hoc habitum est sane eo saeculo, quo facundiam praecipue et divina et humana mirata sunt*, etc. HARD.

Fabius Ambustus, Fabius Rullianus

XLIII. (XLII.) Caetera exempla fortunae variantis innumera sunt. Etenim quae fecit magna gaudia, nisi ex malis? aut quae mala immensa, nisi ex ingentibus gaudiis? (XLIII.) Servavit proscriptum a Sylla M. Fidustium senatorem, annis XXXVI, sed

filius e Q. Fabius Gurges, etc. Fuit Rullianus Ambusti F. In Chiffl. cod. *Rulliani filius*, inepte: nam Rulliani filius ipse Fabius Gurges est, nepos Ambusti. M. Fabius Ambustus, trib. milit. anno Vrbis 374 et 385; ter consul, 394, 396 et 398, et dictator. Q. Fabius Max. Rullianus, M. F. magister eq. dictator, et quinquies consul, an. 432, 444, 446, 457 et 459. Q. Fabius Gurges, Q.F.M.N. bis consul, an. 462 et 478. HARD.

XLIII. *Sylla*. *Sillam* quidam dictum volunt una littera mutata a *sillo naso*. Sigonius vero quasi *Sibyllam*, quod decemvir aut praetor, ex libris Sibyllinis ludos Apollinares instituerit. DAL.

M. Fidustium. Ita MSS. omnes. Verum Dio, lib. XLVII, pag. 333, L. Filuscium appellat: Τὸ δέ τι ἀστίθμητον, inquit, τοῦ βίου, καὶ ἐξ ἐκείνου ἐτεκμηριώθη, ὅτι Λούκιος μὲν Φιλούσκιος ὑπό τε τοῦ Σκύλλου πρότερον ἐπικηρυχθεὶς, καὶ διαφυγὼν, ἔς τε τὸ λεύκωμα αὖθις τότε ἐσεγράφη, καὶ ἀπέθανε. *Incertitudinem vero humanae vitae L. Philuscius demonstravit, qui ante a Sylla proscriptus, quum periculum evasisset, tum denuo proscriptus ab Antonio, et occisus est.* Paulo post, *annis* XXXIII, pro XXXVI, Regium vetustissimum manuscriptum codicem, et nostrum, qui est haud inferioris aetatis, et idem integerrimus, aliumque, quem laudat Dalecampius, secuti rescripsimus: et mox, *sed usque ad Antonium*; ex iisdem. Iode intelliges Syllanam proscriptionem incidisse in annum Vrbis conditae 673. HARD. — *Servavit proscriptum a Sylla M. Fidustium*. Si bis proscriptum accipiamus a Sylla M. Fidustium, nulla fuit ratio Plinio, cur notaret secundam proscriptionem tanquam raram et causa carentem. Nam qua ratione primo proscriptus fuit, eadem proscribi potuit et secundo, et tertio, et saepius, sine ulla rei admiratione. Item raras hic, memoratuque dignas hominum fortunas Plinius exsequitur. Ecquid, rogo, miraculi fuit, servari hominem bis proscriptum ab eodem Sylla? Nunquam igitur in animum inducere potui, verba haec sincera esse, sed haesit semper scrupulus, luxato ordine scripta esse. Nam, nisi opinin mea me fallit, Marcus hic Fidustius bis proscriptus a duobus romanis principibus, utriusque saevitiam evasit, et utrique supervixit; primo a Sylla, et eo mortuo, iterum a M. Antonio: quem successum, magnae fuisse felicitatis, negari non potest. Notat autem nec immerito Plinius non alia causa proscriptum fuisse a M. Antonio, quam qua prius proscriptus fuisset a Sylla. Scribendum igitur hunc locum reor ad hunc modum: *Servavit proscriptum a Sylla, M. Fidustium senatorem annis* XXXIII, *usque ad Antonium. Sed iterum proscriptus, superstes illi vixit. Constatque*, etc. PINT.

Annis XXXVI. Ita MSS. Reg. et

iterum proscriptus. Superstes Syllae vixit, sed usque ad Antonium: constatque nulla alia de causa ab eo proscriptum, quam quia proscriptus fuisset.

XLIV. Triumphare P. Ventidium de Parthis voluit quidem solum, sed eumdem in triumpho Asculano Cn. Pompeii Strabonis duxit puerum: quamquam Masurius auctor est bis in triumpho ductum: Cicero,

editio princeps. Frustra eruditus Harduinus in altera sua editione emendavit, XXXIII. Proscriptiones Syllana et Antoniana postulant numerum XXXVI. Brot.

Iterum pr. Subint. ab Antonio. Nam superstes Syllae, etc. Hann.

Sed usque ad Antonium. Vsque ad annum Vrbis conditae 706, qui coepit ab autumno anni superioris, aera Antoniana, in nummis etiam Claudii Imp. consignata, quoniam fuit is M. Antonii nepos: quoque anno 706 fuit haec ab Antonio facta proscriptio: eo quod erat is, ut in nummo vetere scribitur, M ANTO. IMP. R. P. C. *Marcus Antonius Imperator Reipublicae constituendae*; quum esset CAESAR DIC. *Caesar Dictator* tantum. Hard.

XLIV. *P. Ventidium.* Velleius, lib. II, num. 65: *Vidit hic annus (quo Caesar est interfectus) Ventidium, per quam urbem inter captivos Picentium in triumpho ductus erat, in ea consularem praetextam iungentem praetoriae: idem hic postea triumphavit.* Conf. Appian. in Parth. pag. 156; Plut. Antonio, pag. 934; Dio, lib. XLIX; Frontin. Stratag. lib. I, cap. 4; Gellius, lib. II, cap. 4, pag. 799. In nummis antiquis, M. ANT. IMP. *Marcus Antonius Imperator*, cuius se partibus nimirum Ventidius addixerat: et ex altera parte, P. VENT. PONT. *Publius Ventidius, Pontifex.* Hard.

Asculano. Asculum Piceni colaniam, a Cn. Pompeia Magni patre captum bello sociali, refert Velleius, lib. II, num. 21, et Gellius loc. cit. Hann.

Cicero. Nunc, lib. X, epist. 18, quae Planci est ad Ciceranem: *Ventidiique mulionis castra despicia.* Vim vocis explicat, totamque historiam recitat Gell. l. c. *Quum adolevisset*, inquit de Ventidio, *victum sibi aegre quaesisse, eumque sordide invenisse comparandis mulis et vehiculis, magistratibus qui sortiti provincias forent praebenda publice conduxisse: Antonii demum partes secutum, pontificatum quoque, ac consulatum, adeptum esse. Quam rem adeo intoleranter tulisse populum rom. qui curandis mulis illum victitasse meminerat, ut vulga per vias urbis versicuti proscriberentur: Concurrite omnes, augures, aruspices, Portentum inusitatum conflatum est recens: Nam mulos qui fricabat, consul factus est.* Hann. — Stulte sane qui virum indignabantur ingenio, fortitudine, optima indole spectabilem consulatu et triumpho potitum. An e Romanorum optimatum sanguine erant omnes isti, qui optimatum superbiae socordiaeque ita impense favebant? Sed idem indacte; nam Ventidius claris natalibus fuit; sed captus, et in servitutem adactus est, ut potest e not. 4 supr. dispici. et conf. de hoc Gal-

mulionem castrensis suffaranium fuisse: plurimi iuventam inopem in caliga militari tolerasse. Fuit et Balbus Cornelius maior consul, sed accusatus, atque de

licam, de quo merito Galliae gloriantur, *Biographie universelle*, ubi amicus noster Parisot et rem optime expedivit, et virum ab iniuriis vindicavit. Aj.

Castrensis suffaranium. In Reg. 2, et Chiffl. *Castrensis furinariae:* forte pro *farinariae.* In libris editis, *castrensem suffaraneum.* At in nostro codice MS. qui est integerrimus, prima manu scriptum est *Castrensis* (subintellige, mulionis) *suffaranium:* secunda autem, nec certe recenti, sed falsa, *Castrensem suffranium.* Castrensis mulio is dici videtur qui far in castra convehit. Suffaranius autem qui sub alio mulione est, ut sit quasi submulio, sive mulionis ordinarii vicarius mulio, qui far convehit. Harn. — Vide Scalig. Append. Virgil. ad Cat. Phaseli παρῳδίαν, *Sabinus ille*, etc. quae tota est in Ventidium. Vide et Turn. Adv. lib. XXIX, c. 18. Dal.

Plurimi. Idem Dio, XLIII. H.

Fuit et Balbus Cornelius maior, etc. Corn. Balbus maior cognominabatur, ad differentiam alterius Balbi ex fratre filii qui triumphavit: ius civitatis simul acceperunt, et discriminis gratia patruus, Balbus maior dictus. Legendum itaque: *Balbus Cornelius maior consul fuit; sed accusatus atque de iure virgarum in eo iudicio in consilium missus.* Eo iudicio quo accusatus est Balbus, de iure virgarum etiam deliberatum est, an competeret in eum, quod civis romanus non esset. Salm. — Sive porro Cornelium Balbum, sive Balbum Cornelium dixeris, nihil interest: Plinio enim, Velleioque Paterculo nihil familiarius, quam cognomen gentilitio nomini praeponere. Sic Musam Antonium Scribonius dixit, Compos. cx. Hasd. — Immo omnibus Latinis solemne est. Horat. Carm. lib. II, ode 11, vss. 2 et 3: *Abditae terris inimice lamnae, Crispe Sallusti.* Nec id tantum ob versus pangendi necessitatem. Tacitus sexcenties, Messala Valerius, lib. I, c. 8; Gallus Asinius, lib. II, c. 32; Varum Quinctilium, lib. IV, c. 66, etc. Aj.

Consul. Consul hic fuit, quoniam ita necesse est dicere, Cn. Domitio Calvino secundum, C. Asinio Pollione coss. anno Vrbis 714. Quum enim magistratu se abdicassent, ille unus ex suffectis fuit, ut quidem Dio refert lib. XLVIII, pag. 365 et 376. Haan.

Sed accusatus. Quod civitatem romanam falso usurparet, quum peregrinus esset. In peregrinum enim erat ius virgarum, non in civem. Nam, ut ait Cic. pro Rabir. Perduell. *Porcia lex virgas ab omnium civium romanorum corpore amovit.* Nota est ea Balbi historia, ex oratione Ciceronis pro ipso habita. H. — Et hinc ambitiosissime expetita romana civitas. Hinc tantum irarum et indignationis Romae conceptum, quum Tullius de Gavii supplicio disseruit in Verr. Act. II, or. V. Nec immerito haec gens hominum nunc etiam dicitur le *peuple-roi;* quippe quae universitati suae id circumdedit quod unius est, quod regis, inviolabilitatem, sacrosanctum hunc denuntians qui civis.

iure virgarum in eum, iudicum in consilium missus: primus externorum, atque etiam in Oceano genitorum usus illo honore, quem maiores Latio quoque negaverunt. Est et L. Fulvius inter insignia exempla, Tusculanorum rebellantium consul: eodemque honore, quum transisset, exornatus confestim a populo romano, qui solus eodem anno, quo fuerat hostis, Romae triumphavit ex iis, quorum consul fuerat.

2 Vnus hominum ad hoc aevi, Felicis sibi cognomen

Atque de iure virgarum. Legem M. Porcius Cato tulit (unde et Porcia dicta est) ne civis roman. aut verberaretur, aut necaretur. Eam ille *pro scapulis*, vocabat, ut auctor est Festus. Livius, lib. X, *pro tergo*; auctor hoc loco de iure virgarum. Dalec.

In consilium. »Mittere iudices in consilium, inquit Asconius Pedian in orat. Cic. in Verr. pag. 67, est demittere iudices ad sententiam dicendam, ubi allegatis omnibus argumentis orator dixerit, Dixi.« Hard.

In Oceano. Qui Gadibus natus, ut dictum est lib. V, cap. 6, quae fuit insula in Oceani littore posita, ultra fretum Gaditanum. Hard.

Latio quoque. Latinis olim petere Romae magistratus, aut gerere omnino non licuit. H.

L. Fulvius. Qui consulatum gessit cum Q. Fabio Max. Rulliano, de quo cap. 12 diximus, anno Vrbis 432. Livius, lib. VIII, p. 150. H.

Quum transisset. In Romanorum nempe partes. H. — Εὐφημισμός, ut id lateat quod merito iovisum in *transfugae* et proditoris titulo est. As.

Felicis sibi. Velleius, lib. II, num. 27, p. 12: *Occiso denum C. Mario septies consulis filio, Felicis nomen assumpsit*, etc. In nummis antiquis, sive ad maiorem emphasim, sive ad distinguendum ab adiectivo nomine cognomen, scribitur per geminum e *Felix*. Hereditarium illud cognomen transmisit ad posteros: e quibus fuit Felix, praeses Iudaeae, cuius uxor Drusilla, e gente Claudia: qui et peroraotem se iudice Paulum audivit, ut in Actis narratur, cap. XXIII. Hard. — Felicem Syllam dictum putant, quod feliciter in hostes pugnasset, quod amicus fuisset Metelli Pii, quod Atheoas vi captas non delevisset. Scribit Appianus equestrem imaginem Syllae auream ante rostra positam cum inscriptione: CORNEL. SYLLAE IMPERAT. FORTVNATO: Venustum quoque Sylla cognominari se voluit. Rhodig. XXIV, 6. Syllae immolanti iecur extrema fibra coronae laureae imaginem ostendit, ostento mirabili felicitatis. Alex. ab Alex. lib. V, cap. 25. Vide Valer. Maxim. lib. VI, c. 9, et lib. IX, c. 2. Dal. — Haec tempestive ab erudito medico coacervata de Cornelio. Sed in his quae dictatori causae, aut ansa fuere cur Felicis nomen dignitati et superbiae suae circumdaret, ne amicitiam Pii Metelli, ne clementiam erga Athenas admitte. Ob illud felicem se vir magnus credidit, quod de hostibus cunctis plene, abunde triumphavisset.

asseruit L. Sylla, civili nempe sanguine, ac patriae oppugnatione adoptatum. Et quibus felicitatis inductus argumentis? quod proscribere tot millia civium ac trucidare potuisset. O prava interpretatio, et futuro tempore infelix! Non melioris sortis tunc fuere pereuntes, quorum miseremur hodie, quum Syllam nemo non oderit? Age, non exitus vitae eius, omnium proscriptorum ab illo calamitate crudelior fuit, erodente se ipso corpore, et supplicia sibi gignente?

Nec obiicias ingenii minorem famam fore, si fortunae prospere gesta adscripta sint. Praestat sane altioris ingenii laus fortunam. Sed altiore ingenio pollere hominis est; felicitate frui inconcussa, divinum. Magni homines aliquando, μάκαρες Dii. Quocirca Antiquis insita haec opinio, iis Deos invidere quibus felicitas nimia est (vid. Aeschyl. Agamemn. act. III, sc. 1.); et inde derivatura deprecabatur Polycrates Samius, iacto in mare annulo, ob margaritas et opus pretiosissimo. Caeterum in hanc Syllae felicitatem eloquentissime Annaeus, de vita Beata, invehitur. Nec minus vivide Lucanus, postquam de strage Sullana cecinit, Pharsal. lib. II, vss. 221, 222: *Hisne Salus rerum, Felix his Sylla vocari Et meruit tumulum medio sibi tollere Campo?* Moneamus et quos haec Syllae de fortuna sua ambitio tangit, his legendum ἐπεισόδιον Valeriae in Nostratis de Théis eximio opere *Voyage du jeune Polyclète*, tom. III, fin. Aj.

L. Sylla, civili nempe sanguine, etc. Ita legend. *L. Sylla, civili nempe sanguine, ac patriae oppugnatione adoptatum: sed quibus felicitatis inductus argumentis? quod proscribere*, etc. Salm. — Cf. not. 17. Aj.

Et quibus felicitatis inductus argumentis. Et quibus. Magis probaverim, *At quibus.* H — Verissima omnium, ut mihi videtur, lectio, *En quibus felicitatis*, etc. sine ulla interrogatione, cum derisu et suggillatione talis felicitatis. Pint. — Ingeniosissime quidem; sed Harduinianam epanorthosim tamen anteferrem, si qua opus esset; quod negn. Aj.

Quod proscribere. Velleius de Sylla loc. cit. num. 28: *Primus ille (et utinam ultimus!) exemplum proscriptionis invenit*, etc. Vide Valerium Maximum libro IX, cap. 2, et Senecam, de Beneficiis libro V, capite 16. Harn.

Exitus vitae. Φθειριάσει, sive pediculari morbo interiit. Val. Max. lib. IX, cap. 4, et infra lib. XI, cap. 33. Dalec.

Erod. se. Nempe ob foedum morbum qui a Dal. nominatus est, et a copia pediculorum toto corpore erumpentium derivatur. Ad. quae dicemus lib. XI, c. 39. Idem fuit exitus Philippi II, Hispaniarum regis; cuius e corpore vivo tanta pediculorum multitudo erumpebat, vix ut iisdem decutiendis duo homines sufficerent; donec eo demum morbo supremo interiit. H

Quod ut dissimulaverit, et supremo somnio eius (cui immortuus quodammodo est) credamus, ab uno illo invidiam gloria victam: hoc tamen nempe felicitati

Somnio eius. De hoc somnio varia referunt Plutarchus in Sylla, p. 475, et Appianus, Civil. lib. I, pag. 416. Huic somnio dicitur immortuus, quoniam post conscriptum a se Somnium suum mox decessit. H. — In intellectu horum verborum longe dissentimus tum ab aliis, tum vero ab Hermolao, qui nos ad illum Iuvenalis versum remittit: ... *et nos Consilium dedimus Syllae, privatus ut altum Dormiret.* Quasi Plinius hoc loco de somno illo declamatorio Syllae loquatur, quem Romani adolescentes ut altissimum caperet in scholasticis controversiis suadebant, reiecta omni reipublicae cura. Nos secus hunc locum accipientes, non *somno* cum Hermolao legimus, sed *somnio*, ut alii emendarunt, et apog. habet Tolet. de quo antequam loquamur, illud legentes nosse oportet, Syllam commentarios rerum suarum conscripsisse, ac Lucullo graecarum iuxta latinarumque litterarum peritissimo nuncupasse, quorum vigesimum secundum librum absolvit, biduo antequam e vita discederet. Cuius rei auctor est Plutarchus in vita Luculli, et in vita Syllae. Deinde illud quoque noscendum, Syllam summam habuisse fidem somniorum visis, ut ex eodem liquet Plutarcho in Sylla his verbis: *Lucullum etiam in commentariis quos ad illum inscripsit, commonefecit, nihil tam stabile duceret, quam quod noctu sibi numen imperoret.* Et aliquanto post: *Ferunt et dormienti Syllae visam esse deam, quam Romani eximio veneratione colunt, accepto ex Cappadocibus disciplina, sive Luna sit, sive Minerva, sive Bellona. Hanc sibi adstitisse Sylla existimavit, et posito manibus fulmine nominatim ut suos feriret inimicos imperasse, eosque percussos collabi atque deleri. Eo ex insomnio spe plenus, cunctis collegae expositis, Romam ductabat exercitum.* Haec Plutarchus: qui eodem quoque loco non longe a fine somnium quod Sylla vidit, paulo antequam e vita migraret, his verbis exsequitur: *Sylla non modo suum praevidit interitum, verum etiam quodam modo scriptis eum commendavit, nam vigesimum secundum commentariorum librum biduo antequam mortuus est, scribendi finem fecit; ubi Chaldaeos sibi praedixisse affirmat, quod ei, quum beate vixisset, in ipso felicitatis vigore moriendum esset. Scribit etiam filium, qui paulo ante Metellam expiraverat, per quietem sibi adsistentem, patrem suppliciter obsecrantem, ut ab his se curis absolveret, eumque cum eo ad matrem Metellam quiete et omni negotiorum abiecta curo cum illa vitam duxisse.* Appianus etiam Alexandrinus bellorum civilium lib. I, de somnio Syllae paulo ante mortem, sic narrat: *Ferunt Syllam quum in agris esset, daemonem quemdam per somnium adspexisse, seque ab illo vocari existimavisse: quod somnium quum omicis mane retulisset, summa celeritate testamentum conscripsisse, insequentique nocte obsignato eo, quum febris accessisset sexagesimo exacto anno e vita discessisse.* Hactenus Appianus. In hoc igitur insomnio, sive idem sit cum eo quod Plutarchus narrat, seu aliud ab eo, Syllae dictum

suae defuisse confessus est, quod Capitolium non dedicavisset.

XLV. Quintus Metellus in ea oratione, quam habuit supremis laudibus patris sui L. Metelli, pontificis, bis consulis, dictatoris, magistri equitum, quindecimviri agris dandis, qui primus elephantos ex primo Punico bello duxit in triumpho, scriptum reli-

fuisse existimamus, vel a filio, vel a daemone quem vidit, vel ab aliquo qui ei per quietem apparuerit, invidiam ab eo uno gloria superatam. Nam quod Appianus ait, exposito amicis somnio summa celeritate testamentum conscripsisse, insequentique nocte decessisse, mire quadrat cum his Plinianis et supremo somnio eius, cui immortuus quodammodo est. Haec annotasse quamvis nulla inerat Plinianis varbis menda, non fuerit alienum, ut doctis minime necessaria, ita caetaria non magno opere poenitenda. Pint.

Capitolium. Tacitus Hist. lib. III, pag. 77 : *Capitolii curam victor Sylla suscepit, neque tamen dedicavit: hoc solum felicitati eius negatum*. Sylla morte praevento, Catulum dedicasse auctor est Plutarchus in Poplicola pag. 104. Hard.

XLV. *Quintus Metellus*. E Caeciliorum familia. Consulatum gessit anno V. C. 548. Hard.

Bis Consulis. Primum, anno 503, Cn. Furio collega. Secundum, anno 507, cum Numerio Fabio Buteone. Hard.

Quindecimviri. Ita MSS. fere omnes. Alii tamen *XIIviri* legunt. Agrum de hostibus captum, vel publicum, populi rom. colonis, emeritisve militibus dividebant. Inde leges Agrariae nuncupatae. Haec divisio fiebat per curatores agrariae, vel triumviros, vel quinqueviros, vel septemviros, vel decemviros, vel quindecimviros, vel denique vigintiviros; qui triumviri, Vviri, Xviri, etc. agris dandis, assignandis, vel coloniae deducendae sunt dicti. Hoc de more multa habet Sigonius, de Iure Italiae lib. II, c. 2; quem adi. Haan.

Qui primus elephantos ex primo Punico bello duxit in triumpho. L. Metellum pontificem duxisse primum elephantos in triumpho primo Punico bello, longe a veritate abhorret. Idque ne longe exempla petantur, Plinius docet l. VIII, cap. 6. Cuius verba, ad roborandam sententiam nostram, necessarium erit apponere: *Elephantes*, inquit, *Italia primum vidit Pyrrhi regis bello, et boves Lucas appellavit, in Lucanis visos anno Vrbis 472; Roma autem in triumpho, septem annis ad superiorem numerum additis*. Triumphus autem hic, si quis hoc desideret, Manii Curii fuit de Pyrrho rege, qui superiorum omnium speciosissimus fuit. De quo L. Florus libro primo, capite de Bello Tarentino, ita loquitur: *Neque ullus pulchrior in urbem, aut speciosior triumphus intravit, quam ante hunc diem nil nisi pecora Volscorum, greges Sabinorum, carpenta Gallorum, fracta Samnitum arma vidisset. Tunc si ca-*

quit, decem maximas res optimasque, in quibus quaerendis sapientes aetatem exigerint, consummasse eum.
2 Voluisse enim primarium bellatorem esse, optimum oratorem, [1] fortissimum imperatorem, auspicio suo maximas res geri, maximo honore uti, summa sapientia esse, summum senatorem haberi, pecuniam magnam bono modo invenire, multos liberos relinquere, et clarissimum in civitate esse: haec contigisse ei, nec ulli alii post Romam conditam. Longum est refellere et supervacuum, abunde uno casu refu-

ptivos adspiceres, Molossi, Thessali, Macedones, Brutius, Apulus atque Lucanus; si pompas, aurum, purpura, signa, tabulae, Tarentinaeque deliciae. Sed nihil libentius populus romanus adspexit, quam illas quas timuerat cum turribus suis feras, quae non sine sensu captivitatis submissis cervicibus victores equos sequebantur. Haec Florus: quae et Livii epitome confirmat, itemque Polybius primo volumine, et plerique alii historici. Patet ergo elephantos in triumpho non primum duxisse L. Metellum pontificem, sed Manium Curium, pulso ex Italia Pyrrho rege annos ante circiter xxv. Quid igitur est? Nimirum legendum hic esse, non *primus elephantos*, sed *plurimos elephantos*, cuius castigationis Plinius ipse duobus locis est auctor; tum lib. VIII, capite sexto, his verbis: *Eadem plurimos anno DII victoria L. Metelli pontificis in Sicilia de Poenis captos, CXLII fuere;* tum libro VIII, capite 3: *M.* inquit *Varro auctor est, quum L. Metellus triumpho plurimos duxit elephantos, assibus singulis farris modios fuisse.* Patet igitur Manium Curium elephantos primum aliquot triumpho duxisse. Post eum plurimos, primo bello Punico, L. Metellum pontificem. Sic et fides historiae constabit, et Plinius non dissentiet a seipso. PINTIAN. — Consentire hoc loco mirifice exemplaria omnia monet Harduinus; nec tamen Pintianum reprehendit. Nos prioris erudita verba haclenus tangunt, ut errasse Plinium hic putemus, non librarios. Nam potuit facillime Plinius circa rem nec omnibus, nec exacte notam falli; porro omnia haec, de qua et controversia est, differentia non ultra octo annos patet. Sed Plinius, forsan dices, libro VIII, ad Pyrrhi bellum elephantos refert in triumpho primum ductos. Quid in hac inconstantia mirum? Pleraque Noster eo tempore statim quo legebat, excerpebat, exscribebat; potuit vero varios pervolvere, in eodem facto tradendo non unanimes. AJ.

Voluisse. Cod. Salm. *valuisse.* AJ.

(1) Suspicatur Pintianus posse legi: *In quibus quaerendis sapientes aetatem exigerent, consummasse aevo. Fuisse enim primarium bellatorem, optimum oratorem*, etc. Non probe. Nam pleonasmus esset e τοῦ *fuisse* et mox *haec contigisse ei*; dum gradatio in *voluisse, fuisse* et *contigisse*. AJ.

tante. Siquidem is Metellus orbam luminibus exegit senectam, amissis incendio, quum Palladium raperet ex aede Vestae, memorabili causa, sed eventu misero. Quo fit, ut infelix quidem dici non debeat; felix tamen non possit. Tribuit ei populus romanus, quod nunquam ulli alii ab condito aevo, ut quoties in senatum iret, curru veheretur ad Curiam. Magnum et sublime, sed pro oculis datum.

(XLIV.) Huius quoque Q. Metelli, qui illa de patre 3
dixerat, filius, inter rara felicitatis humanae exempla numeratur. Nam praeter honores amplissimos cognomenque e Macedonia, a quatuor filiis illatus rogo, uno praetorio, tribus consularibus, duobus triumphalibus, uno censorio: quae singula quoque paucis

Is Metellus. Epitome Livii, lib. XIX: *Quum templum Vestae arderet, Caecilius Metellus Pont. Max. ex incendio sacra rapuit.* Anno Vrbis 512. Id argumentum est declamationis perelegantis apud Senecam patrem, Controv. lib. IV, 11, pag. 243. Id etiam describit Ovidius, Fastor. lib. VI, vers. 437, et Valer. Max. lib. I, cap. 5. Haad.

Quod nunquam. Ergo falsus Gellius, qui lib. III, cap. 18, senatores omnes ait qui sella curuli usi essent, Veterum aetate curru solitos honoris gratia in Curiam vehi. Id unum concessum Metello: neque tam dignitati datum, quam pietati, et ex pietate profectae luminum orbitati. Hasd. — In hoc reor Harduinum falli, quod non intelligat publice, h. e. publico sumptu vectum Metellum. Dispiciant alii. Az.

Filius. Cui pariter Quinti praenomen fuit.

Nam praeter. Praeter consulatus decus, imperatoriam potestatem, speciosissimi triumphi praetextam, inquit Valerius Maximus, lib. VII, c. 4, n. 4, p. 334. Hasd.

Quatuor filiis... uno praetorio.... uno censorio. Hucusque editi libri praeferunt *uno praetore*; pro quo scribendum reor *uno praetorio*, ex Valerio, M. de Felicit. l. VII, c. 4. Praeterea si unus erat praetorius, tres consulares, duo triumphales, unus censorius, septem fuerunt, non quatuor. Respondendum arbitror, quatuor fuisse, ut Plinius ait: *Vnum praetorium, tres consulares*; sed ex his tribus, qui fuerunt consulares, duos praeter consularem dignitatem triumphales etiam fuisse, tertium etiam censorium. Alioqui de numero filiorum huius Metelli magna est inter auctores dissensio. Plinius supra cap. 13, sex liberos reliquisse tradit, undecim nepotes, nurus vero generosque qui se patris appellatione salutarent, XXII. Vnde non abs re hic Plinius: *Convolante*, ait, *tam numerosa illa cohorte quae eum patrem ap-*

contigere: in ipso tamen flore dignationis suae ab C. Attinio Labeone, cui cognomen fuit Macerioni, tribuno plebis, quem e senatu censor eiecerat, revertens e campo meridiano tempore, vacuo foro et Capitolio, ad Tarpeium raptus, ut praecipitaretur; convolante quidem tam numerosa illa cohorte, quae pa-

pellabat. Valer. Max. lib. et c. ante citatis, septem liberos habuisse tradit, viros quatuor, feminas tres. Augustinus secundo de civitate Dei cap. XXIII, quinque scribit, consulares omnes. Plutarchus in libro qui inscribitur de Fortuna Romanorum, senem inquit Caecilium Metellum Macedonicum elatum a quatuor filiis consularibus, qui nominati fuerint Q. Balearicus, L. Diadematus, M. Metellus, C. Caprarius. Nepos de viris illustribus: *hic*, ait, *quatuor filiorum pater supremo tempore humeris eorum ad sepulcrum latus est.* Velleius Paterculus priore volumine: *Quatuor filios sustulit, omnes adultae aetatis vidit, omnes reliquit superstites et honoratissimos. Mortui eius lectum pro rostris sustulerunt quatuor filii, unus consularis et censorius, alter consularis, tertius consul, quartus candidatus consulatus: quem honorem adeptus est.* PINTIAN. — Quatuor quoque Val. Max. loco cit. quum Augustinus de Civit. lib. II, c. 23, quinque Metelli filios consulares ait fuisse. Errem ergo in numero subesse necesse est, quum quatuor fuisse omnino ex caeteris scriptoribus constet. Accurate et scite Velleius lib. I, pag. 5: *Vix ullius gentis*, inquit, *aetatis, ordinis, hominem inveneris, cuius felicitatem fortunae Metelli compares. Nam praeter excellentes triumphos.... quatuor filios sustulit.... hoc est numerum magis feliciter de vita migrare, quam mori.* HAAD. — Caeterum adverte gradationem. Consulatus est prior cum triumpho et censura, ac ratior; nam omnis triumphalis ac censor, consul; non vice versa. AJ.

In ipso flore dignationis suae. Dignatio, non idem ac *dignitas*; sed illius viri status quem dignitates condecorant. Sic et apud Graecos ἀξίωσις et ἀξίωμα. AJ.

C. Attinio. Hactenus editi, *Cattinio*, ex adhaesu scilicet litterarum, quas disiungi oportuit. Epitome Livii lib. LIX: *C. Attinius Labeo tribunus plebis Q. Metellum censorem, a quo in senatu legendo praeteritus erat, de saxo deiici iussit: quod ne fieret, caeteri tribuni plebis auxilio quam maxime fuerunt.* H. — Quod hic de Labeone, alibi et de M. Druso legimus, qui tribunus plebis Philippum consulem, qui concionantem interpellasset, tam praecipitem in carcerem egit, ut multa vis sanguinis e naribus flueret. Alex. ab Alex. I, 3. Idem exemplum narrat idem scriptor lib. III, c. 13, de P. Sempronio tribuno plebis, qui nisi collega obstitisset, Appium Claudium censorem in vincula duci iusserat. DALEC.

Ad Tarpeium. Proditores, hostesve, e saxo Tarpeio Romae olim deiectos. sed et ordinarium ac legitimum fuisse poenae genus, multis probat P. Faber, Semestr. lib. I, c. 18. H. — De rupe Tarpeia ad. et

trem eum appellabat, sed (ut necesse erat in subito) tarde et tanquam in exsequias, quum resistendi sacroque-sanctum repellendi ius non esset, virtutis suae opera et censurae periturus, aegre tribuno, qui intercederet, reperto, a limine ipso mortis revocatus; alieno beneficio postea vixit, bonis inde etiam consecratis, a damnato suo, tanquam parum esset: faucium certe intortarum, expressiqûe per aures san-

conf. Turn. Advers. lib. IV, cap. 9. As.

Sacroquesanctum. Sacrosanctus dicebatur tribunus pleb. quem violari nefas erat, qui sine capitali piaculo attingi violenter non poterat. Liv. IX: *Tum Posthumius: Interea dedite,* inquit, *profanos nos, quos salva religione potestis; dedetis deinde et istos sacrosanctos, quum primum magistratu abierint.* Hinc tribunitiae potestatis nomen ac ius avide imperatores, annis imperii sui singulis asseri sibi, atque adeo in nummis exeudi signarique cupierunt. Tribunus autem, qui postea intercessisse dicitur, ne Metellus praecipitaretur, tribunus militum fuit, qui Metellum petiit, veluti eo cive egeret, quem militem pro suo iure conscriberet: nam id unum efficere potuit; integro nihilominus tribuoi plebis iudicio, de bonis Metelli consecrandis: quod et factum fuisse Plinius admonet. Nam Metellum hominem suum facere tribunus militum potuit: bona Metelli sua facere non potuit. H. — Caeterum res de qua ibi sermo est accidit anno post Vrbem cond. 624, ante Chr. nat. 130, C. Claudio Pulchro, C. (vel M.) Perpenna coss. As.

Virtutis suae opera et censurae periturus. Erratum hic etiam in ordine verborum. Nam haec verba post illa haud dubie sequi debent, quae paulo ante praecesserunt, *Ad Tarpeium raptus ut praecipitaretur.* Subiice statim, *virtutis suae opera et censurae periturus.* Pint.

Consecratis. Eius qui damnatus fuerat bona solemnibus verbis, focnlo in rostris posito, adhibitoque tibicine, consecrabant alicui deo deaeve: quo de more Tullium vide in oratione pro Domo sua, quam Clodius eo ritu consecrarat. H.

A damnato suo. Ita Reg. 1, 2, Chifflet. Paris. aliique omnes MSS. codices; ubi editi perperam habent, *a damnatu suo.* Nec saoe feliciter coniecit hoc loco Pellicerius in notis MSS. qui legendum censuit, *ac damnatus voto.* Perinde ac si voti alicuius reus bona ipse sua Metellus sponte consecrarit: quae ab inimico suo C. Attiuio consecrata docet Tullius, orat. pro Domo sua ad Pontif. n. 123: *Atqui C. Attinius,* inquit, *patrum memoria, bona Q. Metelli, qui eum ex senatu censor eiecerat, avi tui, Q. Metelle, et tui, P. Servili, et proavi tui, P. Scipio, consecravit, foculo posito in Rostris, adhibitoque tibicine,* etc. H. — Sensus: Ab eo quem senatu ipse moverat, damnaveratque antea. Pint.

Faucium certe intortarum. Magistratus, si quis imperio suo parum

guinis poena exacta est. Equidem et Africani sequentis inimicum fuisse, inter calamitates duxerim, ipso teste Macedonico. Siquidem liberis dixit: « Ite filii, celebrate exsequias: nunquam civis maioris funus videbitis. » Et hoc dicebat iam Balearicis et Diadematis, iam Macedonicus ipse. Verum ut illa sola iniuria

obediret, ipsi manu iniecta in collum insiliebat, ac torquebat, tanquam en genere poenae coërcens. Turn. lib. XXVIII, cap. 34. Cicer. in Verrem lib. VI: *Quem obtorta gula de convivio in vincula atque in tenebras abripi iussit.* Plaut. in Rud. *opta ocius, Rapi an obtorto collo mavis, aut trahi?* Dal.

Africani sequentis. Hoc est, Africani minoris, sive posterioris. Ita c. 59 libri huius: *Primus omnium radi quotidie instituit Africanus sequens.* Hard.

Balearicis. Vnus tantum Balearicus. Sed plurali usam Secundi nostri latinitatem ne magis mirere, quam nos in πολυθρυλλήτοις *les Homères, les Virgiles*, etc. Aj.

Et Diadematis. In libris omnibus hactenus editis legitur, *et Creticis et Diadematis* Sed absunt hae voces, *et Creticis*, a Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Tolet. aliisque MSS. et vero abesse debent: nihil enim hic Cretico opus Metello. Qui enim Metelli Macedonici filii nunc appellantur iidem nepotes sunt Q. Caecilii Metelli, de quo capite sup. dictum est: qui vero Cretici nomen adeptus est, is patrem habuit eiusdem Caecilii abnepotem, ex Metello Calvo Metelli Macedonici fratre. Ingens est ἀνιστορησία Flori, qui lib. III, cap. 8, p. 149, Metellum Balearicum Cretici fratrem facit. *Diadematis* porro ut *Dalmaticis* anteferremus, quanquam idem Metellus Dalmaticus fuerit, qui et Diademati cognomen accepit, fecit exemplarium vetustorum conspirans consensio, ut monuimus in prioribus notis. H. — Et Plutarchi consensio apprime Nostro favet, dum in lib. περὶ τῆς Ρωμαϊκῆς τύχης, filios quatuor enumerat, a quibus elatus est Metellus: Καικίλιος Μέτελλος, inquit, ὁ Μακεδονικὸς γέρων, ὑπὸ τεσσάρων παίδων ὑπατικῶν ἐκκομιζόμενος, Κοΐντου Βαλεαρίκου, καὶ Λευκίου Διαδούμα, καὶ Μάρκου Μετέλλου, καὶ Γαΐου Καπραρίου, etc. Ὑπατικῶν vero parum exacte; nam quo tempore elatus pater, tres tantum ὑπατικοί · siquidem Caprarius, anno uno post patrem defunctum, consul est factus. Caeterum *Diadematus* primo intuitu idem tibi forsan quod Diadumenos imperii temporibus videbitur; id enim cognominis fuit imp. Opil. Macrini filio. Frustra; nam hunc de quo Plinius b. l. innuit, aiunt Diadematum vocatum fuisse, quod ulceratam frontem diademate, id est, fascia (nam δεῖν graece *ligare*, et διάδημα quasi *ligamen* capiti circumdatum) diu ligaverit. Cf. Plut. in Coriol. Et Sigon. *Quum Pompeius ulceratum crus fascia vinctum circumferret, Favonius quidam amare dixit, nihil referre qua in parte diadema gestaret.* Cael. Rhodig. lib. XXIV, cap. 6. Caeterum in Metellorum familia quosdam fuisse Diadematos Cicero tradit. Aj.

aestimetur, quis hunc iure felicem dixerit, periclitatum ad libidinem inimici, nec Africani saltem, perire? Quos hostes vicisse tanti fuit? aut quos non 5 honores currusque illa sua violentia fortuna retroegit, per mediam Vrbem censore tracto (etenim sola haec morandi ratio fuerat), tracto in Capitolium illud, in quod triumphans ipse de eorum exuviis, ne captivos quidem sic traxerat? Maius hoc scelus felicitate consecuta factum est, periclitato Macedonico vel funus tantum ac tale perdere, in quo a triumphalibus liberis portaretur in rogum, velut exsequiis quoque triumphans. Nulla est profecto solida felicitas, quam contumelia ulla vitae rumpit, nedum tanta. Quod superest, nescio morum gloriae, an indignationis dolori accedat, inter tot Metellos tam sceleratam C. Attinii audaciam semper fuisse inultam.

Periclitatum. Etsi, inquit, omnia felicissime Metello huic obligissent, felicem tamen illum appellare qui licet, periclitatum perire, hoc est, ex quo periculum subiit pereundi ad libidinem inimici: non Africani quidem; tolerabilius id enim fuisset: quandoquidem mors eo miserior, quo ab hoste vilior infertur; sed C. Attinii, uti paulo antea prodidimus. Hard.

Sola haec morandi. Tractus est, inquit, non ductus per mediam Vrbem in Capitolium Metellus; quoniam nulla alia ratio tunc reperiri potuit interponendae moraе, differendaeque necis: secus enim, citius ascenso Tarpeio, prius idem praecipitatus fuisset, quam tribunus alius, qui intercederet, reperiretur. Libri vulgati, *moriendi*, male. H.

De eorum. Scilicet captivorum, qui pone currum triumphalem sequebantur. H.

Nescio. Hic Pellicerii verbis utar, e nullis MSS. quibus hunc locum commentatur. Quod restat subiecturusque sum, inquit Plinius, de inulta hac tam insigni tribuni violentia, utrum pertineat ad augendam gloriam morum illius aetatis, sive Metellorum, ob huiusceemodi iniuriam patriae legibus condonatam, an potius ad augendum dolorem indignantium tanto sceleri vindicem defuisse, ambigo. H. — Subindicat Plin. maiorem ulciscendi libidinem aetate sua regnasse, quam Metellorum, de quibus loquitur, tempore, quum mores populi romani adhuc minus corrupti essent. Gelen.

C. Attinii. Ita rescripsimus, pro *Cattinii*, uti paulo ante monuimus. Hard.

XLVI. (XLV.) In Divo quoque Augusto, quem universa mortalitas in hac censura nuncupat, si diligenter aestimentur cuncta, magna sortis humanae reperiantur volumina. Repulsa in magisterio equitum apud avunculum, et contra petitionem eius praelatus Lepidus: proscriptionis invidia, collegium in triumviratu pessimorum civium, nec aequa saltem portio-

XLV. *In Divo quoque Augusto*, etc. Ita leg. *In Divo quoque Augusto quem universa mortalitas in hac censura nuncupat, si diligenter aestimetur quam magna sortis humanae volumina.* Per *sortis humanae volumina* intelligit auctor, variantes et volubiles fortunae vices. SALM.

In hac censura. In hominum fellicium albo ac numero. *Censura* a *censendo* est. H.

Magna sortis. Solinus, de Augusto cap. 1, pag. 5, hunc locum exscribens: *Tanta, et tot eius in vita inveniuntur adversa, ut non sit facile discernere, calamitosior, an beatior fuerit.* HARD.

Repulsa. Simia Plinii Solinus l. c. *Quod apud avunculum in petitione magisterii equitum praelatus est ei Lepidus tribunus, cum quadam auspicantium coeptorum nota.* Caesar Octavii, qui postea Augustus fuit, avunculus (hoc est, cui soror fuit Iulia Caesar Octavii coniua, alterius Octavii mater, qui ex adoptione Caesaris dictatoris, bonorum ipsius institutus heres, pro Octavio deinceps dictus est Caesar); ille avunculus Caesar, inquam, quum ipse dictator et consul tertium foret, Aemilium Lepidum delegit magistrum equitum: Octavium non ante biennium subsecutum, quum ipse consulatum quintum ac dictaturam gerere, ut quidem auctor est Dio l. XLIII, pag. 244 et 239. Vt porro magister equitum dicebatur praefectus equestribus copiis, sic pedestrium, aevo Augusti, magister iuventutis appellabatur, qui postes princeps iuventutis. Testis est argenteus in gaza regia asservatus nummus perpulcher inscriptus, C. MITREIVS L. F. MAG. IVVENT. cum vultu Caesaris Augusti. Pars altera in laurea exhibet XII, hoc est, *Legio duodecima*, ut videtur. H.

Contra petitionem eius, etc. Lege: *contra petitionem eius praelatus Lepidus, ad proscriptionis invidiam, collegium in triumviratu pessimorum civium.* Id est, praeter proscriptiones iuita societas cum pessimis civibus. SALM.

Proscriptionis invidia, collegium in triumviratu pessimorum civium. Considerandum hoc loco est qua fide alio Solinus, quam Plinius, ordine haec digesserit, quum Plinium tamen describeret cap. 1, pag. 5: *Mox triumviratus collegium, praegravi potestate Antonii. Inde proscriptionis invidia;* ita ut proscriptio triumviratum non antecesserit, sed secuta sit. An quoniam in triumviratu obstitisse diu Augustum, ne qua proscriptio fieret, auctor est Suetonius? H. — Quam huic tamen vox publica attribuit. AJ.

ne, sed praegravi Antonio: Philippensi praelio morbus, fuga, et triduo in palude aegroti, et (ut fatentur Agrippa et Maecenas) aqua subter cutem fusa turgidi, latebra: naufragia Sicula, et alia ibi quoque in spelunca occultatio. Iam in navali fuga urgente hostium 2
manu, preces Proculeio mortis admotae: cura Peru-

Nec aequo soltem portione, sed praegravi Antonio. Vbi quidam codices, *praegravante*, metaphora a lancibus ponderariis ducta, in quibus illa pars quae praeponderat leviorem praegravat, καθίλκει. Salm.

Morbus, etc. Inter Augusti infelicitates, inquit, referri merito potest, quod primo Philippensi praelio, in quo Cassius cecidit, morbo affectus fuerit, et quod per Brutum inclinata acie cui ipse praeerat, fugerit, in proximaque palude aegrotus, atque etiam hydropicus latuerit. Rem prolixe narrat Appianus, de Bell. Civ. lib. IV, pag. 654, ubi et de palude meminit, a meridie subiecta Philippis, et usque ad mare pertinente. De Augusti eo morbo, Dio consulendus lib. XLVII, p. 351 et 353. Item Suetonius in Augusto cap. XIII. Sic Archelaum Mithridatis ducem, triduo nudum in paludibus latuisse, copiis eius ferme exstinctis, refert Eutropius lib. V, p. 781. H.

Philippensi... in palude aegroti, et ut fat. Agrippa et M. aqua, etc. Emendandum censeo et legendum: *Philippensi praelio morbus, fuga et triduo in palude aegroti, et ut fatentur Agrippa et Maecenas, aquo subter cutem fusa, turgida latera.* Salm. — In libris editis, *in palude latebrae aegroti.* Sed hanc vocem *latebrae* hoc loco non agnoscunt MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chiffl. illusve, quod sciam, alius: mox vero, ubi *turgido latero* lidem libri editi exhibent, quod sane perabsurdum est (quis enim aqua subter cutem fusa turgescere latera dixit?) MSS. supra laudati omnes, uti edidimus, *turgidi*, *latebro*, prae se feruot. Haao.

Naufragia. Haec Solious ad verbum cap. 1, pag. 5, et Suetonius in Augusto cap. XVI. Meminit duplicis naufragii, quo magna pars navium Augusti tempestate periit, quum adversus Sex. Pompeium moveret, Appian. Bell. Civ. lib. V, p. 724 et 729. Fusius mox nos. H.

Proculeio. Preces humiles, inquit, quibus in ea navali fuga enixe a liberto suo Proculeio contendit, uti imminentem ab hostibus capiti suo cladem mortemque, qua posset via et arte depelleret. Admotam mortem, vicinam interpretor: sic enim cecinit Lucanus lib. VII, vers. 50: *Mortis vicinae properantes admovet horas.* Et lib. IV, vers. 480: *Nec gloria leti Inferior, iuvenes, admoto occurrere fato.* Haan. — *Iam in n. fuga ur. hostium manu, preces Proculeio mortis admotae*, etc. Hanc vocem, *Proculeio*, constantissime codices manu exarati omnes agnoscunt: etsi quidam, qui sincerum vas cupiunt incrustare, legi volunt, *pro periculo mortis admotae.* Praeter Horatium, cuius haec libri II, Ode II: *Vivet extento Proculeius aevo*, etc. meminit Plinius ipse lib. XXXVI, cap. 59, C.

sinae contentionis: sollicitudo Martis Actiaci: Pannonicis bellis ruina e turri: tot seditiones militum, tot

Proculeii, qui *Augusti Caesaris familiaritate subnixus, in maximo stomachi dolore gypso poto, dicitur conscivisse sibi mortem.* Γάϊον Προκουλήϊον ἱππία appellat Dio Cass. Hist. lib. LI, pag. 450. Et Sueton. in August. c. LXVII: *Proculeium*, inquit, *ex acceptissimis libertis mori coëgit, compertum adulterare matronas.* Atque huius quidem posterioris loci admonitu, fuit aliquando quum Plinianae orationis interpunctionem mutari vellem, ac longe secus interpretarer, quam a me factum est in notis prioribus: nempe in hunc modum: *Iam in navali fuga, urgente hostium manu, preces: Proculeio mortis admotae cura: Perusinae contentiones: sollicitudo*, etc. Cura mortis admotae, sollicitudinem aliquam doloremve animi signari tum putabam, ob necem acceptissimo sibi liberto illatam. Sed vetat Solinus cap. 1, p. 5, quominus quidquam moveam, quum integra de Proculeio clausula neglecta (de qua quid statueret, non habebat) vocem hanc *curam*, Perusinae contentioni adnectit affigitque, a recepta lectione haud visus abscedere. Vt ut est, navalis fuga, de qua nunc sermo, ea videtur esse quam idem Suetonius describit in Augusto cap. XVI: *Traiecto*, inquit, *in Siciliam exercitu, quum partem reliquam copiarum continenti repeteret, oppressus ex improviso a Demochare et Apollophane, praefectis Pompeii, uno demum navigio aegerrime effugit.* HARD.

Perusinae. Suetonius, de Augusto cap. XIV: *Quo tempore L. Antonium, fiducia consulatus quem gerebat, ac fraternae potentiae, res novas molientem, Perusiam confugere coëgit, et ad deditionem fame compulit; non tamen sine magnis suis, et ante bellum et in bello, discriminibus... Circa Perusinum autem murum sacrificans, paene interceptus est a manu gladiatorum, quae oppido eruperat.* H.

Martis Actiaci. Pugna apud Actium habita, anceps diu certamen, quod Augustum valde sollicitum habuit, Cleopatrae consternatio in Antonii denique vertit exitium. H.

Pannonicis bellis ruina e turri. Ita rescripsimus, *pro Pannonici belli*, ex MSS. ante laudatis, et ex veter. cod. Dalec. Quod vero sequitur, *ruina e turri*, quae eorumdem codicum est consentiens admodum scriptura, Parmensis editio, alineque vetustae ante Sigism. Gelenium, *ruinae pontis* exhibent: quae sane lectio non poenitenda Tranquilli testimonio stabiliri egregie videtur, de Augusto ita scribentis cap XX: *Dalmatico bello etiam vulnera excepit: una acie dextrum genu lapide ictus; altera autem, et crus et utrumque brachium ruina pontis contusciatus*, etc. Sed nimirum subsecuti Plinii editores, qui quae vis huic voci *pons* subesset, haud plane perciperent, refingere Plinii textum ex Suetonio voluerunt, neglecta veteri scriptura. At pontem illi apud Suetonium intelligere debuerunt, machinam bellicam, qualem describit Vegetius lib. IV, c. 24, his verbis: *Exostra*, inquit, *dicitur pons, qui de turri in murum protruditur.* Huius pontis ruinam, *ruinam e turri* cui is innitebatur, recte Plinius appellavit. Dio similiter l. XLIX,

ancipites morbi corporis: suspecta Marcelli vota: pudenda Agrippae ablegatio: toties petita insidiis vita, incusatae liberorum mortes, luctusque non tan-

pag. 412: Αὐτόν τε ἐκεῖνον ἀπὸ πύργου τινὸς ξυλίνου ἐπιβῆναι τοῦ περιβόλου πειρώμενον κατέτρωσαν. *Caesarem e lignea turri murum conscendere conantem, graviter sauciaverunt.* Sed rem multo expressius uberiusque Appianus explanat lib. de Bell. Illyr. pag. 764, quem consule. In MS. nostro legitur, *Pannonici*; et secunda manu, *Pannonicique belli*; deinde, *ruinae in curru.* H.

Tot seditiones. De his Sueton. cap. XVII. H. Vide et Senec. de Clement. lib. I, c. 9 et seq. Aj.

Morbi corporis. Describit prolixe Suetonius c. LXXX et LXXXI. H.

Marcelli vota. Quasi conceperit aliquid cupiveritque contra Augustum, inquit Lipsius in Tac. Annal. lib. I, p. 3, amore pristini status, et libertatis. Verius istud, quam suspecta fuisse Augusto populi romani erga Marcellum vota, hoc est, studia ac voluntates: quamvis id haud obscure Tacitus innuat, quum ait, Annal. lib. II, pag. 53: *Flagrantibus plebis studiis intra iuventam ereptum, breves et infaustos populi romani amores.* Vt ut est, improbamus interim eorum coniecturam qui legunt, omnibus libris reclamantibus, *suspecta Marcelli vita.* Hard.

Agrippae) "Quum Agrippa, *ut ait Sueton. in Augusto c.* LXVI, ex levi frigoris suspicione, et quod Marcellus sibi anteferretur, Mitylenas se, relictis omnibus, contulit, etc. Id accidisse anno Vrb. C. 731, Augusto II, Calpurnio Pisone coss. scribit Dio lib. LIII, pag. 518. Pudenda Augusto haec ablegatio, vel quod parum fortis ac constantis viri, vel quod parum grati. Hard.

Toties petita insidiis vita. Praesertim a L. Corn. Cinna; Seneca, de Clement. lib. I Illum a Valerio significari lib. IX, c. 11, censet Brod. cap. XXVII, quem apud inferos, si illic receptus esset, quae mereretur, supplicia pendere Valerius scribit. Sueton. Aug. cap. XIX, et ibi Laev. Torrent. Dal. — Cf. Dio lib. LIV, p. 522, qui coniurationem describit Fabii Caepionis ac Muraenae in Augusti vitam; aliam rursum, cuius auctores non appellat pag. 530; tertiam Cornel. Cinnae lib. LV, p. 555. Hard.

Incusatae. Liberorum mors exprobrata; conceptaque tristitia, non ob iacturam liberorum tantum, sed et ob iacturae modum. H. — Nonne et quia a propinquis interemptos clam mussitabatur? Et in Augusteo palatio, ut fere Aeschylus, Αὐτόφονα κακά, κἀρτάναι, Παιδὸν σφαγεῖον καὶ πέδον ῥαντήριον; Neque enim Liviae in his omnibus, nec Tiberii innocentia alicui historiae, aut ethicae politicae gnaro comperta erit. Aj.

Liberorum Haec Solin. ad verbum cap. 1, pag. 5. Caium intelligit et Lucium, nepotes ex Iulia filia, et M. Agrippa, quos fecit sibi filios adoptione Augustus. Haso. — Fuit et tertius, cui nomen Posthumus, quia nempe post humatum patrem natus est. Hic ab avo adoptatus, exsulavit mox in Planasia, Liviae artibus, et imperantis Tiberii primis diebus interfectus est. Mortui posthac nescio

tum orbitate tristes: adulterium filiae, et consilia parricidae palam facta: contumeliosus privigni Neronis secessus: aliud neptis adulterium: iuncta deinde tot mala: inopia stipendii, rebellio Illyrici, servitiorum

quis personam egit; (vid. Tac. Annal. lib. II) nisi vere hic Postbumus fuit, servorum ope incolumis, ut Petrum III Catharinae *von Anhalt-Zerbst* coniugis iussu interfectum, quidam aiunt evasisse et in secessu senectam et quietem nactum. Caeterum hunc senex Augustus nonnumquam recordabatur, desiderabatque flens, et invisit semel, ut e not. p. 176 subiecta potes videre. Cf. et not. 2 eiusd. pag. ubi et hunc Caesarum amorem, nam Caesares veri Caius, Lucius, Posthumus, et Nasoni et aliis vitio datum a Tiberio et matre perspicies. Aj.

Luctasque non tantum orbitate tristes. Legendum: *Luctusque non tantum orbitate tristis.* Luctus Augusti non tantum tristis orbitate, sed etiam ob incussatas mortes liberorum. Salm. — Mortuos esse anno V. C. 748, Laelio Balbo, C. Antistio Vet. coss. Dio scribit locu proxime citato: magno errore, si vel fastis credimus, qui Caium gessisse consulatum ponunt anno 754. Hard.

Adulterium. Solinus: *Detectum filiae adulterium, et voluntas parricidialis: nec minore dedecore neptis infamia.* Vide Suetonium in Tiberio cap. xi; et in Augusto cap. lxv. Huius adulterii causa, re cum senatu communicata, filiam Iuliam in Pandatariam Campaniae insulam relegavit. Dio loco citato. Quod quum Plinius hoc loco reticeat, negare videtur. Et moribus certe mutatis, optimam postea principem exstitisse Iuliam, nummi testantur antiqui, tum qui vivo ac regente imperium Tiberio, Iuliae nomine percussi sunt, cum anno utriusque principatus secundo et quarto, L. B. et L. Δ. tum vero in primis ille perrarus ac singularis e museo nostro argenteus, inscriptus: DIVA IVLIA AVGVSTA, cum vultu ipsius: in altera nummi parte, ipsa ramum oleae tenens, vehitur curru iuncto duobus elephantis, ad significandam vetustatem geminae gentis, ex qua Iulia Augusta prodiit, Iuliae et Octaviae: quoniam esset Augustus Iuliae pater, Octavii et Iuliae sororis Caesaris dictatoris filius. Cn. Octavii in Asia legati circa annum Vrbis 560 meminit cum laude Plinius l. XXXIV, cap. 11. Hard.

Contumeliosus. Rhodum cur secesserit privignus Augusti Tiberius Nero, qui postea Caesar fuit, ab eodem Tranquillo explicatur in Tiberii vita, c. x et xii. Contumeliosus porro secessus dicitur, qui contigisse ferebatur ex taedio Iuliae Augusti filiae, quam uxorem Nero Tiberius habuit, quum illius probra et propudia ferre non posset. Id vero sane contumeliosum Augusto parenti fuit. Ita Dio lib. LV, p. 554. Hard.

Aliud neptis. Fuit haec Agrippae et Iuliae filia, Agrippina. Eadem propterea etiam *Iulia* appellata, ut in nummo C. Caesaris Germanici filii eius, ΜΗΤΗΡ ΙΟΥΛΙΑ ΣΕΒΑΣΤΗ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ. Et in altero, Mitylenaeorum, ΙΟΥΛΙΑΝ ΝΕΑΝ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΥ: *Iuliam iuniorem Germanici coniugem.* Hard.

Inopia stipendii. Solinus: *Augustiae rei militaris.* Hard.

delectus, iuventutis penuria, pestilentia Vrbis, fames sitisque Italiae: destinatio exspirandi, et quatridui inedia maior pars mortis in corpus recepta. Iuxta haec Variana clades, et maiestatis eius foeda sugilla-

Rebellio Illyrici. De qua Dio lib. XLIX, pag. 414, qui eam contigisse ait Antonio II, et Lucio Libone Coss. anno Vrbis 720. Suetonius item cap. XVI. HARD.

Servitiorum) *Servitium* pro servis ipsis dixit etiam Cicero, or. IV in Catilin. *Ad evertenda fundamenta reipublicae servitia concitavit.* Et orat. VII in Verrem: *Coeptum esse in Sicilia moveri aliquot locis servitium suspicor.* HARD.

Iuventutis. De iuventutis penuria post Varianam cladem, Dio lib. LVI, pag. 585. Simile est quod post Cannensem pugnam evenisse Livius refert, et ex eo Augustinus de Civit. Dei lib. III, cap. 19: *Denique tanta* MILITVM INOPIA *secuta est, ut Romani reos facinorum proposita impunitate colligerent,* SERVITIA *libertate donarent, atque ex illis pudendus non tam suppleretur, quam institueretur exercitus.* SERVIS *itaque*, etc. HARD. — Illius quoque penuriae causa bellorum civilium furor, quo durante tantum *campis atque Neptuno super Fusum est latini sanguinis.* Vnde ipse cuius modo verba exscribebamus Flaccus lib. I, ode II, exclamat: *Audiet pugnas, vitio parentum Rara iuventus.* Nec abludit celeberrima illa vox, quam Periclis esse putant (quanquam vix apud ullum scriptorem antiquum reperiri credo), de Atheniensi iuventute, quae Peloponnesiaci belli initio ceciderat, *Ver suum annus perdidit.* AI.

Pestilentia. Anno Vrb. C. 732. Marc. Claudio Marcello Aesernino, L. Arruotio Coss. ex Dione lib. LIV, pag. 521. HARD.

Fames. Vide Suetonium, in Augusto cap. XVII: *Famemque ingravescentem*, etc. HARD.

Pestilentia urbis, fames sitisque Italiae. Dele *sitisque*, et lege: *urbis pestilentia, fames Italiae, rebellio Illyrica.* Et sane ridiculum de siti; quasi inter publica mala etiam sitis timenda sit, tot salientibus in propatulo aquis, tot e caelo descendentibus. SALM. — *Fames sitisque Italiae.* Hanc vocem *sitisque* Salmasius, p. 23, iubet expungi: quam tamen exhibent Reg. 2, Paris. et vetustae editiones omnes. Et vero de Augusto Tranquillus idem c. XLII: *Querentem*, inquit, *de inopia et caritate vini, populum severissima coërcuit oratione, satis provisum a genero suo Agrippa perductis pluribus aquis, ne homines sitiant.* Vnde liquet, de vini penuria hanc sitim accipiendam esse: quamquam, ut nihil dissimulem, nihil Chiffl. cod. et Reg. 1, nihil Solinus ipse de siti. Idem tamen quod Seneca, Dio refert lib. LIV, pag. 529. HARD.

Variana clades. A Floro describitur lib. IV, cap. 12, p. 195 et 196; a Suetonio, in Augusto cap. XXIII; a Dione lib. LVI, pag. 584. HARD. — Conf. et tragoediam celeberrimam (e V. Cl. Klopstock) *Hermann's Schlacht* et Taciti locum, ubi narrat reliquias Variani exercitus lectas a Germanico, iisque suprema soluta, Ann. l. I, cap. 61, 62. Narratur idem

tio, abdicatio Posthumi Agrippae post adoptionem, desiderium post relegationem: inde suspicio in Fabium, arcanorumque proditionem: hinc uxoris et Tiberii

Augustus post cladem acceptam noctu derepente expergefieri solitum, et alta voce clamare, ut audirent excubias ante cubiculum agentes: *Redde, Vare, legiones.* As.

Sugillatio. Sparsos de eo *in Curia famosos libellos*, Suetonius narrat c. LV. Hard.

Posthumi Agrippae. Hic M. Agrippae filius fuit: quem adoptatum una cum privigno Tiberio Augustus, mox ob ingenium sordidum ac ferox, abdicavit, eodem quidem Tranquillo teste cap. LXV. Harn. — Aliam abdicationis causam vide apud Tacitum Annal. lib. I, cap. 3. Sed haec recentiorum iudicio unica est causa cur palatio eiectus Posthumus relegatusque in insulam Planasiam: *Summa non capit sedes duas*; nec importunae Liviae aut tristi Tiberio acceptus rivalis: hinc et quae secuta sunt, quae quae quidem mox enumerat Plinius; hinc et Nasonis exsilium, cui imperatoria, certe Liviana arcana, e Fabii Maximi uxore innotuerant. Vide de his Ovid. nostri praefat. et quos auctores ad id allegavimus. Vide et not. seq. Caeterum in hanc pessimi filii adoptionem adactus senes Augustus ab anu Livia fuerat, miserrimus forsan in hoc quod imperium Marcello primum, mox Agrippae optimis viris datum, sed ante diem, ante patrem obeuntibus, nesciret iam cui permittendum, permitteretque tandem contra voluntatem suam scelestissimo et ingratissimo genero, vix id impetrans ut Germanicum Tiberius adoptaret, divinum filium pessimus pater, et spem felicissimi dominii Roma, non statim quidem, sed mox, affuturi conciperet. Hanc imperantium servitutem optime expressit Nostras Chénier in nobilissima tragoedia *Tibère*:

TIBÈRE.

Lui, ce rival de gloire à Tibère opposé;
Lui, mon fils! par Auguste il me fut imposé.

AGRIPPINE.

Et vous même, seigneur, au déclin de sa vie,
Ne lui fîtes-vous pas imposé par Livie?

TIBÈRE.

Il est vrai. Mais comment osés-vous le savoir? etc. As.

Desiderium post relegationem. Fuse narrat Tacitus loc. cit. lib. I, cap. 4: *Quippe rumor incesserat, paucos ante menses, Augustum electis consiliis, et comite uno Fabio Maximo, Planasiam vectum, ad visendum Agrippam: multas illic utrimque lacrymas, et signa caritatis; spemque ex eo fore, ut iuvenis penatibus avi redderetur: quod Maximum uxori Marciae aperuisse, illam Liviae: gnarum id Caesari. Neque multo post exstincto Maximo* (dubium an quaesita morte), *auditos in funere eius Marciae gemitus, semet incusantis, quod causa exitii marito fuisset.* Harn.

Inde suspicio in Fabium, etc. Leg. *Inde suspicio in Fabium, arcanorum proditorem.* Et sic sequentia interpunge: *hinc uxoris et Tiberii cogitationes, suprema eius cura.* Ita Plinius loqui amat ἀσυνδέτως. Salm.

Hinc uxoris. Parum fidae, adiecit

cogitationes, suprema eius cura. In summa, Deus ille, caelumque, nescio adeptus magis, an meritus, herede hostis sui filio excessit.

XLVII. (XLVI.) Subeunt in hac reputatione Delphica oracula, velut ad castigandam hominum vanitatem a Deo emissa. Duo sunt haec: Phedium felicissimum,

Solinus cap. 1, pag. 5, rem ipsam magis explanans. Nam Suetonius fuisse prodidit, qui dubitarent, venenumne Augusto Livia dedisset: quod liquido Sextus Aurelius Victor affirmat in Epitome. Vxoris igitur cogitationes dixit, quae filio pararet imperium; Tiberii, qui cuperet Imperare. Haec cura, haec crux animo Augusti fuit. H. — Qui nempe fraudes et uxoris praesensit et suam caedem. Sed haec bene; scelestissimis viris merito conscientia aut propinquorum immanitas *incubuit, victumque ulciscitur orbem*, nec est quidquam optatius *imus, Imus praecipites, quam si sibi dicat, et intus Palleat infelix quod proxima nesciat uxor.* Ai.

Deus ille. Vnus ipse omnium imperatorum romanorum fuit, cui Dei nomen in nummis antiquis datum fuerit; neque in aliis quidem, quam in percussis vel Tarracone Tiberii principatu, vel a Gallieno: DEO AVGVSTO. Alibi DIVVS tantum appellatur, ut in nummis Antonini Pii, TEMPLVM DIVI AVG. REST. et AEDE DIVI AVG. REST. At eximius in hoc genere nummus est argenteus in Museo nostro, hac inscriptione: DIVOS AVG. DIVI F. Caput Augusti laureatum: vertici imminet stella Veneris, et paene adhaeret. Parte vero priore hoc legitur, TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS. Capite laureato. Quamvis autem *Deus* appelletur Augustus, quo nomine non aliud intellexere Romani, quam summe beneficum erga mortales, ut Plinius admonuit l. II, c. 5, et nummi docent inscripti, DEO ET DOMINO NATO AVRELIANO: cave tamen, quum in Augusti nummo apud Patinum pag. 2, et apud D. Vaillant, inter aereos medii moduli legis, IOVI DEO; cave, inquam, ibi appellatum putes Augustum, Iovem, vel Deum. Sententia enim est: *Imperatori Orbis Victori Inscriptam Domum Edui Obtulerunt*: Augusto nimirum. Aiunt pictum ibi *templum esse quatuor columnarum, in conum desinens*; quia *Iovi Deo* ibi legerunt: at reipsa palatium est. H. Falsa haec esse praemonuimus. Reliquimus tamen, quia absurditas minor quam in caeteris. Plura quae in in praec. not. occurrebant et hyperbolen omnem excesserant, saepe saepius sustulimus. Ai.

Hostis sui filio excessit. Tiberii enim Caesaris pater Tiberius Nero, civili bello, M. Antonii partes secutus est. *Cum quo*, ut ait Tranquill. in Tiberio cap. 4, *brevi reconciliata inter omnes pace, Romam rediit, uxoremque Liviam Drusillam, et tunc gravidam, et ante iam apud se filium enixam, petenti Augusto concessit.* Velleius haec magnifice narrat, et tragice lib. II, num. 75, pag. 20. Vide praeterea Tacitum Annal. lib. II, pag. 58, et Dionem lib. XLVIII, pag. 366. H.

XLVII. *Phedium.* Ita codicum nostrorum manu exaratorum longe optimus, et inter libros prelo excusos

qui pro patria proxime occubuisset. Iterum a Gyge rege tunc amplissimo terrarum consultum, Aglaum Psophidium esse feliciorem. Senior hic in angustissimo Arcadiae angulo parvum, sed annuis victibus large sufficiens, praedium colebat, nunquam ex eo egressus: atque (ut e vitae genere manifestum est) minima cupiditate minimum in vita mali expertus.

XLVIII. (XLVII.) Consecratus est vivus sentiensque oraculi eiusdem iussu et Iovis deorum summi adstipulatu, Euthymus pycta, semper Olympiae victor, et

editio romana anni 1470, non *Pedium*, ut alii nonnulli. Harn. — De Phedio porro, seu Pedio qui pro patria occubuerit, nihil comperi, sed de Tello Atheniensi qui auctore Herodoto libro primo, et apud nostros Ausonio poëta, in praelio quod apud Eleusinem inter Athenienses et finitimos commissum est, quum hostes in fugam vertisset, pro patria fortiter dimicans mortem oppetiit. Quam ob rem interrogatus Solon a rege Croeso, quem ex mortalibus fortunatissimum iudicaret, Tellum respondit. Iterum rogatus, quem post Tellum putaret, Cleobin et Bitonem respondit. Etsi Ausonius ab Herodoto discrepans, secundas non Cleobi et Bitoni datas a Solone dicat, sed Aglao. Notandum autem Ausonium non *Tellum* vocare, sed *Teleua*, quasi Telen quintae sit apud Graecos inflexionis. Pint. — *Tertiae* hodie diceremus, e Buttmanno, Burmnfio, Matthiaeo, aliisque optimae notae grammaticis. As.

Iterum a Gyge rege tunc amplissimo, etc. Lydorum, qui post Midam Gordii filium primus Delphos pretiosissima dona misit, quae θησαυρὸν Γυγάδα vocaverunt. Eius annulus multorum scriptis celebratus est, praesertim a Cicerone, et Platone, de Iusto, lib. II. Rhodig. VI, 11. Vide lib. XXXIII, cap. 1. Valer. c. x, 7. Solinum quoque. Dal.

Psophidium. Ex Psophide Arcadiae oppido, de quo lib. IV, c. 10. Valerius Maximus, lib. VII, c. 1, pag. 332: *Quum Gyges regno Lydiae armis et divitiis abundantissima inflatus, Apollinem Pythium sciscitatum venisset, an aliquis mortalium se esset felicior: Deus ex abdito sacrarii specu voce missa, Aglaum Psophidium ei praetulit. Is erat Arcadum pauperrimus, sed aetate iam senior, terminos agelli sui nunquam excesserat, parvula ruris fructibus contentus*, etc. Non a Gyge consultum oraculum, sed a Croeso refert Pausanias in Arcadicis, sive l. VIII: Οὐ καὶ ἤκουσα ἐν Ψωφίδι ἐπὶ Αγλαῷ λόγον ἀνδρὶ Ψωφιδίῳ κατὰ Κροῖσον τὸν Αυδὸν, etc. Hard.

Nunquam ex eo egressus. Sic Aelianus sophista nunquam extra Italiam pervagatus est, navem nunquam ascendit, mare ne novit quidem. Apud Platonem in Phaed. Socrates potius hospiti, quam incolae similis extra moenia non egrediebatur, civitatis fines non transibat. Rhodig. XXI, 32. Dalec.

XLVIII. *Euthymus*. Εὔθυμος ὁ πύ-

semel victus. Patria ei Locri in Italia: ibi imaginem eius, et Olympiae alteram, eadem die tactam fulmine, Callimachum, ut nihil aliud, miratum video, ad eumque iussisse sacrificari: quod et vivo factitatum et mortuo; nihilque adeo mirum aliud, quam hoc placuisse Diis.

κτης, Astyclis filius Pausaniae, lib. VI, sive Eliac. poster. Aeliano, Var. Hist. lib. VIII, c. 18, aliisque. H.

Pycta. Dictio quidem graeca πύκτης, sed Latinis tamen usitata; *Pugilem* sonat. Lampridius in Helagabalo: *Gladiatores ante convivium pugnantes sibi, et pyctas frequenter exhibuit.* Sic Apollonium pyctam vocat Senec. Natur. Quaest. in praef. lib. IV. Et Phaedrus, Fab. lib. IV: *Simonides idem ille de quo retuli, Victoris laudem cuidam pyctae ut scriberet, Certo condixit pretio*, etc. Harn.

Euthymus pycta, semper Olympiae victor, etc. Quo pacto, quaeso, semper victor ille dicetur, qui semel victus? Emendaverim, *Euthymus pycta, sed ter Olympiae victor*, etc. Quater decertavit Euthymus: ac semel victus, ter victoriam reportavit. Meurs. Att. Lect. pag. 301. — Olympiade LXXIV et LXXVI et LXXVII. Revocant me ab assensu MSS. omnes. Hard.

Et semel victus. Caeterum hic olympiade LXXV a Theagene Thasio; idque dolo tantum ac fraude circumventus, eodem quidem teste Pausania. H.

Patria ei. Addit Pausanias et patris nomen, Αστυκλέους. Hard.

Ad eumque. Ita MSS. omnes, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Ch. etc. Editi, *Deumque.* Pellicerio magis arridet, *Deumque iussisse ei sacrificari.* H. — Et haec plurimos libros invasit emendatio; non merito. Nec tamen nostrati Poinsinet assenserim, cui placet *Callimachum* esse nomen substantivum, viri dignitatem exprimens qui ludis praeest, quia nempe pugnarum pulcherrima Olympica est. Pindarus, Olymp. Εἰδ. 1: Μηκέθ' ἁλίου σκοπεῖ Αλλο θαλπνότερον Εν ἁμέρᾳ φαεινὸν ἄστρον Ερήμας δι' αἰθέρος, Μηδ' Ολυμπίας ἀγῶνα Φέρτερον αὐδάσομεν. Ludorum praeses ἀγωνοθέτης vocabatur; nec poëtarum oestro aut adulationi fides adhibenda, qui καλλίστους olympicos ludos dixere, non tamen vere καλλίους Nemeensibus, etc. De Callimacho poëta sermo est qui de statuis canens quas fulmen attigerat, miraculum in hoc esse asseverat, suadetque athletae sacra fieri. Quod poëtae omnia in maius trahentis est. Virg. Ecl. V: *Deus, Deus ille Menalca.* Hinc *palmaque nobilis, Terrarum dominos evehit ad Deos* (Horatius, carm. lib. I, Od. 1 init.); et *Quos Elaea domum reducit Palma caelestes, pugilemve, equumve Dicit.* (Idem, lib. IV, Od. II.) Equum caelestem! sed poëticum est. Cogita et non tam Diis proprie adiici athletas quam heroibus; heros ergo Euthymus, non Deus. Quo modo Deus ille aliquid jussit? As.

Vivo factitatum et mortuo. Mortuum non esse, sed alio quodam modo hominem esse desiisse narrat Pausanias. Dalec.

XLIX. (XLVIII.) De spatio atque longinquitate vitae hominum, non locorum modo situs, verum exempla, ac sua cuique sors nascendi incertum fecere. Hesiodus, qui primus aliqua de hoc prodidit, fabulose (ut reor) multa de hominum aevo referens, cornici novem nostras attribuit aetates, quadruplum eius cervis, id triplicatum corvis. Et reliqua fabulosius in phoenice, ac nymphis. Anacreon poëta Arganthonio Tartessiorum regi CL tribuit annos, Cinyrae Cyprio-

XLIX *De spatio atque longinquitate.* Qua ratione brevior aetas longiorve nobis contingat, vide luculenter disputatum a Rhod. l. XIX, c. 21. In antiquis inscriptionibus Romae: *L. Clodius Hirpanus vixit annos* 155, *dies* 5, *puerorum habitu refocillatus ac educatus.* Cuiacius in Novellam 5. DALEC.

Non locorum modo situs. Hodie convenit inter doctos eo diutius vitam manere, quo quis hos tractus habitat qui in septemtrionem vergunt. Sic in Caledonia, Scandinavia, Biarmia ἑκατονταετεῖς homines frequentius reperias quam in Francia, Italia, Hispaniis. Ratio habenda est praeterea aëris, paludum, etc. A.

Sua cuique sors nascendi. Astrologum hic legis, non naturae indagatorem. Bene esset, si sors nascendi ea diceretur organorum coaptatio atque habitudo, quam quisque nascens habet. At haec Noster ne suspicatus quidem est. A.

Hesiodus. In opere ex iis aliquo, quae interciderunt. HARD.

Anacreon. Anacreontem Teium poëtam lyricum omnes norunt, vel ex Horatio: *Nec si quid olim lusit Anacreon, Delevit aetas.* Lib. IV Od. A.

Anacreon poëta Arganthonio Tartessiorum regi CL *tribuit annos.* Legendum videtur CLIII, si credimus divo Augustino citanti hunc Plinii locum, de Civitate Dei, lib. XV, c. 12, his verbis: *Plinius Secundus quum commemorasset relatum fuisse in litteras quemdam vixisse* CLIII *annos et alium decem amplius*, etc. Haec Augustinus, puto tamen eum in mendosum Plinii exemplar incidisse. Fidelior enim mihi videtur nostrorum exemplarium et illem excusorum lectio, in qua semper CL, nunquam CLIII, legitur. Lucianus in libro de Macrobiis, CL annos Arganthonium visisse asserit. Idem Strabo summus auctor libro tertio, adductis etiam verbis Anacreontis poëtae, quem advocat hic Plinius. Ea sunt: Ἐγώ τ' ἂν οὔτ' Ἀμαλθείης βουλοίμην κέρας, Οὔτ' ἔτεσι πεντήκοντα δὶ ἑκατὸν Ταρτεσσοῦ βασιλεῦσαι. *Equidem Amalthaeae cornu nolim, neque annorum* CL *imperium tenuisse Tartessi.* Valerius Max. libro octavo, capite de Senect. CL annos visisse scribit: octoginta namque annos patriam suam rexisse ait, quum ad imperium quadragesimo accessisset. Quod et Herodotus primo volumine, et Cicero in Catone Maiore asserunt. Secundum autem Pollionem

rum x annis amplius, Aegimo cc. Theopompus Epimenidi Gnossio CLVII. Hellanicus quosdam in Aetolia 2
Epiorum gentis cc explere. Cui adstipulatur Damastes, memorans Pictoreum ex iis praecipuum corpore viribusque, etiam CCC vixisse. Ephorus Arcadum reges CCC annis. Alexander Cornelius, Dandonem quemdam in Illyrico D vixisse. Xenophon in Periplo, Tyriorum

Asinium, CXXX vixit: illud non dissimulaverim, nescire me, qua ratione inductus Hermolaus, *Argathonius* dicendum esse asseveret, non *Arganthonius*, contra vetera omnia et nova exemplaria, contraque auctores cunctos, tam Graecos quam Latinos, apud quos *Arganthonius* semper cum *n*, in secunda, nunquam secus legas. PINT. — Quantum in rebus antiquis coniicere licet, inquit Mariana, Hist. Hisp. lib. I, cap. 17, pag. 29, in annum 610 ante Christi Dei ortum salutarem, qui annus ab Vrbe cond. erat 132, Arganthonii Tartessiorum regis aetas incidit. De Tartessiorum situ dictum est lib. III, cap. 3. HARD. — In annorum numero dissentiunt auctores. Vide Meurs. ad Phleg. p. 124 ed. nost. FRANZ.

Theopompus. Valerius Maxim. lib. VIII, c. 13, pag. 406: *Epimenides Gnossius, quem Theopompus dicit septem, et quinquaginta, et centum annos vixisse.* Tamen Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, habent duntaxat annos CLIII. Paris. cod. expressius sine numeralibus notis, *centum quinquaginta tres.* Chiffl. CLVI, qui numerus a librariis saepe ex CLIII effingitur, notis V et II in MSS. permutari saepe solitis, uti alio loco hoc ipso capite evincemus. HARD.

Hellanicus. Valer. Maxim. loc. cit. *Hellanicus vero ait, quosdam ex gente Epiorum, quae pars est Aetoliae, ducentos explere annos: eique subscribit Damastes, hoc amplius affirmans, Litorium quemdam ex his, maximarum virium, staturaeque praecipuae, trecentesimum annum cumulasse.* H.

Epiorum Hoc est, Aetolorum, qui profecti olim ab Epiis quos in Elide Ἐπειοὺς diximus vocari, lib. IV, c. 6. Scribit Ephorus apud Strab. lib. VIII, p. 357, Aetolum a Salmoneo Epeorum Pisaeorumque rege, eiectum in Aetoliam, cui a se nomen fecit, exstructis ibi oppidis. Sic Aetoli e gente sunt Epiorum. Hunc locum respicit Augustinus, libro XV, c. 9. HARD.

Pictoreum. Ita MSS. omnes. A Valerio Max. *Litorius* appellatur; sed ut arbitror, mendose. Quid si Pyctoraeum legas, quasi eximium pugilem, πυκτωρεῖον, voce omnino ad eximias hominis huius vires indicandas perquam accommodata. H.

Ephorus. Ita Censorinus, cap. VII, ex eodem Ephoro. H.

Dandonem. Reg. 1, et Paris. *Dandonem.* Reg. 2, Chiffl. perperam *Candonem.* Valerius idem, pag. 407: *Alexander vero in eo volumine, quod de Illyrico tractu composuit, affirmat Danthona quemdam, ad quingentesimum usque annum, nulla ex parte senescentem processisse.* Forte Δάτθωνα utrobique scribi praestabilius fuerit. HARD.

Xenophon in Periplo, Tyriorum.

insulae regem DC, atque, ut parce mentitus, filium eius DCCC. Quae omnia inscitia temporum acciderunt.

(In editis olim *maritimorum*. Vide infra not. Harduin.) Quis ille rex maritimorum? libri scripti habent: *in Periplis Latmiorum*, etc. lege: *Xenophon in Periplo Latmiorum insulae regem*. Latmus vel urbs, vel insula, unde *sinus Latmicus*. SALM. — Vetusti codices, *Latiniorum insulae regem*. Val. Maximus libro octavo, capite de Senectute, *Latinorum regem*. Sequitur statim: DC, *atque ut parce mentitus filium eius* DCCC. Valerius Maximus loco nuper allegato, DCCC scribit, non OC regem hunc vixisse. Et paulo post ubi OC scriptum est, Valerius Maximus DCCC ponit, nimirum ordine verborum commutato. Item magna librariorum hallucinatione (nam Plinii inhumanum esset dicere) ubi scribi *patrem* debuit, *filium* positum est. Valerius Maximus: *Sed multo*, inquit, *liberalius Xenophon*, etc. PINT. — *Xenophon in Periplo, Tyriorum insulae regem*. Habent MSS. codices, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. etc. constantissime, *Xenophon in Periplulutiniorum insulae regem*. Parmensis editio: *in petripulutiniorum insulae regem*. Codex Lugd. *in petropulutiniorum insulae regem*. Ab his Gelenius confidenter sane discessit, ut *in Periplo, maritimorum regem* scriberet. Salmasius *Latmiorum* reponit. Sed mons est Cariae Latmus, cum urbe cognomine, non insula. Nos priore syllaba vocis *Latiniorum*, quam ex superiore *periplu* amanuenses perperam repetierunt, expuncta, Tyriorum insulam hic verius agnoscendam putamus. HARD. — Quidni *Thynorum?* nam Thyni gens maritima in Bithynia, qui Dolionum peninsulam tenuere. Saepenumero haec autem peninsula apud Antiquos pro insula accepta est. Et Xenophon in Periplo eos tantum recenset qui Ponti Euxini et propontidis (*mer de Marmara*) accolae fuerunt. AL.

Filium eius DCCC. Saimasius lib. de annis Climact. pag. 749, post Pintianum in notis, Plinium ait hallucinatum videri, quum haec exscriberet: annos patris filio transcripsisse; filii vicissim, patri. At certe non est ovum ovo similius, quam quod Valerius, et quod Plinius recitat. Ille enim lib. VIII, cap. 13, pag. 407: *Sed multo liberalius Xenophon*, inquit, *cuius περίπλους legitur. Insulae enim Latmiorum regem octingentis annis donavit: (hunc regis filium Plinius appellat: Valerius regem, qui regno utique paterno successit.) Ac ne pater eius parum benigne acceptus videretur, ei quoque sexcentos assignavit.* De patre Plinius priore loco egit, Valerius posteriore. Caetero inter se consentiunt. Nihil certe in numeris esse vel leviter immutandum, ex Augustino scimus, qui hunc Plinii locum summa fide transcripsit, ut diximus in prioribus notis. HARD.

Inscitia temporum acciderunt. De statuendi anni spatio perquam multa Alex. ab Alex. lib. III, cap. 23; Solin. Polyhist. cap. III; Censorin. de die nat. seu ut alius, Pictorius Phil. lib. I, cap. 2; Diod. Sicul. lib. I. DAL. — De anni veteris variationibus adi praestantissimum Desvignoles, *chron. de l'Hist. Sainte*, lib. VI, c. 7. Aut quae inde excerpta sunt in *l'Art de vérifier les dates* tom. I, p. 266 seqq.

Annum enim alii aestate unum determinabant, et alterum hieme: alii quadripartitis temporibus, sicut Arcades, quorum anni trimestres fuere, quidam Lunae senio, ut Aegyptii: itaque apud eos aliqui et singula millia annorum vixisse produntur.

Sed ut ad confessa transeamus, Arganthonium Gaditanum octoginta annis regnasse prope certum est: putant quadragesimo coepisse. Masinissam sexaginta annis regnasse indubitatum est: Gorgiam Siculum centum et octo vixisse. Q. Fabius Maximus sexaginta tribus annis augur fuit. M. Perpenna, et nuper L. 2

Annum enim. Solinus cap. 1, pag. 4: *Ante Augustum Caesarem incerto modo annum computabant: qui apud Aegyptias quatuor mensibus terminabatur, apud Arcadas tribus, apud Acarnanas sex*, etc. De Acarnanibus idem testatur August. de Civit. lib. XV, cap. 12; de Arcadibus Censorinus cap. XIX; Macrobius, Saturn. lib. 1, cap. 12, aliique. Hard.

Vt Aegyptii. Plinio adstipulantur Diod. Sic. lib. I; Suidas, verbo ἥλιος, aliique. Solus Censorinus loco proxime appellato, antiquissimum annum in Aegypto ait bimestrem fuisse. H.

Arganthonium. Haec de eo totidem verbis Valer. Maxim. loco citato p. 405, ex Asinio Pollione. Herodotus item Clio lib. 1, n. 163, pag 68. Annos Arganthonii paene aequasse civem Parisiensem in monumenta publica relatum est, qui meuse februario anni 1683, quo ista primum typis edita sunt, diem clausit extremum annos natus CXVIII, quum integra adhuc ante paucos dies valetudine esset. Nomen ei fuit, D. le Maistre; natalis autem anno 1565. Hard.

Masinissam. Polybius in Excerptis pag. 174, ἔτη πλείω τῶν ξ', annos amplius LX regnasse tradit. Vide quae de illo diximus cap. 12. Haad.

Gorgiam. De quo Valerius Max. loco proxime appellato. *Gorgias*, inquit, *Leontinus, Isocratis, et complurium magni ingenii virorum praeceptor, sua sententia felicissimus. Nam quum centesimum et septimum ageret annum, interrogatus quapropter vellet in vita remanere: Quia nihil*, inquit, *habeo, quod senectutem meam accusem.* Vid. Tullium, libro qui Cato maior inscribitur. Haad. — Cf. et Lucianus in Macrobiis, etc. Pint.

Q. Fabius Maximus. Duobus tantum et LX annis auguratus sacerdotium sustinuisse, robusta aetate id adeptum, prodidit Valerius Maximus loco citato. Editis tamen Plinii libris manu exarati consentiunt, Reg. 1, 2, Paris. etc. Hard.

M. Perpenna. Valerius idem loco cit. *Iam de M. Perpenna quid loquar! qui omnibus quos in senatu consul rogaverat, superstes fuit: septem quoque tantummodo, quos censor collega L. Philippi legerat, e Patribus conscriptis reliquos vidit: toto ordine amplissimo diuturnior.* Vivere

Volusius Saturninus, omnium quos in consulatu sententiam rogaverant, superstites fuere. Perpenna septem reliquit ex iis quos censor legerat: vixit annos XCVIII. Qua in re et illud adnotare succurrit, unum omnino quinquennium fuisse, quo senator nullus moreretur: quum Flaccus et Albinus censores lustrum condidere, usque ad proximos censores, ab anno Vrbis quingentesimo septuagesimo nono. M. Valerius Corvinus C annos implevit: cuius inter primum et sextum consulatum XLVI anni fuere. Idem sella curuli semel ac vicies sedit, quoties nemo alius. Aequavit eius vitae spatium Metellus Pontifex.

hic desiit sub initium belli civilis Caesariani, L. Corn. Lentulo, Claud. Marcello coss. anno 706, ut Dio scribit lib. XLI, pag. 160. Simile exemplum L. Pisonis illius, cuius Plinius alter meminit lib. III, ep. 7, *qui dicere solebat, Neminem se videre in senatu, quem consul ipse sententiam rogavisset. Tam angustis terminis, subiicit idem egregie, tantae multitudinis vivacitas ipsa concluditur, ut mihi non venia solum dignae, verum etiam laude videantur illae regiae lacrymae. Nam ferunt Xerxem, quum immensum exercitum oculis obiisset, illacrymasse, quod tot millibus tam brevis immineret occasus.* Gesserat is consulatum cum Nerone secundum consule. H.

L. Volusius Saturninus. De eo egimus libri huius c. 12. Veterem consularem, opulentissimum virum, vocat Columella lib. 1, cap. 7, pag. 29, et eumdem a se visum testatur. HARD.

Quum Flaccus. Anno 569, Q. Fulvius Flaccus, et A. Postumius Albinus censores, lustrum egisse quinquagesimum primum dicuntur in Fastis. HARD.

Ad proximos censores. Ad M. Perpennam scilicet, de quo proxime dictum est, et collegam eius L. Marcium Philippum, quos eo functos esse munere anno 668. L. Corn. Cinna, C. Mario septimum coss. Fasti referunt: lustrumque fecisse LXVII. HARD.

M. Valerius. Tradit haec etiam Valerius loc. cit. Vnde ei Corvini nomen, disces ex eodem lib. VIII, cap. 15, pag. 413. H.

XLVI anni. Ita MSS. omnes. Valerius tamen XLVII. Plutarchus in Mario p. 422, πέντε καὶ τεσσαράκοντα, XLV. HARD.

Idem sella. Consulem, praetorem, Aedilem, qui maiores magistratus dicebantur, sella curuli uti solitos, nemo nescit. Perfunctum toties istis muneribus Corvinum intellige. H.

Aequavit. Ad verbum haec quoque Valerius. *Cuius vitae spatium*, inquit, *aequavit Metellus, senex admodum pontifex max. creatus*, etc. Et Cicero libro de Senectute. Fuit ille Metellus pontifex, anno V. C. 512. H.

Et ex feminis Livia Rutilii XCVII annos excessit: 5
Statilia, Claudio principe, ex nobili domo, nonaginta novem: Terentia Ciceronis CIII: Clodia Ofilii CXV, haec quidem etiam enixa quindecies. Lucceia mima centum annis in scena pronuntiavit. Galeria Copiola

Livia Rutulii. Vxor videlicet, ut Terentia Ciceronis, et Clodia Ofilii, quae tria exempla, relata a Plinio, a Valerio quoque commemorantur iisdem paene verbis. De Rutilio diximus cap. 36. H. — Ἑλληνιστής, sed non minus Latinis usitatus quam Graecis fuit; et unum e multis, id Lucani Phars. lib. II, vs. 341: *Da tantum nomen inane Connubii; liceat tumulo scripsisse, Catonis Marcia.* As.

Statilia, Claudio principe. Seneca epist. LXXVIII: *Nulla vita est non brevis. Nam si ad naturam rerum inspexeris, etiam Nestoris et Statiliae brevis est, quae inscribi monumento suo iussit, annis se nonaginta novem vixisse. Vides aliquem gloriari senectute longa. Quis illam ferre potuisset, si contigisset centesimum implere?* etc. Dal.

Ex nobili domo. T. Statilius Taurus collega Augusti in consulatu eius octavo, iterumque consul extitit triennio ante illius obitum. M. Statilius Taurus, principe Claudio, consul notatur. Statilia huius fortassis filia, illius neptis fuit. H.

Ciceronis CIII. Sic MS. noster, *centum tres* Chiffl. cod. CVI, prono, ut alias diximus, notarum lapsu ab III ad VI. Sed et a Valerio Maximo coarguitur. Hand.

Ofilii. Ita Reg. 1, 2, Paris. etc. Chiffl. *Ofelli.* Valer. Max. *Aufilii.* Vnde Longolius coniicit legi oportere, *Auli Filia.* Sane perperam. Quis enim filiam de solo patris praenomine demonstrari abunde putet, cognoscique posse, si nomen cognomenve absit? Recepta lectio sola est sincera. Aulum Ofilium inter clarissimos aevi sui iureconsultos Pomponius refert Dig lib. I, tit. II, de ordine Iuris, § 44. Fuit is Q. Aelii Tuberonis IC. praeceptor, qui Q. Ligarium, Cicerone defendente, accusavit; teste eodem Pomponio. H.

G. Copiola Emb. etc. Τὰ εἰσόδια iocularia, quae ante mimos et Atellanas vel alta voce recitabantur, vel canebantur ad citharam, aut psalterium, a scurris mimicis, urbicis, urbicariis. Eadem mediae fabulae interposita, τὰ ἔμβολα dicebantur, unde fit *Embolaria mulier*, id est, Scenica, θυμελικὴ: ad finem vero fabulae, Exodia; Iuvenalis, Satyr. VI: *Vrbicus exodio risum movet Attellanae.* Sunt autem Mimi, ut ait Claudianus, qui laetis salibus faceti risum movent: Pantomimi vero, ut idem ait, ... *muta manibusque loquaces.* Scalig. In Manilium. Dal. — *Emboliaria.* Reg. 1, Paris. etc. Reg. 2, *Embolaria.* Non placet Salmasio vocis huius interpretatio, quam a viris summis acceptam tradidimus, quum tamen de scenicis mulieribus, *mimisque, quae pronuntiare solerent in scena*, agere se hoc loco Plinius contestetur. Aliam ipse comminiscitur in notis ad hist. Aug. pag. 384, ac legi primum iubet *Empolaria*: scenicamque interpretatur, et quaestuariam: scenicas enim omnes mulieres ait

Emboliaria reducta est in scenam, C. Poppaeo, Q. Sulpicio coss. ludis pro salute Divi Augusti votivis, annum centesimum quartum agens: quae producta fuerat tirocinio a M. Pomponio aedili plebis, C. Mario, Cn. Carbone consulibus, ante annos nonaginta unum: et a Magno Pompeio magni theatri dedicatio-
6 ne, anus pro miraculo reducta. Sammulam quoque

corpore quaestum fecisse: Empolam autem esse capturam, vel quaestum. Nicolaus Alemannus, in notis ad Hist. arcan. Procopii cap. IX, p. 33, haud paulo felicius coniecisse se existimat, quum ait, Emboliarias mulieres dictas esse ab ἐμβόλοις, hoc est, *Porticibus*. Nam quae Hesychio Milesio, Τρωαδικοὶ ἔμβολοι appellantur, Porticus Troadenses vocat Auctor Descriptionis Vrbis CP. In regione duodecima. Quemadmodum igitur a Porticuum fornicibus Fornicariae mulieres nomen invenerunt: unde illud Iuvenalis, Satyra 3, versu 156: *Lenonum pueri quocumque in fornice nati*; sic a Porticibus ipsis, sive Embolis, Embolarias ille pronunciat fuisse ab aliis appellatas. Id sane si vel uno scriptoris idonei calculo comprobet, haud invitus eruditae huic coniecturae faveam. Sed vereor ut ullo, vel modice probabili, argumento suaderi possit, iam tum Plinii temporibus, ac non potius multo post sequiore aevo, hanc vocem ἔμβολος Porticum, fornicemve significasse: aut omnes scenicas mulieres, fornicarias fuisse. Haec e Scalig. Pellicerioque in notis MSS. et aliis eruditis, quibus me lubens adiungo. Deductum illud ab earum partium actione, quas Embolia Graeci dicerunt, quoniam fabularum actibus interponebant: ἐμβάλλω enim inicio, interponoque est. Hoc significatu apud Tullium ea vox legitur ἐμβόλιον, ad Q. Fratr. lib. III, ep. 1. H.

C. Poppaeo. Its MSS. omnes, Reg. 1, 2, Paris. etc. In editis perperam, *Cn. Pompeio.* Anno V.C. 762, toto fere sexennio ante Augusti obitum, cuius ludis votivis hi consules dicuntur fuisse, leguntur in Fastis Q. Sulpicius Camerinus, C. Poppaeus Sabinus. Apud Occonem pag. 53, ex nummo vetere, A. POPPAEVS SABINVS AED. CVR. Inde Poppaea conius Neronis. H. — *C. Poppaeo.* Anno V. C. 762, ad quem annum refert Petavius Varianam cladem. H.

C. Mario. Ann. Vrbis 672, C. Mario iuniore, Cn. Papirio Carbone tertium coss. Igitur producta fuerat tirocinio, annos nata XIV. H.

Nonaginta unum. Mirari satis non possum cur Dalecampius in editione sua a recepta lectione, tum codicum MSS. (nam Reg. 1, et Colb. 2, habent XCI, Colb. 1, et Paris. sine numeralibus notis, *nonaginta unum*), tum etiam omnium exemplarium ante se editorum, quae eamdem plane lectionem repraesentant, unus discesserit, scripseritque, *nonaginta novem:* quum id chronologicae rationi, sericique consulum plane adversetur. HARD.

Sammulam. Pro *Sammulam*, in MS. nostro legitur *Samullam*. H.

centum annis vixisse, auctor est Asconius Pedianus. Minus miror Stephanionem (qui primus togatas saltare instituit) utrisque saecularibus ludis saltasse, et Divi Augusti, et quos Claudius Caesar consulatu suo quarto fecit, quando LXIII non amplius anni interfuere, quanquam et postea diu vixit. In Tmoli montis cacumine, quod vocant Tempsin, CL annis vivere, Mucianus auctor est. Totidem annos censum Claudii

Stephanionem. « Stephanionem togarium histrionem, ab Augusto relegatum, » scribit Sueton. c. XLV. Rectius *togatarum* scripseris, sicut *Attellanarum histrionem* idem dicit in Nerone cap. XXXIX. H.

Togatas saltare instituit. Bene Harduinus pro veteri scriptura *togatus* restituit *togatas* quod verum est. *Togatae fabulae*, inquit Diomedes lib. III, *dicuntur eae, quae scriptae sunt secundum ritus et habitus hominum togatorum, id est, Romanorum. Toga namque romana est: sicut graecas fabulas ab habitu aeque palliatas Varro ait nominari.* Et mox: *Togatarum fabularum species tot fere sunt, quot palliatarum*, etc. Meminere harum quoque fabularum Q. Serenus, dum C. Titinii comici poëtae laudes canit: *Qui veteri claras expressit more togatas.* Item Horatius: *Et qui praetextas, et qui docuere togatas.* Nec abest Iuvenalis, Sat. I: *Impune ergo mihi recitaverit ille togatas, Hic elegos?* Tum Seneca ep. VIII, p. 474, et Tranquillus in Nerone cap. II: *Inducta est et Afranii togata, quae Incendium inscribitur.* Caeterum de palliatis et togatis potest multa subministrare Asconius Pedianus in orat. Cic. de Divin. pag. 54 AJ. — De saltationis, ac musices studio et exercitatione vide plura apud Alex. ab Alex. libro II, cap. 25. DAL.

Et Divi Augusti. Meminit horum ludorum Suetonius in Augusto c. XXXI; Dio lib. LIV. Quintos ludos saeculares Censorinus appellat cap. XVII, exhibitosque ait C. Furnio, Iunio Silano coss. anno Vrbis 737. H.

Quos Claudius. Sextos saeculares ludos appellat Censorinus loco citato, ipso Claudio Augusto quartum et L. Vitellio tertium coss. anno 800. Meminere Suetonius, in Claudio cap. XXI, et Tacitus lib. XI. Annal. Claudii nummum vidimus inscriptum, SAECVLARIA SACRA, sed adulterinum. Vt ludos ederet consulatu sun quarto Claudius Imp. saeculum definivit annis novies septenis, sive sexaginta tribus: eo quod annus ille LXIII climactericus esse ab astrologis et medicis perhibetur. Alioqui saeculum Romani definierunt nunc annis mille, ut in nummis Philippi Imp. inscriptis, MILLIARIVM SAECVLVM · et apud Plautum, in Milite gloriosa act. IV, sc. II, versu 87: *Et pueri annos octingentos vivunt.* MI. *Vae tibi, nugator!* PY. *Quin mille annorum perpetuo vivunt, a saeculo ad saeclum.* Alias saeculum dixerunt esse septuaginta annorum, ut in nummo Postumi Aug. IOVI SPONSORI SAECVLI AVG. *Iovi sponsori saeculi Augusto.* H.

Annos censum. Hoc est, totidem

Caesaris censura T. Fullonium Bononiensem: idque collatis censibus quos ante detulerat, vitaeque argumentis (etenim id curae principi erat) verum apparuit.

L. (XLIX.) Poscere videtur locus ipse sideralis scientiae sententiam. Epigenes CXII annos impleri negavit posse: Berosus excedi CXVII. Durat et ea ratio, quam Petosiris ac Necepsos tradiderunt, et tetartemorion

annos habere agnitum, et in census relatum. Vetus inscriptio, reperta Bononiae, quam refert Gruterus, p. 372: T. FVLLONIVS CORNELIA FVLLONIA. HARD.

L. *Sideralis scientiae.* Astrologicae disciplinae. H.

Epigenes CXII. In libris hactenus editis, *Epigenes* CXXII, addita perperam denarii nota, contra omnium exemplarium fidem, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. atque adeo contra Censorinum ipsum, qui hunc Plinii locum visus est transcripsisse, c. XVII: *Epigenes*, inquit, *in CXII annis longissimam vitam constitudit: Berosus autem in CXVI.* Quo ex loco mendose legi constat in Chiffl. cod. aliisque, *Berosus excedit* CXVII, quum potius verum sit negare illum excedi CXVII, vel CXVI. HARD.

Berosus. De quo iam cap. 37 init. et in Auctorum Syllabo, Scriptor rerum memorabilium et astrologus fuit, Babylone oriundus et Beli sacerdos; Graeciam vero peragravit, commemoratusque Athenis est; ubi quum solare horologium constituisset, tantam sibi laudem circumdedit, ut illi statuam in Gymnasio Athenienses erigerent. Eius fragmenta pauca in Flav. Iosepho; sed eius sub nomine circumlatus liber Pseudo-Berosi est. Caeterum cave ne cum multis et erudito Gueroult, astronomum ab historico secernas. Hic enim, Sotere Antiocho imperante, Asia relicta, scholam condidit in insula Co, ubi astronomica et astrologica iuvenes docebantur. Astronomicon igitur peritus historicus fuit. Neque ulla necessitas est cur ad alium virum qui quidem astronomus fuerit, confugias. AJ.

Petosiris, etc. De utroque egimus in Auctorum Indice. Singulari opere de eo argumento tractasse videntur, cuius operis meminit Iulius Firmicus in praefat. Mathes. lib. IV, pag. 45: *Quare illi divini viri*, inquit, *atque omni admiratione digni, Petosiris, Necepsosque, quorum prudentia ad ipsa secreta divinitatis accessit, etiam mundi genituram divino nobis scientiae magisterio trodiderunt*, etc. HAAR. — Quam supputationem Petosiris et Necepsos tradiderant, huic quidem, ut Harduinus dicit, basis fuit Zodiaci divisio in quatuor partes, quarum singulae tria signa continebant; in singulis vero signis triginta gradus. Hos astrologos si studieris, homo qui oriente signo, in lucem editur, eum vita annorum numerum implebit, qui hoc signo et duobus proximis definitur. At annorum numerus non idem in quolibet κλίμακι; nam pendet e parallelorum situ et caeli inclinatione.

appellant, a trium signorum portione, qua posse in Italiae tractu CXXIV annos vitae contingere apparet. Negavere illi quemquam XC partium exortivam men-

Iulius Firmicus libro II, c. 43, satis fuse nos docet Romae suo quidem tempore, promitti Arietis ortu septendecim annos; Tauri, 22; Geminorum, 27; Canceris, 22; Leonis, 37, Virginis, 42; Librae, idem; Scorpionis, 37; Sagittarii, 32; Capricorni, 27; Aquarii, 22; Piscium, 17. Ergo thema Nativitatis, ut aiunt Astrologistosophi, componenti, felicissimus caeli aspectus est quum oritur Leo, Virginem mox et Libram educturus, annis viginti et uno ultra saeculum indicatis. Haec Ptolemaeus postea; et ad haec Plinius respexit; unde fas concludere CXXI legendum, non CXXIV. Petosiris vero et Necepson astronomos fuisse scito, hunc inferioris Aegypti regem, illum sacerdotem. Quorum uterque, ut Horatii Archytas, ausus *Aerias tentasse domos, animoque rotundum percurrisse polum*, quantum ab astris terra distet, est mensus. Petosiris plura conscripsit, quae Vettius Valens saepe allegat. Necepson quidam in saecula XVI ante Chr. nat. vixisse volunt, sed plures in septimo. As.

Tetartemorion. Τεταρτημόριον, hoc est, quarta pars δωδεκαζῴδιον, tribus signis constans, sive partibus nonaginta: quodlibet enim signum in partes triginta distribuitur. Harn. — Porro tetartemoria suo quisque modo poterat sibi fingere, nempe 1° Arietem, Taurum, Geminos. 2.° Cancerem, Leonem, Virginem. 3° Libram, Scorpionem, Sagittarium. 4° Capricornum, Aquarium, Pisces; vel 1° Aquarium, Pisces, Arietem. 2° Taurum, Geminos, Cancerem. 3° Leonem, Virginem, Libram. 4° Scorpionem, Sagittarium, Capricornum; vel et hoc modo 1° Pisces, Arietem, Taurum. 2° Geminos, Cancerem, Leonem, etc. As. — Hoc iam annotavit Budaeus, de Asse, lib. I. Dalec.

CXXIV annos. Ita reposuimus ex MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, Paris. etc. In nostro legimus absque notarum compendio, *centum viginti quatuor*. In editis vulgo, CXXVI. Quomodo hunc annorum numerum colligerent Veteres, statim subiicitur. Harn.

Negavere. Negavere, inquit, illi, posse quemquam transgredi vivendo mensuram XC partium, seu quadrantis caeli, quem lustrant ea sidera, quae tum oriri incipiunt et ascendere ab horizonte ad medium caelum hora natali, ut ait Horatius lib. II, Ode XVII, hoc est, quum quis ex parentis utero prodit. Has ascensiones signorum, ἀναφορὰς mathematici vocant, quae fiunt ob oriente circumactu quotidiano mundi. Est autem mensura illarum inaequalis, prout climata variant, propter caeli inclinationem diversam: neque porro eamdem mensuram annorum vitae ubique significant. Elevato, exempli gratia, Ariete per Alexandriae clima partibus XXI, et scrup. 40, Ptolemaeus ait ipsum sublevari annis 28, et totidem mensibus, hoc est, tot annos vitae promittere. Clima Vrbis accurate describit (vid. supra prim. lat.), quod vocarunt τὸ κλίμα τὸ διὰ Ῥώμης. Consequentiae autem quomodo se habeant, facillimum est visu; et plura, si libuerit, de eo argumento sufficiet Georgius Valla libro astrologiae quarto cap. 62, et sequentibus.

suram (quod anaphoras vocant) transgredi, et has ipsas incidi occursu maleficorum siderum, aut etiam radiis eorum, solisque. Schola rursus Aesculapii secuta, quae stata vitae spatia a stellis accipi dicit, sed

Sed sunt haec futilissima, plenissimaque vanitatis. Haan.

Anaphoras. Iulio quoque Firmico, Mathes. lib. III, cap. 3; Sexto Empirico, aliisque, haec eo significatu usurpata voa. Scripsit et Hypsicles graece Αναφορικόν, seu librum de Ascensionibus: in quo totam hanc doctrinam luculenter explicat: latine Mentelius reddidit. Haan. — *Quod anaphoras vocant.* Eam caeli partem intelligit, quae 30 partibus, hoc est, duobus signis ab horoscopo distat. D.

Et has ipsas. Has signorum ascensiones, efficientiamque benignam ait incidi, sive interpellari occursu maleficorum siderum, aut eorum radiis, ipsiusque solis: hoc est, malefica sidera, sive coniuncta eorum praesentia est, sive paulum semota immissorum vi radiorum, ea diametro, quadrato, trigono vel hexagono, ut Ptolemaeus ait lib. III, cap. de modis Aphesis, praestare quominus vitalis ille xc vitae partium cursus integer conficiatur. Haan.

Solisque. Salmasius lib. de annis Climact. pag. 300, et Pellicerius in notis MSS. hanc vocem plane expungunt: negat hic fas esse arbitrari perinde ac caeterorum siderum, solis similiter radiis, caelestium utique omnium benigni maxime ac benefici, vim inesse maleficam. Ille vero sic locum emendat: *aut etiam radiis eorum solis:* ut sit intellectus, non sola coniunctione, sive corpore toto, sed et quando conspiciunt, coniiciuntque radios, tunc esse malefica sidera. Verum, ut omittam omnia prorsus exemplaria, sive scripta manu, sive impressa, emendationi huic utrique refragari: non reliquis modo sideribus, sed et soli ipsi, ut Pellicerio primum respondeam, hanc quoque vim inesse ad fata hominum acceleranda Firmicus docet, vir in ea disciplina et exercitatione in paucis accuratus ac diligens: *Sol*, inquit, Mathes. lib. IV, cap. 103, *si cum domino geniturae hac, qua diximus, fuerit radiatione coniunctus,... mortis exitus in peregrinis locis violentos, publicosque decernit*, etc. Et lib. II, cap. 8, pag. 21: *In summa tamen dicendum videtur, quod omnibus stellis noceat vicinitas solis*, etc. Quod vero Salmasius commentus est, legi posse commodius, *radiis eorum solis*, via Plinianum puto. H.

Rursus Aesculapii secuta quae stata vitae spatia. Exemplar Salmanticense, *Aesculapii sententiam secuti qui vitae spacia*, etc. Verbum enim *rursus*, in eo non legitur. Item non *Aesculapii*, sed *Asclepiadae*, fortasse legendum ea Indice, in quo duo huius nominis auctores referentur: alter medicus, philosophus alter, qui scripsit tragodumena. Medici Asclepiadis et Plinius supra et Galenus frequenter et omnes meminere. Pint. — Quam lectionem textui inseruimus, haec ex omnium codicum scriptura consentiente est, quum in libris impressis prius ederetur, *rursus Aesculapii secta*, inducta priore voce *schola*, postremaque una sui litterula diminuta. Est haec familiaris Plinio formula, ut libro XX, cap. 34. *Erasistrati*, inquit, *schola clamat.* Vana

quantum plurimum tribuat incertum est. Rara autem esse dicunt longiora tempora, quandoquidem momentis horarum insignibus, lunae dierum, ut VII atque XV (quae nocte ac die observantur) ingens turba nascatur, scansili annorum lege occidua, quam climacteras appellant, non fere ita genitis LIV annum excedentibus.

porro est Pintiani haesitatio, dubitantisnum *Asclepiadae* potius quam *Aesculapii* sit legendum. Meminit enim huius scholae Iulius Firmicus, Matheseos lib. IV, cap. 1, pag. 45: *Mundi itaque genituram hanc esse voluerunt* (de Petosiri Necepsoque loquitur), *secuti Aesculapium*, etc. Et pag. 46: *Secundum.... has conditiones stellarum....etiam hominum volunt fata disponi, sicut in illo libro Aesculapii continetur, qui* Μυριογένεσις *appellatur*. Sensus vero est: Quae fuerat, aliquanto tempore, Petosiris ac Necepsi celebriore fama obscurata, ea rursus coepta coli et frequentari. H.

Quandoquidem. Quandoquidem insignibus horarum momentis, lunae dierum, ut septima atque decima quinta (quae horae die ac nocte computantur) ingens hominum turba nascitur, quae fere climacterico anno occidit, sive moritur, etc. Haan.

Momentis horarum insignibus, lunae dierum ut VII atque XV. Hunc locum quemadmodum nos edi curavimus, exhibet totidem plane syllabis apicibusque, codices MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chiffl. aliique omnes, a quibus descivisse se fatetur Hermolaus, ut ita reponeret, *momentis horarum insignibus lunae dierumve* VII, *atque* IX, etc. ex quo verborum intextu, ex numerorum immutatione, eliei nulla probabilis sententia potest: etsi in eo nodo solvendo non parum se Barbarus ipse et Pellicerius in notis MSS. sed frustra torquent. Sensus autem hic est quem supra (vid. not. 1), explicuimus nempe: Quadoquidem, inquit, multi nascuntur momentis horarum insignibus lunae, non solis dierum; qualia sunt horae septimae et quintae decimae cuiusvis diei lunae: aut quae ex iis multiplicatis oriuntur, ut sunt 14, 21 et 22, quae horae die ac nocte observantur, et computantur, quum die perinde ac nocte partuum frequentia illa contingat. Sed partum aiunt eiusmodi, turbamque nascentium esse occiduam, hoc est, labilem, ac minime vitalem, certo praesertim anno quem κλιμακτῆρα vocant. Haan.

Scansili annorum lege occidua. Aul. Gellius, Noctium Atticarum l. XV, cap. 7. annum vitae sexagesimum tertium, eum periculo et elade aliqua venire tradit, quod septies novem contineat. De hac re fusius egere Firmicus, Matheseos IV, 14, et Censorin. de die natali, cap. XIV, et apud recentiores Cael. Rhod. XXXVI. Dalec.

Climacteras. Climacteres anni ii sunt quorum summa e duobus numeris constat multiplicantibus sese. Talis quinquagesimus quartus e 6 et 9; sexagesimus tertius e 7 et 9. Talibus annis aliquid potestatis inesse nemo iam credit, vel ex hoc quod Pythagorae discipuli olim crediderunt,

3 Primum ergo artis ipsius inconstantia declarat, quam incerta res sit. Accedunt experimenta et exempla recentissimi census, quem intra quadriennium imperatores Caesares Vespasiani, pater filiusque censores egerunt. Nec sunt omnia vasaria excutienda:

nescio an quia αὐτὸς ἔφη, omnesque postea sectae acceperunt; sed tales anni numerosiores essent quam alii; omnes enim ferme numeri e duobus sese multiplicantibus coalescunt. Κλιμακτὴρ vero est quasi *Scansilis*, quia velut per scalarum gradus ille annus videbatur ascendere. Aj.

LIV annum. Ita cod. omnes ad unum. Etsi Pellicerius in notis MSS. magis sibi probatum iri dicat, si legatur LVI; quoniam ut quintus decimus lunae dies ex octavo constat et septimo: sic annis septem octies multiplicatis, quinquaginta sex colliguntur. Haao.

Census. Census ea fuit ratio. Cives omnes bona aestimabant, et iureiurandu obstricti aestimationem deferebant: praeterea nomen et aetatem uxoris, liberorum, libertorum, servorum: ac quum Romae id fiebat, qua regione urbis habitarent. Qui secus fecisset, bona publicabantur: verberatus ipse venibat, et civitatem amittebat. Institutum hoc a Servio Tullio. Sigonius de ant. iur. Civ. Rom. lib. I, c. 44; Onuph. Panvin super Fast. pag. 53 et 87. De censu vero in coloniis peracto, singulatim Iustus Lipsius de Milit. Rom. I, dial. VII, p. 49. Dalec.

Intra quadriennium. Quum Vespasianus pater quintum, Domitianus filius tertium gereret consulatum, anno Christi ex aera vulgari, 74. Meminit huius lustri Censorinus, c. XVIII: *Quum inter primum*, inquit, *a Servio rege conditum lustrum, et id quod ab Imp. Vespasiano V, et Caesare III coss. factum est, anni interfuerint paulo minus sexcentis quinquaginta, lustra amen per ea tempora, non plura quam LXXX sunt facta, et postea plane fieri desierunt.*

Omnia vasaria. MS. Ch. habet *varia.* Aj.—Omnes libri censuales. Nos Galli *archives* nuncupamus. Vasaria nunc loca illa esse quibusdam placet, inquit Pellicerius in notis MSS. quibus distincte per singulas quasque provincias et regiones, eorum qui censi fuerant, asservarentur nomina: a vasis fortasse, urnisque, quibus ea continerentur. Alii per metaphoram quamdam a domesticis vasis sumptam, non omnes censuum professiones eruendas esse, ita significari existimant. Vasarium alioqui Cicero in Pisonem, et in Rull. pecuniam eam appellasse videtur, adstipulatore Budaeo, de Asse, lib. III, fol. 95, quae publice ex aerario magistratibus dabatur, qui eum imperio in provincias proficiscebantur; ut mulos, equos, e vasa, reliquamque magistratus supellectilem ea pecunia compararent. Nos vasaria hoc loco nihil esse aliud arbitramur, ut diximus, quam libros censuales. Testis ab Honorio Imp. lata lex, cod. Theod. libro XIII, tit. XI, lege 12, qua iubet, *e vasariis publicis auferi loca ea quae praestationem suam implere non possunt*: in iisdem *scribi*, quae possint. Sic et Cassiodorus, Var. libro VII, form. 45: *De-*

mediae tantum partis, inter Apenninum Padumque, ponemus exempla. Centum viginti annos Parmae trés edidere, Brixelli unus CXXV, Parmae duo CXXX, Placentiae unus CXXXI, Faventiae una mulier CXXXV, Bononiae L. Terentius Marci filius, Arimini vero M. Aponius, C et L; Tertulla, CXXXVII. Circa Placentiam in collibus oppidum est Veleiacium, in quo CX annos sex detulere, quatuor centenos vicenos: unus, CXL. M. Mucius M. filius, Galeria Felix. Ac ne pluribus

cerninus, ut tot solidos.... ita faciatis de vasariis publicis diligenter abradi, ut huius rei duplarum vestigium non debeat inveniri. HARD. — Annotavit in schedis suis Poinsinet vasaria esse a Teutonicis idiomatibus depromptum. Nam *Bast* Germanis *liber*, *cortex*, etc. At haec βαρβαροφώνων vox in infima tantum latinitate hoc sensu sumpta est. AI.

Mediae tantum partis. Reliqua Italia praetermissa, quoniam longum foret omnia recensere. Exempla plura vide apud Phlegontem, lib. de Longaevis. HARD.

Tres edidere. Tres, inquit, Parmae geniti, detulere apud censorem, professique sunt annos CXX. Quae formula in sequentibus servatur. H.— Mox *Brixilli unus.* Ch. *Bruxilli unus* CXXV, CXXX. DAL.

Mulier CXXXV. Ita Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris Chiffl. etc. quanquam editi, CXXXII. HARD.

M. Aponius. Alii *Maponias*, male. Apud Gruterum p. 302: M. APONIVS CELSVS. HARD.

Veleiacium. Phlegon Trallianus in opere de Longaevis, ex ipsis censuum Commentariis, multos refert ex oppido Velia, πόλεως Βελείας, qui din aetatem produxerint. Forte idem cum Veleiacio Pliniano: forte diversum ab eo, idemque cum Velia, de qua lib. II, c. 10. H.

M. Mucius, M. filius, Galeria Felix. Ita Reg. 1, Colb. 1, 2, Paris. vetus cod. Dalec. aliique, *Galeria*: quam vocem imperiti editores masculino more ac sono deformarunt: ignari scilicet tribuum nomina solita sic efferri. Ita Cicero in Verrem orat. II: *Fortem amicum Q. Verrem Romilia.* Quem in locum Asconius Pedianus pag. 62: *Verrem*, inquit, *nomen est proprium. Romilia, nomen est tribus, ablativi casus, ut sit, ex Romilia. Tribus enim urbanae rusticaeque omnes XXXV numerantur... Sic alibi ait, L. Claudium Palatina.* Scilicet, orat. IV in Verrem, *C. Claudius, C. F. Palatina*, hoc est, ex Palatina tribu. Et in Antonium: *Ser. Sulpicius, Q. F. Lemonia Rufus.* Sexcenta sunt huiusmodi apud Tullium, quae cuique sunt obvia. Et apud Gruterum pag. 525, L. AVFVSTIVS L. F. PALATINA. SERENVS. Ac similia passim plurima. Ita nos olim hunc locum exposuimus. At ex nominibus gentium romanarum; praesertim vero insigniorum, qualis Galeria fuit, appellatas fuisse, aut ex singulis conflatas tribus integras, nunc plane nobis absurdum videtur et incredibile. Tribus ex plebe fuisse Plinius docet, et quae earum

moremur in re confessa, in regione Italiae octava centenum annorum censi sunt homines LIV, centenum denum homines XIV, centenum vicenum quinum homines duo, centenum tricenum homines quatuor, centenum tricenum quinum aut septenum totidem, centenum quadragenum homines tres.

nomina quondam fuerint, lib. XVIII. cap. 3. In his urbanas ignobiliores fuisse, quam rusticas, quae rura haberent. Igitur matrem Mucii Galeriam hic verius designari credimus; quae nata ex maioribus affinitate iunctis cum gente Syllana, ea iisdem traxerit Felicis cognomen, quod sibi Sylla imposuerat. Quoniam vero invidiosa admodum ex causa illud cepisset, alii ex illa gente Galeria illud dimisisse videntur; Commodus autem Imp. qui Anniae Galeriae Faustinae filius fuit, laudabili occasione illud recepisse, quod decori fuit deinceps posteris. Itaque genus Commodi Augusti a Sylla Felice fuisse hic Plinii locus suhindicat, quale hic stemmate idoneo proferemus.

1. L. Cornel. Sylla Felix, dictator. Cui coniux *Metella*;

2. Cornelia Felix: illa nubit *Galerio*. Cui ex ea

3. α) Galerius Felix;

β) Galeria Felix mai. nub. *Annio*;

γ) Galeria Felix mio. nub. *M. Mucio*.

4. . . . . Annii et Gal. mai. filius.

5. . . . . eiusdem Annii nepos.

6. . . . : eiusd. pronepos.

7. Annia Galeria Felix Faustina, nubit *Antonino Pio*.

8. Faustina Pia Felia, nubit *M. Aurel.*

9. Imp. L. Aurelius Antoninus Commodus Pius Felix.

Deinceps a Commodo Pio Felice genus traxere, quotquot Augusti Pii Felices, et Piae Felices Augustae cognominantur, si fides est nummis antiquis; paucis admodum exceptis, quibus adscripti ii duo tituli sunt, at non ad posteros transmitte odum. Ea cognomina Augustae semper, quae eadem haberent a maioribus, in liberos transfuderunt: in maritos interdum, ut Vlpia Aurelia Severina Pia Felix ex Vlpio Pio Felice patre in Aurelianum Imp. maritum suum. Nam et ipsa in singulari nummo aeris minimi, e Cimelio D. de Surbeck: SEVERINA. P. F. AVG. inscribitur. ·)(· CONCORDIA AVG. Severina altior, quoniam esset e gente multo clariore, siquidem Pia Felix; et in sinistra nummi parte, quae magis est honorifica: Aurelianus minor, sed laureatus; iungunt dextras. Et Aurelianus in paucis admodum ex auro nummis a coniuge Vibia Aurelia Severina Pia Felice, ut Aurelianus, sic etiam Pius Felix scribitur. In Felicis cognomine ludit ingeniose nummus singularis ex aere maximo, apud P. de Grainville, societatis Iesu Rotomagi: M. COMMODVS ANT. PIVS FELIX AVG. BRIT. Capite laureato. ·)(· Commodus stans ad aram; rem sacram Neptuno stanti pariter e regione facit. Inscriptio: SEC. IMP OMNIA FELICIA. TR. POT. XV. IMP. VIII. Infra, cos. VI. P. P Pertinet hic nummus ad annum Christi 190. H.

Alia mortalitatis inconstantia: Homerus eadem nocte natos Hectorem et Polydamanta tradit, tam diversae sortis viros. C. Mario, Cn. Carbone III coss. a. d. quintum kalend. iunias, M. Caecilius Rufus et C. Licinius Calvus eadem die geniti sunt, oratores quidem ambo, sed tamen dispari eventu. Hoc etiam iisdem horis nascentibus in toto mundo quotidie evenit, pariter domini ac servi gignuntur, reges et inopes.

LI. (L.) Publius Cornelius Rufus, qui consul cum M'. Curio fuit, dormiens oculorum visum amisit, quum id sibi accidere somniaret. E diverso Pheraeus Iason tum deploratus a medicis vomicae morbo, quum mor-

Homerus, etc. Nempe Il. XVIII, vss. 249-252: « Τοῖσι δὲ Πουλυδάμας πεπνυμένος ἤρχ' ἀγορεύειν Πανθοίδης· ὁ γὰρ οἶος ὅρα πρόσσω καὶ ὀπίσσω. Ἕκτορι δ' ἦεν ἑταῖρος, ἐῇ δ' ἐν νυκτὶ γένοντο· Ἀλλ' ὁ μὲν ἄρ' μύθοισιν, ὁ δ' ἔγχεϊ πολλὸν ἐνίκα. » H. — Rursus Hom. de illo lib. XII, v. 60, lib. XIV, vs. 449. Meminit quoque viri, cuius omnes prudentiam laudabant, Persius Sat. I, v. 18. Cf. Dictys Cretensis lib. I. As

C. Mario., etc. De his consulibus dictum iam est superiore capite. H.

M. Caecilius. Ita libri omnes MSS. non *Caelius*. Is est M. Caecilius accusator Calpurnii, a Plinio iterum memoratus, lib. XXVII, cap. 2. Praetor hic fuit, P. Lentulo Spinthere, Q. Metello Nepote coss. oppressus a P. Clodio, ut est auctor Tiro, Ciceronis liberius, libro IV, de vita eius, citante Asconio Pediano. De Licinio Calvo egimus in Auctorum Iudice. Haro.

Tamen. Ed. Franziana, sed vitio, ut reor, operarum, *Tam.* As.

Hoc etiam. In hoc argumento versatur egregie Augustinus, de Civit. lib. V, c. 4, 5, 6, et subsequentibus. Haro.

LI. *Corn. Rufus.* In omnibus libris *Rufus* certe legitur: quamvis in consularibus fastis, Valerioque Max. lib. II, cap. 9, num. 4, et Epitome Liviana libri XIV, *Rufinus* scribatur. Consulatum hic gessit cum Manio Curio Dentato, anno Vrbis conditae 455. Haro.—De illo sic Valerius Maximus loco citato. *Quid de Fabricii Licinii censura loquar? Narravit enim omnis aetas et deinceps narrabit: ab eo Cornelium Rufinum duobus consulatibus et dictatura speciosissime functum, quod decem pondo vasa argentea comparasset, perinde ac malo exemplo luxuriosum, in ordine senatorio retentum non esse.* Adstipulantur Florus libro primo, Eutropius secundo, Gellius, XVII, c. 21. Pint.

E diverso Pheraeus tum deploratus, etc. Romana et omnis impressa lectio. *Phalereus iam tum deploratus*, etc. Duo nostra exemplaria, *Pharius iam tum.* Scribo, *Pheraeus Iason*, ex Valerio Maximo libro primo, capite de miraculis: *Divinae fortunae vulnus Pheraeo Iasoni quidam exitii eius en-*

tem in acie quaereret, vulnerato pectore medicinam invenit ex hoste. Q. Fabius Maximus consul apud flumen Isaram praelio commisso adversus Allobrogum Arvernorumque gentes, a. d. VI idus Augustas, CXXX M. perduellium caesis, febri quartana liberatus est in acie.

pidus intulit, etc. Magna Hermolai memoriae haesitatione, et aliorum qui post eum in Plinium aliquid annotaverunt, in restitutione loci qui maxime omnium ad manus et in expedito erat. Pint. — In libris quidem editis, modò *Phalereus tum*, modo *Phaler. iam tum*, ut alt Pintianus. In MSS. nostris Reg. 1, 2, Paris. etc. *Phalereus iacum*. In Chiffl. *Phalereus cacum*. Emendavimus, *Pheraeus Iason*, ut Pint. ex Turnebo ante nos censuit, Adv. XXIX, 18, p. 1055. Emendationem Tullii adstipulatu corroboramus, qui eadem cum Plinio refert: *Nec prodesse voluit Pheraeo Iasoni*, inquit ille de Nat. Deor. lib. II, pag. 145, is *qui gladio vamicam eius aperuit, quam sanare medici non poterant*. Valerii quoque Max. lib. I, cap. 8, pag. 72: *Divinae fortunae vulnus Pheraeo Iasoni quidam exitii eius cupidus intulit*, etc. Hunc Prometheum Thessalum vocat Plutarchus, lib. de capienda ex inimicis utilitate, pag. 89: Ὥσπερ γὰρ ὁ τὸν Θεσσαλὸν Προμηθέα κτεῖναι διανοηθεὶς, ἔπαισε τῷ ξίφει τὸ φῦμα, καὶ διεῖλεν οὕτως, ὥστε σωθῆναι τὸν ἄνθρωπον, etc Haad. — Rursus Simplicius in libr. II φυσικῆς ἀκροάσεως. Victorius, c. 9, 7; Proclus; Brodaeus lib. I, cap. 21. Dalec.—Iason, Pheris oriundus in Thessalia patriam vi subiegit, iuventutem nondum egressus, ann. Chr. nat. 375, mox Thessalia fere tota potitus est, et στρατηγὸν se iussit crearl, quae appellatio regia minor non minorem viro potestatem addidit quam principis. Mox adversus Dolopas, Phocaeos bella; foedera cum Thebanis, Atheniensibus, Macedonia: intus modestia, aequitas et litterarum amor, si quidem Isocrati Gorgiaeque Leontino favit, nec semel munera haud parva dedit. Tum Epaminondae et Pelopidae Timotheique amicus fuit quem capitis reum liberavit, ipse Athenas veniens. Et eo potentiae venit ut contra Persas dimicaturum se polliceretur, quum Delphis interfectus est, Olympiadis 102 anno 2,3, hoc est ante Christum natum anno 371. Az.

Vomicae morbo. Ἀπόστημα ἔσωθεν Graeci vocant: tumorem excrescentem, latente interius sanie. *Vue apostème*. H.

Q. Fabius. Nempe Q. Fabius Maximus, Allobrogicus, vel, ut quidam, Aemilianus, quem novimus e Fastis, an. V. C. 633, consulem fuisse, L. Opimio Nepote collega. Liviana Epitome lib. LXI: *Q. Fabius Maximus consul, Pauli nepos, adversus Allobroges et Bituitum Arvernorum regem feliciter pugnavit*. Hinc Allobrogici ei cognomen. Cf. Florum, lib. III, c. 2; Vell. Paterc. lib. I, cap. 10; Caes. Bell. Gallic. lib. I; Strab. Geogr. l. IV. Az.

CXXX. M. Centum viginti nec quidquam amplius, caesos tradit Livius loc. cit. ex quo Plinii numerum corrigendum putat Harduinus. Sed

Incertum ac fragile nimium est hoc munus naturae, 2
quidquid datur nobis: malignum vero et breve etiam in his, quibus largissime contigit, universum utique aevi tempus intuentibus. Quid quod aestimatione nocturnae quietis, DIMIDIO QVISQVE SPATIO VITAE SVAE VIVIT? PARS AEQVA MORTI SIMILIS EXIGITVR, AVT POENAE, NISI CONTIGIT QVIES. Nec reputantur infantiae anni, qui sensu carent: non senectae, in poenam vivacis. Tot

ambiguum valde est, Liviumne e Plinio, an e Livio Plinium corrigas iure. Tum res non mira est alterutrum, immo utrumque, errasse. Nostrum vero est textum fideliter exhibere, hia tontum sublatis mendis, quae librarii sunt, non his quae e manu auctoris. Caeterum magna semper in retali enarranda numeri varietas est. Sed Strabonem falso contendit Hardoinus dixisse in hoc praelio ce millia hominum caesa. Haec illius sunt verba, Geogr. lib. IV, pag. 264. 265, ed. Oxon. 1807: Τῆς δυνάμεως.... τῆς πρότερον Αρούερνοι μέγα τεκμήριον παρέχονται τὸ πολλάκις πολεμῆσαι πρὸς τοὺς Ρωμαίους· τότε μὲν μυριάσιν εἴκοσι, πάλιν δὲ διπλασίαις. τοσαύταις γὰρ πρὸς Καίσαρα τὸν θεὸν διηγωνίσαντο μετὰ Οὐερκιγγετόριγος· πρότερον δὲ καὶ εἴκοσι πρὸς Μάξιμον τὸν Αἰμιλιανόν. Aj.

Incertum ac fragile nimium est. Sic Harduinus e manuscriptis emendavit, consentiente Var. *nimirum* Gronovius et Al. Aj.

Quidquid datur nobis. Hoc est, sive bonum, sive malum illud munus est. Aj.

Malignum. Parce datum. Sic Virgilius: *Luce maligna*, Aeneid. l. VI. Non absonum φθονεῖν apud Graecos: μὴ φθόνει λύρᾳ, est *ne parce canas, ne sileas.* Aj.

Quid quod aestimatione, etc. Hinc Plato, de Leg. lib. VII: Καθεύδων γάρ οὐδεὶς οὐδενὸς ἄξιος, οὐδὲν μᾶλλον τοῦ μὴ ζῶντος. Et Aristot. Ethicorum I, οὐδὲν διαφέρειν τὸ ἥμισυ τοῦ βίου, τοὺς εὐδαίμονας τῶν ἄλλων. Scopelianus tamen apud Philostratum lucubratam noctem inter Deos, πλεῖστον σοφίας μέρος ἔχειν, dicebat. Rhodig. l. XX, c. 14. Mnesimachus Comicus scite dixit, *Somnum esse parva mortis mysteria.* Conf. l. VI, c. 30. Gorgiam senio fessum et dormientem quum familiaris quidam excitasset, et ecquid valeret sciscitaretur, respondit is, ἤδη με ὕπνος ἄρχεται παρακατατίθεσθαι τῷ ἀδελφῷ. Praeclarum et illud. Ovid. *Stulte, quid est somnus, gelidae nisi mortis imago?* De somno aenigma lepidissimum apud Athenaeum legitur ex Alexi comico, quod recitat Hadr. Iun. VI, 26. Eius ultimus versus est, Ὕπνος βροτείων, ὦ κόρη, παυστὴρ πόνων. Hygino e Nocte et Erebo Lethum et Somnus nati sunt; unde Virgil. *Tum consanguineus lethi sopor.* Vid. infra, lib. XXXVI, cap. 1. Dalec.

Non senectae in poenam vivacis. Apud Ciceronem, in Catone Maiore, senibus quibusdam ita odiosa est senectus, ut se onus Aetna gravius dicant sustinere: quod et senum chorus apud Euripidem in Hercul. furente

periculorum genera, tot morbi, tot metus, tot curae, toties invocata morte, ut nullum frequentius sit votum. Natura vero nihil hominibus brevitate vitae praestitit melius. Hebescunt sensus, membra torpent, praemoritur visus, auditus, incessus, dentes etiam ac ciborum instrumenta: et tamen vitae hoc tempus annumeratur. Ergo pro miraculo et id solitarium reperitur exemplum, Xenophilum musicum centum et quinque annis vixisse sine ullo corporis incommodo. At hercules reliquis omnibus per singulas membro-

queritur, Λ νεότας μοι φίλον· τὸ δὲ γῆρας ἄχθος ἀεὶ βαρύτερον Αἴτνας σκοπέλων ἐπὶ κρατὶ κεῖται. Callimachus Priamum saepius quam Troilum plorasse scripsit, nempe quod diutius vixerit. Dalec.—Facundissime de hoc Invenalis, sat. VIII, v. 243 et sqq. *Haec data poena diu viventibus, ut, renovata Semper clade domus, multis in luctibus inque Perpetuo moerore et nigra veste senescant. Rex Pylius, magno si quidquam credis Homero, Exemplum vitae fuit a cornice secundae. Felix nimirum qui tot per saecula mortem Distulit... Attendas quantum de legibus ipse queratur. Fatorum et nimio de stamine, quum videt acris Antilochi barbam ardentem: nam quaerit ab omni, Quisquis adest, socio; cur haec in tempora duret, Quod facinus dignum tam longo admiserit aevo.* etc. etc. Eadem vox in Senec. Tragoedog. Troad. act. I, sc. 1, vss. 41, 42: *Sed quid ruinas urbis eversae gemis, Vivax senectus?* Eiusdem ingenii est exclamatio in Nostrale Corneille, *le Cid:*

. . . . . O viellesse ennemie,
N'ai-je donc tant vecu que pour cette infamie.

Hebescunt sensus... instrumenta. De senibus praeclare Plaut. in Merc. *Senex quum extemplo est, iam nec sentit, nec sapit: Aiunt solere eum rursum repuerascere.* Dal. — Cf. quoque rursus Iuvenalis, sat. VIII, vss. 187, sequent. *Da spatium vitae, multos da, Iupiter, annos*, etc. . . . . *cum voce trementia labra. . . . madidique infantia nasi: Frangendus misero gengiva panis inermi... Qui vix cornicines exaudiat atque tubarum Concentus... circumsilit agmine facto, Morborum omne genus.* Item in his quae Corn. Galli dicuntur, fr. I: *Aemula, cur cessas finem properare, senectus?... Aret sicca cutis, rigidi stant undique nervi*, etc. *lacerant uncae tabida membra manus*, etc. Ay.

Xenophilum musicum. Valer. Max. lib. VIII, cap. 13, p. 405, non musicum Xenophilum facit: sed a musico didicisse se quae de Xenophilo recitat, profitetur. Verba illius sunt: *Biennio minor Xenophilus Chalcidensis Pythagoricus, sed felicitate non inferior. Siquidem, ut ait Aristoxenus musicus, omnis humani incommodi expers, in summo perfectissimae doctrinae splendore exstinctus est.* H.

rum partes, qualiter nullis aliis animalibus, certis pestifer calor remeat horis, aut rigor: neque horis modo, sed et diebus noctibusque trinis quadrinisve, etiam anno toto. Atque etiam morbus est aliquis, per sapientiam mori. Morbis enim quoque quasdam leges

Qualiter nullis aliis animalibus. In equis tamen ratos statosque febrium circuitus deprehendisse se nunc affirmant veterinarii medici H. — Leones quoque et capre febre vexantur. D. — Hodie receptum et apud medicos, hos circuitus animalium fere universitati, quae quidem sanguine pollent rubro et calido, ut raro accidere, ita tamen compelere posse, ob circulationem. As.

Atque etiam morbus est aliquis per sapientiam mori. Fuit, nec citra cauaam, superiore saeculo inter egregia aliquot eruditorum ingenia, praesertim in Baetica, et medicorum inprimis, magno ardore incensa contentio, quum de loci huius intellectu inter se disceptarent. Quorum ego indicem in praefatione huius nostrae editionis proposui: scripta nec vidi, nec vidisse credo operae pretium futurum. Mercurialis lib. Var. cap. 20, de phrenesi exposuit: quem secutus Dalecampius censuisse videtur legendum in Plinio, *desipientem mori*, hoc est, delirum, φρενιτιζοντα, Pliniumque male dixisse videri pronuntiat. Pintianus, et Rhenanus, in hoc nodo solvendo, ne γρῦ quidem. Alii ad morum arborem retulerunt, quam Plinius lib. XVI, cap. 41, sapientissimam arborum vocat. Alciatus, Parergon iuris lib. II, cap. 16, fol. 109, tom. VI operum, ita legit: *Atque etiam morbus est aliquantisper sapientiam mori.* Conqueritur Plinius, inquit, homines tot morbis affectos esse, non corporis solum, sed etiam animi: morique sapientiam ad tempus, ut in his qui certis intervallis ἀπὸ νοῦ, hoc est, a mente cadunt. Eo fere recidit Laurentii Ramirez coniectura, aientis Pliniana verba perperam traiecta, sic restitui oportere: *Atque morbus est aliquis sapientiam praemori.* Ioannes de Pineda, cum Schotto: *Atque morbus est aliquis per sapientiam morosis*: unde *mori* a scribis imperitis per compendium factum. Μώρωσις porro fatuitas est. Multo vendibilius, quod ait Laelius Bisciola, Horar. subcesiv. lib. XVIII, cap. 12, pag. 1378, hunc loci istiua esse intellectum: Atque etiam hoc ipsum, quod per sapientiam, atque industriam naturae moriamur, genus quoddam morbi est: quam sapientiam certis illis atque ordinatis febrium periodis, qui deinde explicantur, natura demonstrat. Lud. de la Cerda, in Georg. lib. IV, pag. 520, sententiam ait hanc esse, quod in senibus a sapientia mors incipiat. Nihil afferl in eam rem novi Salmasius lib. I, epist. 36 et 40, ad Ioan. Beverovicium: sed ubi multa dixit ad stabiliendam, quacumque ratione potest, Dalecampii et Mercurialis coniecturam, qui φρενῖτιν hunc sapientiae morbum intelligi putaverunt, negat demum in eo loco versando agitandoque adhuc se sibi fecisse satis. Audivi demum qui sic interpretaretur: adeo esse omnia in homine morbis obnoxia, ut sapientiae

natura posuit. Quadrini circuitus febrem, nunquam bruma, nunquam hibernis mensibus incipere: quosdam

ipsius morbus quidam sit, sapientiae famam sectando, vitaeque contemptu, mortem sibi consciscere. Interpretatione nos utemur, ut in Not. fine perspicies, et minus astuta, nec repetita tam longe, et uti remur, ad scriptoris mentem accommodatiore. H. — Adde et nuperis temporibus D. D. Goulin, qui ann. Reip. VII mortuus est professor Historiae medic. in schola Paris. placuisse pro *sapientiam* τὸ *senectutem* ita ut legeretur: *Atque etiam morbus est aliquis per senectutem mori.* Ad quam firmandam coniecturam, Terentium allegat, apud quem *Senectus ipsa est morbus*, et Galenum qui: τοῦτο (γῆρας nimirum) νόσον ἤδη λέγουσιν ἔνιοι. Sed nec necessarium mutare; nec ullus manu exaratus codex adstipulatur. Ar. — *Per sapientiam.* Etiam dum sapit et sana mens est, adventantem imminentemque sentire mortem, e variis morborum generibus unum aliquod genus est: cuius expertes sunt ii, qui furore ac delirio obeunt. Igitur morborum genera duo facit: Furoris unum, quum phrenesi delirioque vexantur aegroti: Sapientiae alterum, quum animus nullo eiusmodi vitio laeditur. Si enim mox ille initio capitis seq. *Iam signa letalia; in furoris morbo risum: sapientiae vero aegritudine, fimbriarum curam*, etc. Adiuvant interpretationem hanc nostram ea quae sequuntur: *Morbis enim quoque quasdam leges natura posuit.* Hoc est, neque enim morbi omnes assidua animum conflictatione obruunt, aut labefactant. H. — Alium sensum Nostras Gueroult proposuit, nempe de hac animi aegritudine, quam hodie *melancholiam* vocant, hoc loco agi: *La mélancolie elle-même*, ait, *est une maladie, et souvent une maladie mortelle.* Ingeniosius quam verius. Nos de suicidio locutum Nostrum nulli dubitamus; non quidem de hoc suicidio quod in se aliquis admittit, famam sectatus, sed de hoc cui causa vitae fastidium. Tot et tanta humani curriculi mala cogitantem, et sapientiae lance omnia librantem, taedet non mori; et proxime distat a taedio voluntaria mors. Id ad Plinii mentem maxime accommodatum est. Nam quis saepius de humanitatis imbecillitate, fragilitate? Quis ad vitam fastidiendam saepius trahit? Hoc tamen fastidium, quod sapientiae basis est, in morbis recenset: μισανθρωπίας de more, aut potius *Pessimismi* sui ita etiam adversus bona pervicax, ut cuncta, seu bona per se, seu mala sint, ne excepta quidem sapientia, malis annumeret. Ar.

Quadrini circuitus febrem. Quartanam Octavius Horatianus medicus vetustate commendabilis, Saturni filiam esse tradit, ob tarditatem et malignam contumaciam. In eius curatione Democritus flagitium aliquod insigne committi putavit necessarium, ut hominem iugulare aut sauciare, sanguinem bibere, menstruum adlinire, sacras aves et animalia religione prohibita comesse. Hadr. Iun. l. III, c. I. Dal.

Nunquam bruma. Hippocratem sequitur, cuius sententiam Galenus quoque amplectitur, Comment. III, in Aphorism. XXII, tom. IX. H. — Ex hoc numero pneumoniam, ebullitio-

post sexagesimum vitae spatium non accidere: alios pubertate deponi, a feminis praecipue. Senes minime sentire pestilentiam. Namque et universis gentibus

nes, contagia, etc. esse creditur. As.

Quosdam. Subintellige, morbos. Etiam post vicesimum vitae annum, admodum raro comitiali morbo quemquam corripi, scribit Hippocr. lib. de morbo sacro, tex. 13. H.

Alios pubertate. Vt comitiales. Hoc adhuc expressius idem, lib. XXVIII, cap. 10: *Multa genera morborum primo coitu solvuntur primoque feminarum mense: aut si non id contingat, longinqua fiunt, maximeque comitiales.* Galenus adstipulatur, Comment. V in Aphorism. Hippocr. VII: Τὰ μὲν πρὸ τῆς ἡβης συνιστάμενα ἐπιληπτικὰ παθήματα, κατὰ τὸν ἐκείνης λύεται καιρόν· τὰ δ' ἐξωτέρω τῆς ἡβης, συναποθνήσκει. Καιρὸς δ' ἡβης ἐστὶν, ὁ μετὰ τεσσαρεσκαίδεκα μέχρι πέντε καὶ εἴκοσιν ἐτῶν. Alii a secundu vitae septenario ad tertium, hoc est, a quarto decimo ad vicesimum primum, pubertatis pertinere tempus aiunt. Hippocrates ipse, c. 5, Aphor. VII: Τὰ ἐπιληπτικὰ ὁκόσοισι πρὸ τῆς ἡβης γίγνεται, μετάστασιν ἴσχει· ὁκόσοισι δὲ πέντε καὶ εἴκοσιν ἐτῶν γίγνεται, τουτέοισι τὰ πολλὰ ξυναποθνήσκει. Quae sunt omnino paria cum Galeni verbis. Haao.

Senes minime, etc. Pestilentiae genus est inprimis duplex: alterum ex aëre pestilenti, seu putridis exhalationibus infecto; alterum ex diuturno aëris habitu calido humidoque ortum. Posteriorem pestilentiam minime sentiunt senes, quoniam natura eis sicca inest et frigida; contraria autem contrariis adversantur. Priore etiam conflictari minus, quam iuvenes solent, si vescendi modum optimum sibi ipsi praestituont. Ita fere Georg. Agricola, de Peste, lib. II. H. — Sicca et frigida in senibus corporum habitudo hos facil aptos minus ad affectus recipiendos, quos gignit humiditas cum calore non apte mixta: contagiis ergo quibuslibet minus pervii sunt. Sed non pestilentia priore minus graviter laborant. As.

Universis gentibus. Hoc morborum genus ἔνδημον et ἐπιχώριον Graeci vocant: Latinis indigenam et patrium dicere licebit: cuiusmodi elephantiasis est, Aegyptiis quodammodo propria: podagra, Atticis; xemitertiana, Romanis, etc. Haan. — Sic et Ante-Insulis et Americae dira lues quam Hispani *vomito prieto* (τὴν ἔμεσιν τὴν μέλαιναν) vocant, Nos *fièvre jaune*; sic et occidentalis Asiae nunc pestis αὐτόχθων et ἐνδημικὴ esse videtur. Sic et variolas, quae Arabum prius fuere, nec ante prophetizantis Mohammedi tempora in caeteras orbis partes eruperunt, teste Aarone Alexandrino, presbyt. et medic. qui primus de his locutus, ann. Heg. I, Chr. nat. 622; hucusque ignorantibus Graecis, qui earum certiores facti ann. 624 (vid. Hume, in *Political discurs.* tom. II, pag. 38). Sic et veneream luem vulgo ferunt in Americae tractibus primum visam, a Christophori Colombi, aut Vespucii comitibus Europae illatam; unde, culpam in finitimos regerente quoque, Lusitanicum, Hispanicum, Neapolitanum, nec raro Gallicum malum haec nominata est. Sed adventitiam pestem ne crede. Nam et Romanorum tempore iam morbi erant aliquatenus

ingruunt morbi, et generatim modo servitiis, modo procerum ordini, aliosque per gradus. Qua in re observatum, a meridianis partibus ad occasum solis pestilentiam semper ire: nec unquam fere aliter: non hieme, nec ut ternos excedat menses.

similes. Vid. Martial. l. XI, epigr. LX: *Partem gulosam solvit indecens morbus*, et passim. Causa praecipua his Orientalium virorum, Indaeorum, Palmyrenorum, tum sordes, quum Persidem, Indiam, Serendib, Sinas adeuntium, trivialis Venus. Haec frequentiora, quum debellata bella sub Crucis vexillo, quae *Croisades* appellant. Tunc enim omnium gentium, quae ἐνδημιχοῖς quaeque suis laborabant, genera mista et morbi; unde humorum pravitas exstitit in dies acrior, et toxico similior. Operae pretium ibi fuerit respicere ad locum Ioannis archiepiscopi Gnesniensis (in sua *breviore Chronica Cracoviae*, Lipsiae 1730; et in Collect. Historicorum Polonorum V. Cl. Sommersberg, tom. II, in fol.) ita describentis mortem Kurnicki, Posnaniensis episcopi, coaevi sui, ut iam tum, anno videlicet 1383, genus morbi quoddam gravius exitiosiusque ipsa nostri temporis lue venerea, exstitisse videatur. Americam autem non nisi post annum 1492 detectam fuisse, nemo est qui ignoret. Az.

Modo servitiis. Secundum operum et laborum genus. Cf. in libro iam vetustiore, sed utili, *Dictionn. portatif de santé*, ad vocem *Maladie*, sect. *Malad. des Artisans*, ubi plus quam quinquaginta recensentur morborum species, quorum singulis singuli conflictantur artifices. Qualis est, ut uno exemplo utar, miserabilis operariorum eorum conditio (*miroitiers*, *doreurs*) qui ad laborum suorum consummationem hydrargyro uti coguntur; metalli vaporibus usque quaque obnoxii, tanto pulmonum exitio, ut, quamvis huic operum generi insudare a teneris annis assueverint, vix ullam mortis immaturae causam, praeter phthisim, habeant. Hinc a beneficentissimis viris simul et doctissimis (*Société d' encouragement pour l' industrie nationale*) praemia quotannis proponi solent, ad eos, regio paene more, remunerandos, qui rationem aliquam invenerint, qua tanta hominum iactura vitari possit. Et haec sunt profecto instituta, quibus in unaque totius orbis regione, viri sapientes favere debeant. Az.

Modo procerum, etc. Refert Kirckerus, lib. de Peste, sect. II, cap. 3, pag. 139, ex scriptoribus rerum Francicarum, pestem aliquando in solos nobiles saeviisse, expertibus tanti mali mediocris et infimae sortis hominibus: Numine sic nobilium in pauperes acerbitatem ac saevitiam ulciscente. Haan.

Ad occasum. Nisi venti contra perflaverint, ut quum ab Illyriis in Atticam morbum perduxerunt, quod superius diximus, cap. 37. H.

Non hieme. Editi, *nisi hiem.* cui lect. experientia ipsamet refragatur: aestivo plerumque tempore peste grassari incipiente: quanquam et hieme saevit. Haan.

LII. (LI.) Iam signa letalia: in furoris morbo risum: sapientiae vero aegritudine, fimbriarum curam et stragulae vestis plicaturas: a somno moventium neglectum, praefandi humoris e corpore effluvium: in oculorum quidem et narium aspectu indubitata maxime, atque etiam supino assidue cubitu: venarum inaequabili aut formicante percussu: quaeque alia

LII. *In furoris.* In delirio. De furoris, sapientiaeque morbo diximus superiore cap. Docet hoc ipsum Hippocrates in Prognostico, text. XXI. H. — Caeterum haec signa mortis incerta sunt; neque ullo indicio potest removeri vitae suspicio, nisi corporum putredine; nec tacendum et accidisse non semel, immo saepius multo quam creditur, vivos humari. Vid. infr. cap. 53, pag. 207. As.

Risum. Hic risum innuit, non hilaritatis indicium, sed Sardonium risum, nempe convulsionem faciei, risui similem. Dalec.

Sapientiae vero aegritudine. Sapientiae morbum vocat, non in quo aegri sapiunt, et mente constant, sed in quo laeditur et offenditur eorum sapientia: in quo desipiunt: φρενίτιν. Celsus lib. II, cap. 6; Hippocr. lib. Progn. Dalec.

Fimbriarum. Celsus lib. II, cap. 6: *Illa quoque mortis indicia sunt, si manibus quis in febre et acuto morbo... in veste floccos legit, fimbriasve diducit.* Hasd.

A somno moventium. Scribe, *a somno morientium.* Sic utrumque praefert exemplar. Est autem periphrasis lethargi. Pint.

Praefandi humoris. Vrinae. Sic Plinius more suo verecunde genitale semen circumloquitur. Gelen. — Hoc est, cum honoris praefatione nominandi, sicuti in rebus turpibus fieri consuevit. Nam urina, et excrementa alvi huiuscemodi humore indicantur. Ea enim cum prostratis admodum aegroti viribus nequeunt retineri, sed effluunt delabunturque, inscio interdum illo, nec sentiente, evidens sane mortis imminentis indicium, nullique nunc etiam incompertum. Barbarus frustra *praegrandis* vel *profundi*, vice *praefandi* substituere nititur. Haro.

In oculorum. Inter prava signa, τὴν ὀξεῖαν ῥῖνα, *nasum acutum*, ὀφθαλμοὺς κοίλους, *oculos concavos*, aliasque narium et oculorum affectiones commemorant Hippocrates et Galenus in Prognost. et seq. Servius grammaticus in illud Poëtae, Aen. lib. V, vers. 244: Dat. somnos, adimitque, et lumina morte resignat. *Physici dicunt pupillas, quas in oculis videmus, morituros ante triduum non habere: quibus non visis, est summa desperatio.* Ea de re nos iterum alias. Hasd.

Supino. Ita pariter Celsus loco proxime citato: Galenus item et Hippocrates, opere modo appellato. H.

Venarum inaequabili aut formicante percussu. Galenus I. de Tactu pulsus cap. III, intelligit minutum, densum, ac summe debilem, qui velocitatis opinionem exhibeat, quum sit tamen minime velox: pulsui nuper

Hippocrati principi medicinae observata sunt. Et quum innumerabilia sint mortis signa, salutis securitatisque nulla sunt: quippe quum censorius Cato ad filium de validis quoque observationem, ut ex oraculo aliquo, prodiderit: Senilem iuventam praema-

editi infantis plane similis. Galeno in Isagoge pulsuum, μυρμηκίζων σφυγμός. Vide Gorraeum hoc ipso verbo, Μυρμηκίζων σφυγμός. Harn. — Hippocratis more Venas arterias appellat, quod et annotavit Rhodig. lib. III, cap. 14. Priscis enim duplices venae fuerunt, ἄσφυκτοι, priores, quae citra motum sanguinem dispergunt: aliae micantes et pulsatiles, σφύζουσαι, quas arteriae vocavit posteritas, ὅτι ἀείρονται, quoniam dilatantes sese, attolluntur. Dal.

Hippocrati. Adde et Comm. Galeni ad librum IV, Aphorism. 49, tom. IX, pag. 166. Harn.

Innumerabilia sint mortis signa. Celsus lib. II, cap. 6. Dal.

Ad filium. Iniuria temporum opus istud intercidit. Hard.

De validis. In valentibus quoque, inquit, signa quae mortem portendant, inveniuntur, Catone teste, qui verissime de his observationem prodidit, etc. Quare nec valetudini quoque tuto creditur. Hard.

Senilem iuventam praematurae mortis esse signum. Apud Senecam, Contr. 1, lib. II, Cestius de Alfio Flavio sic pronunciat. Tam mature magnum ingenium non esse vitale. Hoc illud est quod Apuleius refert ex vate nescio quo (Ἰαμβογράφῳ ac.) *Odi puerulos praecoci sapientia.* H. — Quem versiculum Nostras Lebrun (*Écouchard*) imitatus est:

Jeune étourdi qui s'érige en barbon,
Est à mon sens un animal bernable;
Et j'aime mieux l'air fou que l'air capable.

Sed non haec ad Plinium vere: nam de re, ut aiunt, physiologica, non morali disserit Noster. Praecocis ingenii puer fere nullus vitalis. Nec mirum. Quae enim cito et quasi derepente oriuntur, cadunt derepente. Sic de pulchritudine. At de ingenio aliter forsan, non obsolescente quidem ingenio, sed ante diem evanescente vita. Incolumes enim et validos homines praecipue statuit corporalium organorum aequalitas et quodam modo ἁρμονία, qua fit ut nullum caeteris praestet. Id in adolescentia utilissimum, in infantia necessarium. Porro si quis infantiam nondum egressus, ingenii dotibus mirum in modum polleat, cerebralis organi anomalia fatalis solito arguitur. Quid autem encephali organis magis molle et tenellum, quae vir aevi maturus periculo suo non levi fatiget. Nec exempla θεωρίαν deserunt. Et ut praeteream celebrem Pic de la Mirandole, qui postquam duodeviginti annos natus, disseruit de *omni scibili*, ante quadriennium defunctus est, et minus Germanum quam Nostratem Baratier, quis ignorat infantem omnium doctissimum Christophorum Heyneeken, quem ferunt duos annos natum latina lingua colloqui solere, mox graeca, tum hebraica, at ante lustrum expletum defecisse. Solâ in hac ingenii formidolosissima felicitate medicina est, puerum a litteris remo-

turae mortis esse signum. Morborum vero tam infinita est multitudo, ut Pherecydes Scyrius serpentium multitudine ex corpore eius erumpente exspiraverit. Quibusdam perpetua febris est, sicut C. Maecenati.

vere, quas celerrimus mox arripiet, donec satis firmetur aetas. As.

Morborum. Oculo certe, omnium membrorum minimo, morbos centum ac duodecim adscribit auctor libri, qui Introductio sive Medicus appellatur, inter Galeni opera, tomo II. cap. 16. Alii aliorum membrorum affectus ex eodem repeti commode possunt. H.

Vt Pherecydes Scyrius serp. Phthiriasin hac verborum circumscriptione significat, hoc est, pedicularem morbum, quo et Syllam interiisse, et Pherecydem, auctores sunt Pausanias, Attic. lib. I; Aelian. Var. Hist. lib. IV, cap. 28: τοῦ παντὸς αὐτῷ σώματος ὑπὸ τῶν φθειρῶν ἀναλωθέντος. Philostr. in vita Apollonii; Plut. in Sylla, aliique. H. — *Vt Pherecydes Syrius copia serpentium*, etc. Ὑπὸ τοῦ τῶν φθειρῶν πλήθους τελευτῆσαι Suidas scribit, quos *animalia tetra* vocavit. Serenus Laërtius versibus de illo editis, ad hunc modum scripsit: εἰς φθεῖρας ἐστὶν ἀλλάξαι τὸ πρὶν εἶδος. Idem sua ad Thaletem epistola totum se pediculis opertum queritur: quae quum ita sint, mirum cur hic Plinius serpentum copia tradat exspirasse, quasi τῶν ἑρπετῶν nomine pediculi significari possint. Haec quum attentius considerarem, occurrit apud Aeliauum sub finem lib. IV Var. Pherecydes historia, ex Laërtio ut videtur sumpta: deinde mox l. V, cap. 2, alia narratio petita ex alio quodam auctore qua refert: ἐμπεσόντα εἰς ἀῤῥωστίαν, πρῶτον μὲν ἱδρῶσαι ἱδρῶτα θερμόν, ἐξώδη, ὅμοιον μύξῃ, ὕστερον δὲ θηριώδη, μετὰ δὲ φθειριᾶσαι, καὶ διαλυομένων τῶν σαρκῶν εἰς φθεῖρας τῆξιν ἐπιγενέσθαι, καὶ οὕτως τὸν βίον καταλλάξαι. Haec quum fortassis Pliuius legisset, suspicor eum vocem θηριώδη ad serpentes retulisse, quum potius eo loco significet sudorem noxiorum animalium foecundum, genitorem ac effectorem, quae statim pediculos fuisse declarat, quamvis Gesnerus foetidum et virosum interpretatus sit. Aurelianus cap. de Phthiriasi, pediculos, in eo morbo, infestissimos, non consuetos, aut simplicis formae, sed ignotos, latiores, duros magis, vehementer morsu saevientes, qui saepe corpora sub capillo penetrant. Farales vocari tradit, eos fortassis, quos hic Plinius serpentes vocat. Nec iis assentior qui serpentes hinc significari putant medicorum dracunculos, morbum Arabibus, Aethiopibus, et corporibus in eo tractu melancholicis familiarem. Pediculos et vermes olim serpentes vocaverunt. Theophr. lib. I, de signis pluviarum, inter earum praesagia numerat, ἰούλους, i. e. τοὺς ὀφίσκους πρὸς τοῖχον ἕρποντας! quum tamen ii non serpant anguium modo, sed instar pediculorum multis pedibus ambulant. Scyrius autem ait non a Syria provincia, sed a Scyro Insula, una ex Cycladibus. Illum quum inviseret Pythagoras, ac, πῶς διάκειτο, rogaret, digito per ianuam immisso, ἐν χροὶ δῆλα, respondit. Hunc etiam fato defunctum humi

Eidem triennio supremo, nullo horae momento contigit somnus. Antipater Sidonius poëta omnibus annis, uno die tantum natali, corripiebatur febre, et eo consumptus est satis longa senecta.

LIII. (LII.) Aviola consularis in rogo revixit: et

religiose, ut magistrum, mandavit. Apul. Fl. lib. I. Narrarunt Delii pestiferum eum morbum ab Apolline immissum, quod, in eius templo sedens, in frequenti corona circumstantium, arroganter et superbe gloriatus fuisset, nulli Deo se unquam sacra fecisse, nec ideo minus sanum degere, quam qui hecatombas immolarent: offensum ergo Deum illam hominis κουφολογίαν tam diro morbo vindicasse. Suidas Σύρον et Σύριον scripsit, quasi a Συρίᾳ, non *Scyrium*, Rhod. ex Aeliano lib. XIV, c. 13, et lib. XIX, c. 30. Dal. — Optima haec; neque quidquam subiungemus nisi minutissima tria. Et primo quidem duorum versiculorum epanorthosin, quos Pherecydis vitae Diogenes Laërtius auctor subiunxit. Dalecampius enim, dum parum exacte citat, omnem fere sensum sustulit. Ergo rescribo: Εἰς φθείρας λόγος ἐστὶν Αλλάξαι τὸ πρὶν εἶδος. Mox, de serpentium nomine pediculis imposito miramur Dalec. mirari; quos, dum ex cunctis interdum corporis partibus scatent, saepe a rependo serpendoque, serpentes vetusti scriptores nuncupaverunt. Sic Diod. Siculus lib. III, p. 163. Acridophagorum morbum describens, nunc φθεῖρας appellat, nunc ἑρπετά. Anguis nomen entomis quoque nonnunquam datum est, non sane repentibus. Anacreon, εἰς Ερωτα· Οφις μ' ἔτυψε μικρὸς Πτερωτὸς, ὃν καλοῦσι Μέλιτταν οἱ γεωργοί. Tum necesse scribi *Scyrium*. Aj.

Nullo horae. De Maecenate Seneca lib. de Providentia c. III: *Feliciorem ergo tu Maecenatem putas, cui amoribus anxio, et morosae uxoris quotidiana repudia deflenti, somnus per symphoniarum cantum, ex longinquo lene resonantium, quaeritur?* Affert exempla nonnulla eorum, qui menses XIV, qui decennio toto somnum non viderint, Io. Schenckius, Observ. Medic. lib. I, pag. 73. H.

Antipater Sidonius poëta. Laudat hunc impense Cicero lib. III, de Oratore. Catonis Vticensis magister fuit. Eadem de illo refert Valerius Max. lib. I, cap. 8, p. 75: *At poëta Antipater Sidonius, omnibus annis, uno tantummodo die, quo genitus erat, febri implicabatur. Quumque ad ultimam aetatem pervenisset, natali suo, certo illo circuitu morbi consumptus est.* Et Platonem obiisse ipso suo natali scribit Seneca, epist. LVIII. Similes febrium typos, quae singulis annis in diem natalem inciderent, refert et Schenckius, Observat. Medic. lib. VI. Alios item febrium, quae singulis hebdomadibus mensibusque recurrerent. Harn.

LIII. *Aviola consularis.* Valerius Maximus in hoc enarrando prodigio, Plinio suffragatur lib. I, cap. 8, n. 12, pag. 71: *Aliquid admirationis*, inquit, *civitati nostrae Acilii etiam Aviolae rogus attulit, qui et a medicis, et a domesticis mortuus creditus, quum aliquandiu humi iacuisset, elatus, postquam ignis corpus eius corripuit, vivere se proclamavit, auxiliumque*

quoniam subveniri non potuerat praevalente flamma, vivus crematus est. Similis causa in L. Lamia praetorio viro traditur. Nam C. Aelium Tuberonem praetura functum a rogo relatum, Messala Rufus, et plerique tradunt. Haec est conditio mortalium: ad has et eiusmodi occasiones fortunae gignimur, uti de homine ne morti quidem debeat credi. Reperimus inter exempla,

paedagogi sui, (*nam is solus ibi remanserat*) *invocavit. Sed iam flammis circumdatus, fato subtrahi non potuit.* H. — Male Onuphrius in Fastis hunc putat esse Aviolam, qui Claudii principatu consul fuit, anno Vrbis conditae 807, Christ. nat. 54. Sed ipsius pater est, Acilius quoque Aviola nomine, qui Andecavos et Turones in Galliis legatus a Tiberio ann. ant. filium consulem 35 (hoc est, Vrb. cond. 772, Chr. nativit. 19) coërcuit, ut Tacitus memoriae prodidit, Annalium lib. III. Caeter. ad. et cf. Celsum lib. II, cap. 6. Ar.

Revixit. Pro mortuo habitus, vita non plane exstincta. Exempla plura huiuscemodi hominum, qui mortui existimabantur, Schenckius refert l. I. Observatu dignum est quod ait Forestus, Observ. Med. lib. XVII, Observ. 9: *In undis*, inquit, *submersi post octo et XL horas recreati revixere. Feminae aliquando, in vulvae cruciatu elatae, in sepulchris ad vitam rediere .... Septuaginta propterea et duas horas ante quam humentur, decrevere.* Haro.

In L. Lamia. Valerius Maxim. lib. I, cap. 8, n. 12: *L. quoque Lamiae praetorio viro aeque vocem fuisse super rogum constitit.* Is est L. Aelius Lamia (sic enim scribendum, non Helvius: fuit Aeliae gentis familia Lamiarum) de quo Cicero, de Oratore lib. II, p. 418. Ciceronis ipsius causa abire iussus est in exsilium. Praeturam exercuisse dicitur in Fastis Capitolinis, L. Munatio Planco, M. Aemilio Lepido, coss. anno Vrbis 711. Haro.

C. Aelium Tuberonem. Ex alia gente Tuberones fuisse quum sit certissimum, cave Patinum audias, qui in Familiis Romanis Helviam gentem statuit cognomine Tuberonis, ex nummo cui hae litterae sunt inscriptae: L. H. TVB. Legere enim eum oportuit, non *L. Helvius Tubero*, sed *L. Hostilius Tubulus*, de quo Cicero, ad Attic. lib. XII, ep. 5, pag. 359, et Asconius in orat. pro Scauro. H. — Cicero de claris oratoribus, *Q. Aelium Tuberonem* celebrat, L. Pauli nepotem, disciplina Stoicum, Gracchorum aliorumque clarissimorum oratorum tempore. Pint. — Et nos hominem Castriae (La Chatre) in patria nostra novimus, qui quum lethargia laboraret, bis in diversis temporibus sepultus fuit, et prius quidem post triginta horas exhumatus, decem fere annos vixit; posterius vero, quum tres dies et amplius in feretro iacuisset, tum uxoris iussu errorem dirum suspicatae, (nam hac absente exsequiae ductae erant) recluderetur sepulchrum, inventus est vivus, erosis palmis et fame ac desperatione horridior quam morbo: nec aëris

Hermotimi Clazomenii animam relicto corpore errare solitam, vagamque e longinquo multa annuntiare, quae nisi a praesente nosci non possent, corpore interim semianimi: donec cremato eo inimici (qui Cantharidae vocabantur) remeanti animae velut vaginam
2 ademerint. Aristeae etiam visam evolantem ex ore in

tactui sustinendo par, animam statim efflavit. Aj.

Hermotimi Clazomenii, etc. Sic eum Aristoteles primo Metaphysicorum appellat: item Lucianus in laudatione muscae, et communis Graeciae nominatio. Verum Plutarchus maximae auctoritatis scriptor, *Hermodorum*, non *Hermotimum* nuncupat in libro de Daemonio Socratis verbis: *De Hermodori autem Clazomenii anima, accepisti quo pacto e corpore egressa, vagaretur per loca complura, deinde regrederetur, quum et audisset, et interfuisset multis quae longe inde acciderant; unde, uxoris proditione, inimici corpus illius, dum anima abesset, in suam potestatem redactum, domi exusserunt.* Pint. — *Hermotimi.* Tertullianus de Anima cap. II, 28, et 44, Hermotimum vocat: Apollonius item in Hist. Comment cap. III, pag. 7, aliique. H.

Vagamque e longinquo multa annuntiare. Plato in Phaedone pollutas et impuras animas, quum e corpore discesserint, circa monumenta et sepulchra vagari tradit. Quidam eius auctoritate freti putant, eorum qui mortem sibi consciverunt, post fatum animas cadaveri magis vinciri et adhaerescere, illineque nata lemurum et umbrarum terriculamenta. Virg. Aeneid. lib. IV: *Et quam frigida mors anima seduxerit artus, Omnibus umbra locis adero.* Brod. Ib 5; Magius, III, 5, de animarum post obitum recursu, et in percussorem corporis odio, multa refert, quaestionem explicans olim percelebrem in scholis: Quid causae sit, cur, praesente eo qui interfecerit, ex eius vulneribus qui occisus est sanguis manet? Hom. Iliad. IX, animam quae e corpore excessit, non amplius reverti his versibus docet: Ἀνδρὸς δὲ ψυχὴ πάλιν ἐλθεῖν οὔτε λητὴ, Οὔθ' ἑλετὴ, ἐπεὶ ἄρ κεν ἀμείψεται ἕρκος ὀδόντων. Apud Plin. Iun. lib. VII Epistolarum, mirabilis est et terribilis historia domus pestilentis et infamis, Athenis, ob vagantem noctu senis umbram. Vide Magium IV, 14. Huc pertinet Miltiadis sepulchrum apud Pausan. et aliud in Lipara Aeolica apud Arist. lib. περὶ θαυμασίων ἀκουσμ. Ovid. Fast. II: *Vix equidem credo, bustis exisse feruntur, Et tacite questi tempore noctis avi.* Dal.

Aristaei etiam visam, etc. Scribe *Aristeae*, non *Aristaei*, ex Herodoto et Plutarcho in Romulo et Suida, et gregatim omnibus qui Proconnesium hunc scriptorem *Aristeam* appellant, non *Aristaeum*: ut erravit Plutarchi interpres, qui monstrato loco pro *Aristeam*, *Aristaeum* vertit. Pintian. — Etenim scriptoribus graecis est Ἀριστέας ὁ Προκοννήσιος. Rem paulo aliter narrat Herod. l. IV, sive Melpom. Vide praeterea Apollonium in Hist. Mirab. c. II, Suidam, aliosque.

Proconneso, corvi effigie, magna quae sequitur fabulositate. Quam equidem et in Gnossio Epimenide simili modo accipio: Puerum aestu et itinere fessum in specu septem et quinquaginta dormisse annis: rerum faciem mutationemque mirantem, velut postero experrectum die: hinc pari numero dierum senio ingruente, ut tamen in septimum et quinquagesimum atque centesimum vitae duraret annum.

Harn. — Mira et supra fidem vere sita audientis, eodem fere ingenio profecta credua, quam quae Nostri hodie erant *Magnetismi animalis* sectatores: iis enim firma opinio est posse mentem absque corporis auxilio ea contemplari quae sunt procul et ea facultata pollere quam vocant *lucidité à distance*. Et ad hoc Magnetistarum etiam sapientiores Socraticum daemonem revocant. Aj.

Magna quae sequitur. In omnibus MSS. et edit. Parm. multo sincerius: *quae magna quaeritur hic fabulositate.* Haro.

Gnossio Epimenide. Sive Gnossium dicas, cum Laërtio Pausaniaque, sive Phaestium, ut alii, Cretensis fuit. Fuere enim haec duo Cretae insulae oppida olim insignia. Haro. — De Epimenide quidem Victorius l. XXIV, cap. 1. Varro et Plutarchus quinquaginta tantum obdormisse tradunt. Vid. not. 5. Dalec. — Hunc septem sapientibus annumerant quibus hoc tituln Periander indignus videtur. Diis acceptus ob longum somnum creditus, res divinas attigit sacerdotemque se circumtulit, piacula invenit et Athenas Cylonis amicorum sanguine commaculatas lustravit; Cretam inde reversus est et senio confectus diem supremum obiit, siquidem undecim anni huic defuerunt ad tria implenda saecula. Praeterea poëseos studiosus fuit et versus conscripsit quorum sex millia de Argonautis, duo de Minoe et Rhadamantho. Epimenidem laudat Plato, citatque D. Paulus. De viri somno nihil addimus; non omissa tamen gallici interpretis coniectura, haud valde bona, qui Epimenidis somnum credit esse quasi Επιμένιδος ὕπνον; Επίμενις vero *canis*, qui rabie laborat. Sed interpretem hoc fefellit, rabiem graece per μῆνιν si affectio, at si morbus per λύσσαν verti. Floruisse Olympiad. XLVI, (ann. ante Chr. nat. 616—613) auctor est Diog. Laërtius, Vit. Phil. lib. I, in Epimenidis vita, ubi eadem refert quae Plinius. Aj.

Rerum faciem mutationemque mirantem, velut postero experrectum die. Puto vitiatum esse ordinem verborum, scribendumque, *Experrectum velut postero die, rerum faciem mutationemque mirantem.* Pint.

Hinc pari numero, etc. Totidem mox diebus senem eum esse factum, quot annis dormierat, hoc est, LVII. Hard.

Septimum et quinquagesimum. Quadraginta duntaxat dormisse annos scribit Pausanias lib. Attic. Plutarchus, quinquaginta: et Varro in libris de ling. Lat. Caeteri scriptores

Feminarum sexus huic malo videtur maxime opportunus, conversione vulvae: quae si corrigatur, spiritus restituitur. Huc pertinet nobile apud Graecos volumen Heraclidis, septem diebus feminae exanimis ad vitam revocatae.

3 Varro quoque auctor est, XXviro se agros dividente Capuae, quemdam qui efferretur, foro domum remeasse pedibus. Hoc idem Aquini accidisse. Romae quoque Corfidium materterae suae maritum funere locato revixisse, et locatorem funeris ab eo elatum.

Plinio favent: inter quos Phlegon lib. περὶ Μακροβίων, quem citant Diog. Laërtius loco proxime appellato, et Apollonius cap. 1. Hard.

Huic malo. Ἀπνοίᾳ, nempe, h. e. spiritus et animae interceptioni ac privationi. Dalec.

Conversione vulvae. Sic vocat ὑστερικὴν πνῖγα Graecorum. Eo morbo vexatas feminas ὑστερικῶς πνιγμένας Graeci vocant. Dalec. — Vox ab ὑστέρᾳ quae ad verb. *ultimam* (nempe partem corporis) et hinc *vulvam* significat. Ὑστερα, ·ρων (τὰ) sunt *secundinae*. Gallic. dicimus quoque *hystérie*. Aj.

Corrigatur. De voce hac egimus cap. 19. Hard.

Feminae exanimis. Sic librum suum Heraclides inscripserat, περὶ τῆς ἄπνου, de exanimi, teste Laërtio in prooemio pag. 3. Hanc feminam revocasse ad vitam Empedocles dicebatur: unde ingens hominum fama consecuta est virum. Ita Laërtius idem in vita Empedoclis l. VIII. Hard.

XXviro se. Ita libri omnes MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chiffl. etc. ex qua lectione apparet viginti-virum fuisse M. ipsum Varronem ei agro dividendo. Huius vocis usum paulo reconditioris grammaticae Plinii editores quum minime intelligerent, scripsere *XXviris agros dividentibus*, vel (Fulv. Vrsini instar, nott. ad Varr. p. 17) e *XX viris a. d. C. q.* sed hunc ediscere vel ex Gruteri inscriptionibus variis potuere p. 372: AVRELIO. VICTORI. XV. VIRO. Meminit porro huius agrariae divisionis, Frontinus, de Coloniis: *Capua colonia*, inquit, *muro ducta, Iulia Felix, iussu Imp. Caesaris, a XX viris est deducta.* Et Velleius Paterculus, Hist. Rom. lib. II, n. 44: *Caesar in consulatu primo* (*nempe ann. ante Chr. nat.* 58) *legem tulit, ut ager Campanus plebi divideretur, suasore legis Pompeio. Ita circiter XX millia virum eo deducta, ut*, etc. Hard.

Quemdam qui efferretur, foro domum remeasse pedibus. Prius legebatur, *quum efferretur feretro, domum remeasse.* Nos lectionem sinceram restituimus, ex Reg. 1, 2, Chifflet. Paris. et aliorum codicum admonitu. *Efferri* enim propria vox funeris est, et est feretri vocabulum ibi otiosum. Hard.

Adiicit miracula, quae tota indicasse conveniat. E duobus fratribus equestris ordinis, Corfidio maiori accidisse, ut videretur exspirasse, apertoque testamento recitatum heredem minorem funeri institisse: interim eum, qui videbatur exstinctus, plaudendo concivisse ministeria, et narrasse a fratre se venisse, commendatam sibi filiam ab eo. Demonstratum praeterea, quo in loco defodisset aurum nullo conscio, et rogasse ut iis funeribus, quae comparasset, efferretur. Hoc eo narrante, fratris domestici propere an- 4
nuntiavere exanimatum illum: et aurum, ubi dixerat, repertum est. Plena praeterea vita est his vaticiniis, sed non conferenda, quum saepius falsa sint, sicut ingenti exemplo docebimus. Bello Siculo Gabienus Caesaris classiarius fortissimus captus a Sex. Pompeio, iussu eius incisa cervice, et vix cohaerente, iacuit in litore toto die. Deinde quum advesperavisset, cum 5
gemitu precibusque congregata multitudine petiit, uti Pompeius ad se veniret, aut aliquem ex arcanis mitteret: se enim ab inferis remissum, habere quae nuntiaret. Misit plures Pompeius ex amicis, quibus Gabienus dixit: Inferis diis placere Pompeii causas et partes pias: proinde eventum futurum, quem

Concivisse ministeria. VI pro servis alii, Pliniusque passim ipse, servitia, ita et ministeria hoc loco pro ministris usurpat. Hard.

Iussu eius incisa cervice. Averrhoës, Physicon lib. VII, tradit arietem se vidisse amputato capite huc illuc ambulantem. In Caria Iovis Hoplosimi sacerdos occisus, quum percussor ignoraretur, capite praeciso Cereidam dicitur accusavisse: vid. Rhodig. III, c. 25; Platonem in Polit. Val. Max. lib. I; Clement. Alex. Stromaton lib. V. Eris Armenii filius, natione Pamphylius, multis acceptis vulneribus, inter mortuos ad decimum usque diem relictus, deinde duodecimo ad sepulturam sublatus, in rogo revixit, ac mira quaedam sibi visa, dum exanimis iaceret, narravit. Leopard. lib. IX, cap. 2. Dalec.

Ex arcanis. Ita MSS. omnes, Reg. 1, 2, Paris. Chifflet. Vetus Dalec. Hoc est, aliquem ab arcanis et a secretis ministrum. Editi hactenus, *a clavis*, mendose. Hard.

Gabienus dixit. Voculam, *dixit*, addidimus ex MSS. antea laudatis, et

optaret: hoc se nuntiare iussum: argumentum fore veritatis, quod peractis mandatis, protinus exspiraturus esset: idque ita evenit. Post sepulturam quoque visorum exempla sunt: nisi quod naturae opera, non prodigia consectamur.

LIV. (LIII.) In primis autem miraculo sunt atque frequenti mortes repentinae (hoc est, summa vitae felicitas), quas esse naturales docebimus. Plurimas prodidit Verrius: nos cum delectu modum servabimus. Gaudio obiere, praeter Chilonem, de quo diximus, Sophocles et Dionysius Siciliae tyrannus, uterque

Colh. 1, 2, etc. Ac paulo post *Pompeii causam* magis probarem quam *Pompeii causas*. Tamen quum MSS. *causas* habeant, nihil mutamus. H.

LIV. *Summa vitae*. In hanc sententiam multa Plutarchus, toto libro de Consol. ad Apollonium. Refer huc quoque id quod Tzetzes habet, Chil. 1, vss. 38 sqq. de matre, quae a Deo id optans, quod optimum liberis foret, mortem impetravit: Τῆς δὲ μητρὸς ὁ κάλλιστον τούταις ἐπευξαμένης, Θνήσκουσιν ἄμφω τῇ νυκτὶ, κάλλιστον σχόντες τέλος. Τούτους εὐδαίμονας καλῶ καὶ τοὺς τοιούτους, Κροῖσε, Οπόσοι τέρματι χρηστῷ κατέλυσαν τὸν βίον. HARD.

Naturales. Non divinitus immissas, sed a natura profectas. HARD.

Plurimas prodidit Verrius. Ille de quo Suetonius lib. de Grammaticis; de quo nos ad librum I. Illius Fastos, et librum de significatione verborum, aliosque hoc loco non excutimus; sed quis hic sit libellus, e quo Plinius sua hauserit requiri potest. Nos cum Vossio, Hist. Lat. pag. 105, Poinsinet et doctissimis, putamus titulum huic fuisse *Memorabilium*. AS.

Sophocles. Valerius Maximus lib. IX, cap. 42: *Sophocles ultimae iam senectutis, quum in certamine tragoediam dixisset, ancipiti sententiarum eventu diu sollicitus, aliquando tamen una sententia victor, causam mortis gaudium habuit*. Gaudio pariter obiisse, annos natum xc, scribit Diodorus Siculus lib. XIII. In ea laetitia vinum hausisse, acinique haustu strangulatum esse Simonides innuit in Anthol. lib. III, cap. 25, epigr. 38: Εσθέσθης, γηραιὲ Σοφόκλεες, ἄνθος ἀοιδῶν, Οἰνωπὸν Βάκχου βότρυν ἐρεπτόμενος. *Flos vatum, Sophocles, canentibus occidis annis, Dum stringit fauces uva comesta tuas*. HARD.

Dionysius. Quanquam alias Dionysii carmina risu excepta non semel, atque exsibilata fuisse refert idem Diodorus l. XIV et l. XV. Et omnes norunt Philoxeni cavillationem dicentis: *Ad lapicidinas reducite me!* Hunc tamen regem, recitata fabula, quam inscripserat *De redempto Hectore*, vicisse omnes qui erant Athenis, auctor est Tzetzes, Chiliad. V, vers. 180: Εἰς λύτρα δὲ τοῦ Εκτορος καλούμενόν τι δρᾶμα Αναγνωσθὲν ἐνίκησε πάντας ἐν ταῖς Αθήναις. Legenda de hac morte narratio est quam nuper

accepto tragicae victoriae nuntio. Mater pugna illa Cannensi, filio incolumi viso contra falsum nuntium. Pudore Diodorus sapientiae dialecticae professor, lusoria quaestione non protinus ad interrogationes Stilponis dissoluta.

Nullis evidentibus causis obiere, dum calciantur 2
matutino, duo Caesares, praetor, et praetura perfunctus dictatoris Caesaris pater: hic Pisis exanimatus, ille Romae. Q. Fabius Maximus in consulatu suo pridie kalend. ianuarias; in cuius locum Rebilus paucis-

mortuus D. D. Lantier in Milesiacis suis quibus titulus *Voyage d'Anténor*, etc. t. II, c. 14, inseruit; quanquam magna ex parte excogitata ab auctore est. Caeterum ne mireris pessimo poëtae reportatam victoriam, quum hic regnaret. Dedisses Choerilo tiaram; non unus in aula clamasset *Pulchre, bene, recte!.... stillasset amicis Ex oculis rorem*; et quae caetera Horatius enumerat signa mirantis laudantisque. Nec semel Nostras Voltaire Frederico Magno, Borussiae regi, versus gratulatur, quos non pariter posteri probaverunt. Az.

Pugna illa Cannensi. Ita plane Gellius lib. III, cap. 15: *Praeterea in nostris annalibus scriptum legimus, qua tempestate apud Cannas exercitus populi romani caesus est, anum matrem nuntio de morte filii allato, luctu atque moerore affectam esse: sed is nuntius non verus fuit; atque is adolescens non diu post ex ea pugna in Urbem rediit: anus repente filio viso, copia atque turba et quasi tuitu incidentis inopinati gaudii oppressa exanimataque est.* Valerius Maximus lib. IX, cap. 12, ad eam pugnam refert, quae habita est ad Trasymenum lacum, anno ante Cannensem, et Livius post eum, lib. XXII. Hard.

Viso. Ita MSS. quos vidimus, et libri editi: itáque malnimus, cum Gellio, quam *reviso*, ut in Chiffl. cod. Hard.

Pudore Diodorus. Rem luculanter Laërtius narrat in Euclid. vita, lib. II, pag. 60. Hunc valentem dialecticum Cicero vocat, lib. de Fato, p. 277. Stilponis vitam idem Laërtius describit, pag. 64. Hard.

Duo Caesares. Lucius praetor, et Caius praetorius Caii Caesaris dictatoris pater, ambo fratres, ex C. Caesare patre, dictatoris avo. Hard.

Pridie kal. ianuarias. Quibus fiebant comitia consularia. Statum ea tempus non habuisse, sed ab eo magistratu penes quem tempore quovis ea constitit potestas, edicto significatum notat Cl. Praevot. de Magistr. rom. pag. 94 et 101. Sed quum hoc tempore kal. ian. coss. anno praec. designati magistratum inirent, Quinctusque ad pridie kalend. ianuar. eius anni qui consulatum ipsius sequebatur fato concessisset, paucas tantum in horas ei suffici cupiebat Rebilus, non autem sequentem in annum consdesignari. Daz.

Rebilus. Hunc Γάϊον Κανίνιον Dio appellat lib. XLIII; illum vero cuius in locum ipse suffectus est a Caesare

simarum horarum consulatum petiit. Item C. Vulcatius Gurges senator. Omnes adeo sani atque tempestivi, ut de progrediendo cogitarent. Q. Aemilius Lepidus
3 iam egrediens incusso pollice limini cubiculi. C. Aufustius egressus quum in senatum iret, offenso pede in Comitio. Legatus quoque, qui Rhodiorum causam in senatu magna cum admiratione oraverat, in limine Curiae protinus exspiravit progredi volens. Cn. Bebius Tamphilus, praetura et ipse functus, quum a puero quaesisset horas. Aulus Pompeius in Capitolio, quum

dictatore, Q. Fabium, C. Trebonii in consulatu collegam, anno urbis 719. Κανίνιον Ρεβίλιον vocat Plutarchus in Caesare. Caninium Rebilum Tacit. Hist. lib. III. Fuit ei igitur nomen C Caninius Rebilus. In Caninia gente familiae quatuor exsliterunt: Rebili, quorum meminit Livius lib. XLII, aliique; Reguli, Labeones, Gelli. Macrobius, Saturn. lib. II, c. 2, iocos refert, quos in eum congessisse Tullius aliique dicuntur; exempli causa: Quaesitum iri quibus consulibus Rebilus consul fuisset; Vigilantem fuisse consulem, qui in consulatu suo somnum non viderit: Eo consule neminem prandisse, etc. Meminit et Sueton. in Iulio, c. LXXVI. Macrobius, in Saturnalium lib. II, de illo alios praeterea Ciceronis iocos refert: Rostra quum ascendisset, honorem consulatus iniisse pariter, et exspirasse: Ολιγωρητέων fuisse, tanquam paucorum horarum: Eo consule nihil mali factum, vel rempublicam nihil cepisse detrimenti; Se ed eum consulem venientem, a nocte comprehensum: Quum multi ad eum prehensandum et deducendum irent, properandum, priusquam ille occuparet sibi magistratum abrogare. Sed et illud festivum praecipue est: Olim Flamines diales fuisse, nunc consules diales fieri. Leop. III, 17. Macrobius idem et simile dictum de Vatinio refert, magnum ostentum eius anno factum, quod nec ver, nec aestas, nec autumnus, nec hiems fuerit. Vid. ad cap. 18 eiusdem libri. HARD.

Q. Aemilius. Is, opinor, cuius consulatus incidit in annum Vrbis 733, Augusti principatu. HARD.

C. Aufustius. Hoc familiae romanae nomine parum sibi cognito, neque admodum in libris obvio, perterriti Plinii editores, contra fidem MSS. omnium, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Chiffl. Paris. vet. Del. etc. *C. Aufidium* reponere ausi sunt. At exstat frequens Aufustiae familiae mentio in inscriptionibus vetustis apud Grutarum, cuiusmodi ille est iam proxime recitate, pag. 525: L. AVFVSTIVS. L. F. PALATINA. SERENVS. *H.*

Cn. Bebius Tamphilus. Ita scribendum id nomen admonent partim inscriptiones veteres, partim Capitolini Fasti: non ut vulgo, *Cn. Baebius Pamphilus.* Praeturem gessisse hunc Fasti aiunt anno Vrbis cond. 660. HARD.

Aulus Pompeius. Bithynicus appel-

Deos salutasset. M'. Iuventius Thalna consul, quum sacrificaret. C. Servilius Pansa, quum staret in foro ad tabernam hora diei secunda, in P. Pansam fratrem innixus. Bebius iudex, quum vadimonium differri iubet. M. Terentius Corax, dum tabellas scribit in foro. Nec non et proximo anno, dum consulari viro in aurem dicit, eques romanus, ante Apollinem eboreum, qui est in foro Augusti. Super omnes C. Iulius medicus dum inungit, specillum per oculum trahens. Aulus Manlius Torquatus consularis, quum in coena placentam appeteret. L. Tuccius Valla medicus,

latus. Praetor Vrbis anno 680. H.

Thalna. Ita rescripsimus, ea MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chiffl. etc. ea Fastis Capitolinis, atque ex ipso Valerio Max. lib. IX, cap. 12, p. 452: *MN.* (hoc est, Manius) *Iuventius Thalna*, inquit, *collega Ti. Gracchi Cos. iterum, quum in Corsica, quam nuper subegerat, sacrificaret, receptis litteris decretas ei a senatu supplicationes nuntiantibus, intento illas animo legens, caligine orta ante focum collapsus, mortuus humi iacuit. Quem quid aliud quam nimio gaudio enectum putemus?* Consul fuit anno post V. C. 591. Haad.

Hora diei secunda. Post solis exortum. Reg. 1, Colb. 1, 2, et Chiffl. *hora diei ad secundam.* Haad.

Dum vadimonium. Codices manu exaratos a vitio omni feliciter sanavere ii qui Plinium primo ediderunt: nullum enim vidi, in quo hac parte mendum non iaceret: dum alii *Babylonium*, *Babylium* alii, alii *Babylonium vadimonium* repraesentant. H.

In foro Augusti. In regione Vrbis octava. Haad.

Specillum. Quid sit specillum, Varro explicat, de Ling. Lat. l. V: *Quo oculos inungimus quibus specimus* (hoc est, aspicimus), *specillum est.* Graecis μύλη dicitur. Aetius, serm. VIII, c. 14: *Cum specillo instrumento, quod melam Graeci appellant.* Instrumentum parvum ac teres, quo utuntur ad vulnerum aut fistularum viam, aut profunditatem pernoscendam: *une sonde de chirurgien.* Spicellam vocat Sextus Platon. de Medic. ex anim. l. I, c. 9, n. 23: *Et, si dexter oculus glaucomate laborat, in dexteriorem partem specella dimittitur: sin sinister, sinistram.* Voa ea Plinio familiaris ut constabit ex indice: Celso quoque, l. VI, c. 6: *de imbecillitate oculorum*, et cap. 10: *de dentium dolore.* Est apud eumdem, cap. VII, tit. *adversus aurium vermes, et auricularium specillum.* Haad. — Guill. Morel, in Amalthea, ad vocem *Specillum* interpretatur *éprouvette*, melius. Aj.

Aulius Manlius Torq. Consul anno Vrbis 590. H.

Tuccius Valla medicus. Editi hactenus libri *Durius* et *Dutius* exhibent. At Reg. 1 codex, *Tunocius*, Reg. 2, et Tolet. *Tuscius*. Colb. 1, 2, et Chiffl. *Tuncius*, Par. *Tunctius*. Nos *Tuccius*, restituimus. Est enim Tuc-

dum mulsi potionem haurit. Ap. Saufeius, quum a bal-
5 neo reversus mulsum bibisset, ovumque sorberet. P. Quinctius Scapula, quum apud Aquilium Gallum coenaret. Decimus Saufeius scriba, quum domi suae pranderet Cornelius Gallus praetorius, et Q. Haterius eques rom. in Venere obiere. Et quos nostra adnotavit

eia familia inter plebeias Romae notissima. Sed quum in laudatis codicibus scriptum sit inverso ordine, *L. Tuocius medicus Valla, dum*, etc. quid si legatur, *L. Tuccius medicus, calidam dum mulsi*, etc. Hard.

Ap. Saufeius. Saufeia familia Romae a plebeiis fuit. Hard.

P. Quinctius. Huius cognatus, ac fortean frater, T. Quinctius Scapula, de quo Dio lib. XLIII, p. 228. Apud Gruter. p. 84: P. Quinctius Scapula. *Hard.*

Corn. Gallus. Ex eadem familia Corn. Gallus, poëta, primus Aegypti praefectus temporibus Augusti. H. — At cur non ipse Cornelius Gallus, qui poëta eroticus, et libidini maxime deditus fuit. Coniecturam hanc confutavit Poinsinet, dum ait, historia teste, sua ipsius manu Gallum interemptum. Ad quod respexit Naso Amor. lib. III, eleg. 9: *Sanguinis atque animae, prodige Galle, tuae.* As.

Q. Haterius. Et hoc praenomen rursum sanavimus, cum gentis nomine. Perperam enim in editis legitur, *T. Aetherius*, quum manu exarati codices habeant, *V. Etherius*, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chiffl. aliique omnes, pro *Quintus Haterius*, quae gens Romae notissima: ex qua Haterius Rufus eques Rom. de quo Valerius Maxim. lib. I, cap. 7, Q. Haterius Antoninus consul extremis Claudii temporibus, aliique. Quid plura? Valerius idem, exemplorum suorum, lib. IX, pag. 454, Haterium vocat, sed perperam Titi praenomen addidit: *Cornelius Gallus praetorius*, inquit, *et T. Haterius eques rom. inter usum Veneris absumpti sunt.* Hard. — Non praetermittenda tamen Nostratis Poinsinet coniectura est; cui, quum videret omnes manu axaratos libros in eandem lectionem conspirantes, succurrit pro *V. Aetherium* reponendum *Valerium*, servato nempe τῷ *V.* Caeterum putat huic praenomen *Titum*; additque falso in Maximo legi *T. Haterium.* Et revera potuit confusio olim fieri tum literarum *T* et *L*, tum aspirationis et litterae *V.* Namque graece Haterius scriberetur Ἀτήριος, pro quo Aeolenses per Digamma Ϝατήριος; unde facillima Latini Vaterios; at vicaversa *Valerius* facillime mutari potuit in Ϝάληριος, Αλήριος, Ατήριος. Sic ex ἑσπέρα, vesper; ἑσθής, vestis, Ἑστία, Vesta, etc. As.

In Venere. Id etiam Speusippo Platonico contigisse prodit Tertullianus in Apologetico cap. XLVI. De Pindaro vate quidam id quoque affirmant. Tarentinum principem, dum congrederetur cum meretrice, emisisse animam, scribit Petrus Damiani. Plura exempla videsis apud Andr. Tiraquellum, in xv legam Connubialem p. 342 et 343, aliam et apud Schenckium, Observationum Medicalium lib. IV, pag. 588. H.

aetas: duo equestris ordinis in eodem Pantomimo Mythico, tum forma praecellente. Operosissima tamen se- 6
curitas mortis in M. Ofilio Hilaro ab antiquis traditur.

Pantomimo Mythico. Hoc est, dum eamdem fabulam gestu ac saltatione repraesentarent in scena. Pantomimus, non pro saltatore modo, qui gestu fabulas exprimat, accipi solet, sed et pro ipso poëmatis genere, quod fabulis, τοῖς μύθοις, lascivius erat liberiusque: in quo, Caesaris aetate, Publius Syrus Laberiusque, mimographi ideo dicti, maxima cum laude versati sunt. Solitum id porro recitari a pantomimis, non ore ac voce, sed gestu modo ac saltatione: quod elegante a Cassiodoro explicatur, Var. lib. I, epist. xx: *Qui laetitiae publicae aptior fuerit aestimatus .... constituatur a vobis..... pantomimus..... Hanc partem musicae disciplinae mutam nominavere maiores: scilicet quae, ore clauso, manibus loquitur, et quibusdam gesticulationibus facit intelligi, quod vix narrante lingua, aut scripturae textu possit agnosci.* Et lib. IV, epist. 51: *Pantomimus igitur, cui a multifaria imitatione nomen est, quum primum in scenam plausibus invitatus advenerit, adsistunt consoni chori diversis organis eruditi: tunc illa sensuum manus oculis canorum carmen exponit: et per signa composita, quasi quibusdam litteris edocet iuventis aspectum: in illa leguntur apices rerum: et non scribendo facit, quod scriptura declaravit. Idem corpus Herculem designat, et Venerem: feminam praesentat, et marem: regem facit, et militem; senem reddit, et iuvenem: ut in uno credas esse multos, tam varia imitatione discretos.* Dum igitur hi duo inter se commissi idem poëma recitarent in theatro, obiere diem extremum. De commissione pantomimorum inter se in theatro, consule Plinium Iuniorem lib. VII, epist. 24. In codd. MSS. *Mystico*, mendose. Sed aberrat a vero longissime Salmasius in hist. August. pag. 504, ubi legi oportere contendit *Mithaeco*: idque nomen graecum esse et proprium illius pantomimi: afferri aliud nihil posse, quod non sit μυθικώτατον. At certe non μυθικώτατον solum, sed prodigii ac portenti simile est, existimare harum vocum altera, *pantomimo*, actorem significari, altera proprium nomen exprimi. Nam quae tandem, amabo, ut caetera sileam, textura totius orationis erit, si erit huiusce modi, uti esse necesse est: Duo equestris ordinis in eodem actore mimo obiere? Μίθαικον esse pistoris nomen apud Athenaeum scio l. III, pag. 112; sed nihil istud ad praesens negotium. Epigramma vetus haud inveniuste sane conclusum, inter ea quae collecta sunt a Pithoeo lib. IV, pag. 156, quae fuerint pantomimi partes, explanat:

PANTOMIMVS.

Mascula feminea derivans pectora sexu, Atque aptans lentum sexum ad utrumque latus, Ingressus scenam populum saltator adorat, Solerti pendet proderis verba manu. Nam quum grata chorus diffundit cantica dulcis, Quae resonat cantor, motibus ipse probat. Pugnat, ludit, amat, bacchatur, vertitur, adstat, Illustrat verum, cuncta decore replet. Tot linguas, quot membra, viro: mirabilis ars est, Quae

Comoediarum histrio is, quum populo admodum placuisset natali die suo, conviviumque haberet, edita coena callidam potionem in pultario poposcit: simulque personam eius diei acceptam intuens, coronam e capite suo in eam transtulit, tali habitu rigens nullo sentiente, donec accubantium proximus tepescere potionem admoneret.

facit articulos ore silente loqui. H. — Non bella correctio, nec quam Harduinus sibi iure adscribit. Namque praegressus erat Nostras Ant. du Pinet, qui Plinii sui in gallicam linguam versi vol. I, pag. 285, (ed. Lugd. 1581 in f.) ita reddidit: *deux hommes romains qui moururent tous deux ayant affaire à un qui jouait le badin ès comèdies, lequel estoit fort beau jeune homme*; et margini suae appinsit cum ἀστειρίσκω pantomimus Mythicus. Ergo Poinsinet de Sivry, (c. 53, quod illi idem est quod nobis 54, n. 26) Harduinum iure improbat, quod contra omnium MSS. fidem legerit; ipse contendit scribendum Misthico, ὀρθογραφίᾳ tantum mutata, non pronuntiatione, scriptoque I pro Y. Misthicus vero est a voce latina *mistus*, *mistura*, graece μίξις, coitus, ita ut vocem habeas fere graecam, (*à peu près grecque*) ut rei turpitudinem aliquid velet. Sed neque unquam vox mere latina terminationem graecam tulit; (quod tamen accideret, si post radicem *mist* syllabam ix adnecteres, ita ut vere hybrida sit illius vocabuli prima pars misthix) hec rei turpitudinem velas, imagine mixtionis subiuncta. Vnice verus d'Ansse de Villoison qui Mysticum censuit nomen esse proprium pantomimi, notissimi nempe id temporis apud Romanos. Nec abfuit multum Salmasius, dum, in not. ad Flav. Vopiscum, historiae Augustae script. vol. II, p. 844, (Lugd. Bat. 1671, in-8°) Mythicum reiicit: inde, ait, fabulae doctorum hominum, qui nescio quos fabularea (μυθικούς) pantomimos sibi sunt imaginati ex illo Plinii loco; hinc et duo genera pantomimorum fecere, *Scenicos* et *Mythicos*. Nihil fingi poterat μυθικώτερον. Idem mox emendat Mythaecum; ratus non e nominibus propriis Mysthicum fuisse. Falso; nam ter in Collect. inscript. Gruteri, Mysthicus occurrit (p. 241, 346, 875) at semel Mysthice femina (pag. 841). Nihil ergo emendato est opus. Caeterum non bene Harduinus ait, texturam non latinam fore, si post haec *in eodem mimo obiere* scripseris. Pudet quidem quo pacto textura optima sit fusius explicare; sed nec necesse est; et e tot Ovidianis versibus quos cital Villoison haec duo tantum exscribimus, pudicum id, lascivum illud et dominans: *Quid in hospite, regia virgo, Vreris?* Metamorph. lib. II, v. 22; et: *In vacca compare taurus eras.* Amor. lib. III, Eleg. v, vers. 38. As.

Calidam potionem. Ita MSS. omnes; neque vox *potionem* temere a nobis expungenda est, ut Lipsio visum est oportere. Hard.

Haec felicia exempla: at contra miseriarum innu- 3
mera. L. Domitius clarissimae gentis apud Massiliam victus, Corfinii captus ab eodem Caesare, veneno poto propter taedium vitae, postquam biberat, omni opere ut viveret, adnisus est. Invenitur in actis, Felice Russato auriga elato, in rogum eius unum e faventibus iecisse sese: frivolum dictu: ne hoc gloriae arti-

L. Domitius. Hanc rem narrat egregie Seneca, de Benef. lib. III, c. 24. Suetonius in Nerone, de hoc Domitio cap. 2: *Vir neque satis constans, et ingenio trucі. In desperatione rerum, mortem timore appetitam, ita expavit, ut haustum venenum poenitentia evomuerit, medicumque manumiserit, qui sibi prudens ac sciens, minus noxium temperasset.* Subiit haec animum illius poenitentia, quum Caesarem audiit non Syllana impotentia, sed mira humanitate captos hostes persequi. Hic abavus Domitii Neronis Caesaris fuit. Hard.

Omni opere. Ita codd. omnes MSS. Editi, *omni ope.* Hard.

Felice Russato auriga elato. Quum Felicia, inquit, Russatae factionis aurigae funus efferretur, quidam ex fautoribus eius in eumdem se rogum coniecit. Circi factiones tunicarum coloribus erant inter se discretae: Alba, Russata, Prasina, Veneta: quas versu complexus est Sidonius a nobis laudandus lib. VIII, cap. 65. Vnde *discolor agmen* agitatorum Ovidio dicitur. Porro quot erant factiones agitatorum, tot erant quoque faventium, qui in diversa partium studia distrahebantur: id quod eleganter praeter caeteros describit Isidorus lib. XVIII, c. 41. Meminit et Dio in Nerone lib. LXI, pag. 693. Vetus inscriptio relata a Simondo nostro in notis ad Sidonium Carm. XXII: M. AVRELIVS... QVI. VICIT. PALMAS. NVMERO, DCCXXXIX. SIC. IN. AVSSEO. N. DCLV. IN. PRASIRO. LV. IN. VENETO. XIII. IN. ALBO. N. XVI. etc. Altera a Reinesio pag. 392:

TI. CLAVDIVS.
TI. AVG. LIB.
EROS.
AGITATOR. FAC. AVRSAT.
H. S. E.

Hoc est, *Tiberius Claudius, Tiberii Augusti Libertus, Eros, Agitator Factionis Russatae, hoc sepulchrum elegit.* Hard. — *Felice Russato aur. elato.* Potes et Nostrum de Aurigarum factionibus consulere l. XXXIII, cap. 5. Nero publicis spectaculis arenam Circi chrysocolla stravit, concolori panno aurigaturus. Russatus color, Russeus Catonis, e viridi rutilus aut flavus. Turn. Advers. lib. XVII, cap. 8; Cassiodor. Var. III, ep. 51; Xyl. ad M. Antonini Vit. p. 325; Flav. Vrsin. in append. ad Ciacon. de Triclin. pag. 113; Fabr. Roman. cap. XII, pag. 155. Dalec.

Iecisse sese, etc. Lego: *Iecisse se, sed frivolum dictu.* Vide Dorléans in Tacit. p. 26.

Frivolum dictu. Quod uti frivolum, hoc est, ineptum et futile, omittere acta annalesque impune poterant. Hard. — *Frivolum*, etc. Sic

ficis daretur, adversis studiis copia odorum corruptum criminantibus. Quum ante non multo M. Lepidus nobilissimae stirpis, quem divortii anxietate diximus mortuum, flammae vi e rogo eiectus, recondi propter ardorem non potuisset, iuxta sarmentis aliis nudus crematus est.

LV. (LIV.) Ipsum cremare apud Romanos non fuit veteris instituti: terra condebantur. At postquam longinquis bellis obrutos erui cognovere, tunc institutum.

parvum dictu usurpat lib. II, cap. 7. DALEC.

Adversis studiis. Adversa studia, sunt factiones caeterae, quae Russati illius fautoris factum maligne interpretando cavillabantur: quasi non officio, aut in gloriam artificis defuncti, hoc est, agitatoris Felicis, se ille ignibus devovisset: sed unguentis captus, quae in rogum sparsa et coniecta fuerant, ac subita animi defectione correptum, in rogum concidisse. HAAD. — *Adversis studiis*, etc. Aurigis qui adversae factionis, seu adversarum partium erant; quidam legunt, *adversis ludiis*. DAL.

Corruptum. Ita MSS. omnes. Quidam *correptum* malunt. HAAD.

Quem divortii. Ita reposuimus ex codd. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. et Pintiani, in quibus *diverti* legitur. In editis corrupte, *quem eventi*. Adiuvat emendationem locus ille Plinii superior, capitis 36, quo nunc respicit: *M. Lepidus*, inquit, *Apuleiae uxoris caritate post repudium obiit.* Hunc prae dolore et angore animi periisse, quum in uxoris scrinio amatorias epistolas reperisset, auctor est Plutarchus in Pompeio pag. 627. Caeterum, ut vides, respicit ad ea quae paulo ante ipse de Lepido eodem retulit cap. 36. HAAD.

LV. *Non fuit veteris instituti.* Cicero de Leg. lib. II: *Hominem mortuum, inquit lex in XII tabulis, in Vrbe ne sepelito, neve urito.* Credo propter ignis periculum. Quod autem addit, *neve urito*, indicat non qui uratur sepeliri, sed qui humetur. Tabulae quidem earum legum, anno 300 ab Vrbe condita scriptae fuerunt, teste Gellio, XX, c. 1. Apud Plutarch. Numa corpus suum uri vetat, itemque rogum vino adspergi; lib. XIV, cap. 12 hui. operis. Ovid. Fast. IV, de Remi funere: *Arsurosque artus unxit, fecere quod ille Faustulus, et moestae Acca soluta comas, etc. Tunc iuvenes nondum facti flevere Quirites: Vltima plorato subdita flamma rogo est.* Haec omnia ostendunt antiquiorem cremandi corporis morem fuisse, quam Plinius censet. Quanquam a poëtis id per πρόληψιν scribi quidam volunt. Magius, X, c. 3. Locum Romae in quo plebeiorum et vulgarium hominum corpora comburebantur, Puticulos et Culinas appellabant. Cremandi morem sub Antoninorum imperio relictum et antiquatum fuisse tradit Alex. ab Alex. cap. II, III, magna diligentia omnia persecutus, quae ad funerandi et sepeliendi cadavera leges pertinent. Vide Valer. Max. IX, 2; Rhod. lib.

Et tamen multae familiae priscos servavere ritus: sicut in Cornelia nemo ante Syllam dictatorem traditur crematus. Idque eum voluisse, veritum talionem, eruto C. Marii cadavere. Sepultus vero intelligatur

XVII, cap. 19, 20, 21. Dalec. — Hoc ipsum adnotavit et Cicero, de Leg. lib. II, pag. 345: *At mihi quidem*, inquit, *antiquissimum sepulturae genus id fuisse videtur, quo apud Xenophontem Cyrus utitur: redditur enim terrae corpus, et ita locatum, ac situm, quasi operimento Matris obducitur. Eodemque ritu in eo sepulcro, quod procul ad Fontis Aras, regem nostrum Numam conditum accepimus: gentemque Corneliam usque ad memoriam nostram hac sepultura scimus esse humatam.* Tamen ipse Plinius lib. XIV, cap. 12, rogum vino adspergi, a Numa vetitum scribit. Verum et Plutarchus auctor est, eumdem Numam testamento cavisse, ne corpus suum post mortem igni combureretur. Quod certe ille non cavisset, nisi iam tum uterque ritus, et terra obruendi, et cremandi igne Romae receptus esset. Macrobius vero, Saturn. lib. VII, cap. 7, suo saeculo nullum amplius urendi corpora defunctorum usum esse testatur. H. — Ad hunc locum Nostras Gueroult, not. 65: Non mihi Plinius videtur hoc negasse quosdam etiam Numae tempore crematos; sed tantum indicat quoniam id tempore crebro sit usurpatum. Nobis neque in Plinio contradictio placet, neque cum optimo interprete de quibusdam tantum decemvirales tabulas locutas arbitramur. Vnde suspicio hoc *Vino rogum ne respergito* idem esse cum: *rogum ne exstruito quem vino spargas.* Poëtica haec locutio est, at cuius exempla in gentium incultarum lingua non pauca reperias, praecipua in Mosis legibus. Vide Levit. Deuter. passim. As.

Veritum talionem. Cicero, loc. cit. *C.... Marii*, inquit, *sitas reliquias apud Anienem dissipari iussit Sylla victor, acerbiore odio incitatus, quam si tam sapiens fuisset, quam fuit vehemens: quod haud scio an timens suo corpori posse accidere, primus e patriciis Corneliis igni voluit cremari*, etc. In Plinianis codd. MSS. non *eruto C. Marii cadavere*, sed *obruto*, legitur; forte pro *ob eruto*. Haan.

Sepultus vero intelligatur. Ita Reg. Colb. Paris. Chifft. ubi vulgati libri, *Sepultus intelligitur*. Haan. — *Sepultus.* Cicero, loco allato p. 346: *Et quod nunc communiter*, inquit, *in omnibus sepultis penitus, humati dicantur: id erat proprium tum in iis, quos humus iniecta contegeret: eumque morem ius pontificale confirmat. Nam priusquam in eos iniecto gleba est, locus ille, ubi crematum est, nihil habet religionis*, etc. Haan.

Sepultus intelligitur quoquo modo conditus. Apud iurisconsultos, de religione et sumptibus funereis, ex dicto Divorum fratrum cavetur, ne inquietetur corpus sepulturae traditum, hoc est, terra conditum, viderique terra conditum, etsi in arcula conditum sit, eo animo, ut non alio transferatur. Arcularum sepulchralium lapidearum mentio est apud Cassiodorum in epistola quadam regis Theodorici ad Danielem marmorarium lapicidinarium. Seneca, in Epist. *In ipsa Scipionis Africani villa*

quoquo modo conditus: humatus vero humo contectus.

LVI. (LV.) Post sepulturam variae Manium ambages. Omnibus a suprema die eadem, quae ante primum: nec magis a morte sensus ullus aut corpori, aut animae, quam ante natalem. Eadem enim vanitas in futurum etiam se propagat, et in mortis quoque tempora ipsa sibi vitam mentitur: alias immortalitatem animae, alias

iacens haec tibi scribo, adoratis manibus eius et arca, quam sepulchrum tanti viri esse suspicor. In epitaphio An. Crestinae, NE. QUIS. NOS. INQUIETET, EA. ARCA. NEQVA. AB. AATE ALIAM. PONAT. AVT. COMMVTET. Raevard. Varior. II, 4. D. — *Sepultus intelligatur quoquo modo conditus, humatus vero humo contectus.* Haec verba subdubito an sint Plinii, an vero alicuius grammatici, qui differentiam inter ea duo verba in margine libri, ut fieri solet, notare voluerit. PINTIAN.

Humatus vero humo contectus. In ustrina mortui comburebantur: humabantur quum iusta persoluta fuisset post Denicale sacrum, sepulchro (τῷ τύμβῳ) invecti: Siti vocabantur, imposito sepulchri titulo. Inferiarum et funerandi morem vide copiose a Vertranio explicatum commentario in lib. IV Varronis de Ling. Lat. DAL. — Prae omnibus videndus Kirchmann De funeribus Romanorum. TYP.

LVI. *Manium ambages.* Ambages ait, quia mille formae fabularum, mille superstitiones circa Manium naturam. AJ. — Manibus, Diti et Proserpinae sacros dies esse putavit antiquitas, quibus mundus patet, quod illis abdita et occulta religionis eorum numinum patefierent, et in lucem proferrentur, Orcique fores alias clausae, iis aperirentur. Varroni autem mundus pater ter in anno: pridie Vulcanalia; tertio nonas octobris; sexto idus novembris. Gyrald. ex Varr. Alea. ab Alea. IV, 20. DAL.

Omnibus, etc. Epicuri aram, scholamque Democritio ista sapiunt, ut Plutarchus monet, de Placitis Phil. lib. IV, cap. 7, pag. 899. Haec autem confutat Tertull. lib. de Testimonio animae cap. IV et V. HARD. — Senec. in Troad. unde Choris: *Post mortem nihil est*, etc. et mox *Quaeris quo iaceas post obitum loco? Quo non nata iacent.* AJ.

Nec magis a morte sensus ullus, etc. Hom. Iliad. ψ: Ω πόποι! ἦ ῥά τίς ἐστι, καὶ εἰν ἀΐδαο δόμοισι, Ψυχὴ, καὶ εἴδωλον. Sic Cn. Mattius, suae Iliadis lib. XXIII: *An maneat species simulachrum in morte silentum* SCAL. — Plautus in Capt. *Post mortem in morte nihil est quod metuam mali.* DAL. — Lucret. lib. III: *Nunc age, nativos animantibus et mortalis Esse animos, animasque levis, ut noscere possis*, etc. Primum autem Pythagoram apud Ethnicos animae immortalitatem asseruisse notat Carrio Emend. lib. II, cap. 14. Aliter tamen Pausan. censente Messen. pag. 142. Videatur et Plutarchus consolat. Apollon. pag. 188, et Sympos. pag. 278, etc. HARD.

transfigurationem, alias sensum inferis dando, et Manes colendo, Deumque faciendo, qui iam etiam

Transfigurationem. Μετεμψύχωσιν signari arbitror, hoc est, animarum e corpore in corpus transmigrationem. Vnde illud Persii, Sat. vi, vers. 10: *Cor iubet hoc Enni, postquam destertuit esse Maeonides quintus pavone ex Pythagoreo.* Huiuscemodi enim corporum mutatione, ex hac in aliam transire figuram animae quoque ipsae videntur. Μετεμψύχωσιν Aegyptios docuisse, testis est Herodotus lib. II, num. 123, sed de Pythagora silet. Eodem pravo errore imbuti fuere ii, qui nummum hunc argenteum praeclarum ac singularem cuderunt, qui est in Cimelio illustrissimi D. de Pontearré, Neustriae senatus protopraesidis: IMP. TRAIANO PIO. FEL. AVG P. P. *Imperatori Traiano Pio Felici Augusto, Patri Patriae.* Caput Traiani simile laureatum. ·)(· Dea sedet, brachio sinistro rotae innixa. In ambitu: VIA TRAIANA. Metalli genus, et fabrica, et modulus, et characterum forma, non Traiani tempora, sed Gordiani Pii Felicis, referunt. Nemo qui nummum conspicit, harum rerum peritus, non ita esse continuo exclamat. Longe dissimilis etiam inscriptio est ei, quae in omnibus nummis ipsiusmet Traiani Imper. cum eiusdem viae Traianae commendatione legitur. Est enim huiusmodi: IMP. CAES. NERVAE TRAIANO AVG. GER. DAC. TR. P. COSS. V. P. P. ·)(· In ambitu SPQR. OPTIMO PRINCIPI. Infra, VIA TRAIANA. Nullus certe Traiani nummus latinus titulo saltem Germanici caret, qui in isto abest. Vnde ergo hic Traiani vultus et numen? Vnde ei cognomina Pii Felicis, quae in Traiani nummis, quamvis ii sunt numero infiniti, ne semel quidem comparent? Sensus inscriptionis utriusque coniunctim hic est: *Imperatori* olim *Traiano*, nunc *Pio Felici Augusto*, *Patri Patriae*: et propterea VIA*m* TRAIANA*m* a se dudum inchoatam, nunc demum perficienti. Haec Pliniana *transfiguratio animarum* est, quum alterius humanae effigiei corpora animae induerent, ut quidam credebant, dudum antea prioribus exutae corporibus. Docet Anchises Aeneam de hoc reditu ingentium praesertim animarum in nova corpora, sexto libro Aeneidos v. 742: *Tum pater Anchises: Animae, quibus altera fato Corpora debentur.* Ait igitur nummi opifex, in Gordianum iuniorem, sive Pium Felicem, caelo lapsum immigrasse et inseruisse se animam defuncti ante annos centum viginti Traiani Augusti; qui pro antiqua indole ac voluntate de republica bene merendi, inchoatam a se viam Traianam Gordianus iam factus studuerit perficere. Certe post Commodum ipse primus est natalium iure *Pius Felix* appellatus, Commodi quippe pronepos. Ipse igitur in isto nummismate designatur. Nam si quis alius ex posterioribus Piis Felicibus indicaretur (id quod tamen credi vetat ipsa fabrica nummi huius, ut diximus): non illa cognomina, aut non sola scriberentur: quippe quae possent pari vel potiori iure primo e Piis Felicibus tribui. Caetero viri harum rerum peritissimi in hac civitate, quibuscum de hoc nummo contulimus, in vultu Traiani, qualis in eo pingitur, quosdam ductus sive linea-

homo esse desierit: ceu vero ullo modo spirandi ratio homini a caeteris animalibus distet, aut non diuturniora in vita multa reperiantur, quibus nemo simi-
2 lem divinat immortalitatem. Quod autem corpus animae per se? quae materia? ubi cogitatio illi? quomodo visus, auditusque, aut qui tangit? qui usus eius? aut quod sine his bonum? Quae deinde sedes, quantave multitudo tot saeculis animarum, velut umbrarum? Pue-

menta quaedam oris Gordiani se putani agnoscere. Si Gordiani vultus in nummo pingeretur, titulus susderel unum e Gordiani nominibus Traianum esse, et ex Traiano genus ei esse; quod falsum est. Itsque Traianum fere ipsum pingi oportuit, ut transisse ipse in Gordiani corpus intelligeretur, factusque renascendo *Pius Felix*. Tam sunt enim cognomina duo, *Pius Felix*, quam fuit supremis Traiani temporibus cognomen ei *Optimus*. In nummis porro Traiani, qui simi inscripti, VIA TRAIANA, Dea sedens vultu averso in meridiem respicit: ut significetur viae Traianae initium ductum a Traiano ex Vrbe fuisse, versus Terracinam fortassis; sed interruptum opus perfectum a Gordiano fuisse usque Terracinam; unde Romam iter esset. Quamobrem Dea in isto nummo picta septemtrionem spectat, et flagellum quatit in eam partem, quo vult curruum rotas pervolvi. H. — E metempsychosi occasio epistolae lepidissimae data Nostrati *Ecouchard* Lebrun. Vid. lib. II, ep. x. Ar.

Manes colendo. Plinio Nepoti lib. VII Epistolarum, manes cundere, parentare, iusta persolvere, quod Virg. Aeneid. lib. III, animam condere *Inferimus tepido spumantia cymbia lacte, Sanguipis et sacri pateras, animamque sepulchro Condimus, et magna supremum voce ciemus*; Ovidio condere umbras, Fastor. lib. V, ubi: *Romulus ut tumulo fraternas condidit umbras, Et male veloci iusta soluta Remo.* Dal.

Quod autem corpus animae per se? quae materia? ... aut qui tangit? Ingentes huic loco tenebras offuderunt Plinii editores, quum a fide omnium codicum discedentes, ita scripserunt, *Quod autem corpus animae persequitur materiam?* Lucem restituimus admonitu codicum Reg. 1, 2, Paris. in quibus totidem psene apicibus ea lectio repraesentatur, uti et in Toletano ante nos animadvertit Pintianus. Et mox: *aut qui tangit*, non ex codd. solum MSS. sed ex Parm. aliisque vetustis editionibus: non, *aut quid agit?* H. — Sensus vero: Quo genere corporis, constat, inquit, quave materia, anima per se, hoc est, seiuncta segregatsque ab hac compage corporis? Hasn.

Velut umbrarum. Quanta, inquit, tot saeculis animarum multitudo, sicuti umbrarum etiam? Ex recepta tunc opinione duas animae seiunctae a corpore partes agnoscit: animae unam, quae in sublimi maneat: [illegible]ram umbrae, quae inferos petat, [illegible] mox idem explicatius tradit. Ita etiam Homerus, in Odyss. libro XI,

rilium ista delinimentorum, avidaeque nunquam desinere mortalitatis commenta sunt. Similis et de asservandis corporibus hominum, ac reviviscendi promissa a Democrito vanitas, qui non revixit ipse. Quae (malum) ista dementia est, iterari vitam morte? quaeve genitis quies unquam, si in sublimi sensus animae manet, inter inferos umbrae? Perdit profecto ista dulcedo credulitasque praecipuum naturae bonum, mortem: ac duplicat obitus, si dolere etiam postfuturi aestimatione evenit. Etenim si dulce vivere est, cui potest esse vixisse? At quanto facilius certiusque, sibi quemque credere, ac specimen securitatis antegenitali sumere experimento!

sub finem, v. 601, idolum quidem Herculis apud inferos esse dixit, ipsum vero inter superos degere. Harn.

Delinimentorum. Ita rescripsimus ex Reg. 1, et Chiffl. Pellicerium secuti. In Reg. 2, et Paris. *telementorum*; corrupte. In editis, *deliramentorum*, prave. Sensus est, huiuscemodi spes inanes, blandimentis ac pollicitationibus esse persimiles, quibus pueros quum delinire volumus, ludificamur, atque decipimus. Hard.

Promissa a Democrito. Varronis verba περὶ ταφῆς: *Quare Heraclides Ponticus plus sapit, qui praecepit ut comburerent, quam Democritus, qui ut in melle servarent: quem si vulgus secutus esset, peream, si centum denariis calicem mulsi emere possemus.* Hard.

Iterari vitam. Dementiae est, inquit, existimare, mortem quae vitae finis est, vitae alterius esse principium. Harn.

Ac duplicat. Ac mors inde duplo fit acerbior, si dolere nos necesse est, ex cogitatione status post mortem futuri. Nam si dulce nunc vivere est, cui poterit tunc dulce esse non vivere amplius, sed vixisse? Quanto facilius certiusque est sibi quemque credere, atque argumentum securitatis post mortem futurae repetere ex ea ipsa securitate quae ortus sui initia antecessit? Duplicant illi, inquit, mortis dolorem, qui sensum nobis post mortem superesse autumant; quoniam angemur etiam aestimatione status post futuri, praeteritae vitae memoriam molestam nobis fore mortuis reputantes: quandoquidem si dulce est vita frui, dulce esse nequit vixisse, hoc est, ea dulcedine perfunctum esse seque non vivere amplius intelligere. Qui vero animam mortalem rentur, dolorem mortis sentiunt, praesentis tantum temporis aestimatione: post mortem enim, nullo manente sensu, huiuscemodi dolore se caritures intelligunt. Ita fere Pellie

Ac specimen. Atque ad securitatem animi sui, existimari id se fore post obitum, quod ante ortum fuit. Ita impie Seneca, epist. v: *Hoc erit post*

LVII. (LVI.) Consentaneum videtur, priusquam digrediamur a natura hominum, indicare quae cuiusque inventa sint. Emere ac vendere instituit Liber Pater. Idem diadema, regium insigne, et triumphum invenit. Ceres frumenta, quum antea glande vescerentur.

me, quod ante me fuit. Antegenitali novo vocabulo utitur ex re ipsa facto ad id significandum, quod ante nos genitos accidit. Sic Maro *antemalorum* figurate dixit, pro *malorum anteactorum*, sive praeteritorum. HARD.

Consentaneum videtur... inventa sint. Nota, antequam aggrediare perlegendum caput, cui tamen perlegendo non inutiliter incumbes, plura hic esse nec certa, nec ad veritatem ullo modo reducenda. Nam quae pridem inventa sunt, ut primis naturae necessitatibus satisfiat, haec aute historiae tempus hominumque memoriam reperta esse patet. AI.

Diadema. Quale diadema fuerit, et quae insignia regum, corona, chlamys, et crepidae, sceptrum, stola, cidaris, tiara, mitra, prolixe exponit Alex. ab Alex. lib. I, cap. 28. DALEC.

Et triumphum. Nummus est argenteus in Thesauro Regio, et apud Patin. pag. 196, num. 1. Caput Triumphi, virile, laureatum; retro, trophaeum; infra, TRIVMPHVS. ·)(· L. PAPIVS CELSVS IIIVIR. Lupa facem accensam invertit, ut exstinguat: ex adverso Aquila est, Romani imperii symbolum. Romae belli facem sive seditionem adversus Imperatorem exortam, ab eo feliciter exstinctam docet. Sic fere Harduinus; cui subinde pro Triumpho senatus caput hoc in nummo esse contendenti, ac legenti, *Traian Imp. Victoria Maxima Peperit Vibi Securitatem*; cave credas. AI.

Ceres frumenta. Quamobrem in eius sacris placentae, sesama, papaverum capita, et id genus alia mysticis, cistis inclusa contrectabantur et offerebantur, nulla animalium caede. Sacris iis qui initiabantur, hac formula religionem profiteri solebant, ἐνήστευσα, ἔπιον τὸν κυκεῶνα, ἔλαβον ἐκ κίστης, ἐργασάμενος ἀπεθέμην εἰς κάλαθον, καὶ ἐκ καλάθου εἰς κίστην; quod fuit occulti et arcani eius mysterii σύμβολον. Had. Iun. ex Arnobio et Euseb. VI, 23. Apud Pausaniam ea ficum arborem Phytalo prima ostendit: Ἔνθα δ' ἄναξ ἥρως Φύταλος ποτὶ δέξατο σεμνὴν Δήμητραν, ὅτε πρῶτον ὀπώρας καρπὸν ἔφηνεν, Ἣν ἱερὰν συκὴν θνητῶν γένος ἐξονομάζει, Ἐξ οὗ δὴ τιμὰς Φυτάλου γένος ἔσχεν ἀγήρους. DALEC. — *Ceres.* Virgilius, Georg. lib I, v. 147: *Prima Ceres ferro mortales vertere terram Instituit; quum iam glandes atque arbuta sacrae Deficerent silvae, et victum Dodona negaret.* Ovidius pariter, Metamorph. lib. V, v. 341: *Prima Ceres unco glebam dimovit aratro: Prima dedit fruges, alimentaque mitia terris: Prima dedit leges; Cereris sunt omnia munus.* Translatis aliunde seminibus, ut ait Isidorus, Orig. lib. XVII, cap. 3, prima frugibus uti coepit in Graecia. HARD.

Glande vescerentur. Arcadas Pelasgus rex docuit glande vesci: tuguria, καλύβας aedificare; pellibus vestiri. Inde βαλανηφάγοι Arcades in oraculo Pythiae dato Lacedaemoniis. Πολλοὶ ἐν Ἀρκαδίᾳ βαλανηφάγοι ἄνδρες ἐασιν, Οἱ δ' ἀποκωλύσσουσι, ἐγὼ δέ τοι οὔτι μεγαίρω. Arcas humaniorem

Eadem molere et conficere in Attica: et alia in Sicilia: ob id Dea iudicata. Eadem prima leges dedit: ut alii putavere, Rhadamanthus. Litteras semper arbitror Assyrias fuisse: sed alii apud Aegyptios a Mercurio, ut Gellius, alii apud Syros repertas volunt. Vtique 2

vitae rationem monstravit, nimirum panis usum, lanificlique, et texendae vestis solertiam. Rhod. XVI, 3. D.

Molere. Pausanias in Laconicis Myletam Lelegis filium, tradit in Alesia vico molam primo reperisse, et eius usum in molendis frugibus docuisse: indeque dictum vicum eum Alesiam, quasi pistrinam aut pistorium. Dal. — Cererem inventricem pistrinorum qui dicit, hic fatetur hoc remotissimis temporibus inventum. Nec nos eum nominavimus qui primus mola usus est, quanquam Graeci Miletum, Palesiaeum, eum nominant, Latini Picumnum. Sed ante molas pistilla nota sunt; et priores molae trusatiles, hoc est, brachio versatiles. Caeterum res pistrinensis sensim aucta et provecta in melius; dictatore Caesare molae aqua versatiles inventae; sed nec ante Augustum visae, nec ante Constantinum usitatae. Et diu fontibus impositae sunt; fluminibus vero, saeculo sexto, iubente Belisario. Az.

Et alia in Sicilia. Ita MSS. Reg. 1, 2, Paris. aliique. Libri hactenus editi, *Italia et Sicilia*: sane mendose. Italos enim Cerea nunquam legitur adiisse. Errorem librariorum planeparem indicabimus lib. XVIII, cap. 13, *Italica* pro *et alica* scribentium. Quoad sensum, non est, ut Pellicerius ait in notis MSS. *alia* (acc. plur. neut.) praeter molere et conficere, in Sicilia docuit, velut arare, serere, metere: sed *alia* Ceres praeter Atticam, forte quam Cererem Hennensem mulierem vocat Iul. Firmicus lib. de errore prof. Relig. pag. 24. Geminam hic Cererem diligenter Plinius distinguit, Virgilium secutus in Georgicis. Prior Attica, ea est, de qua vates cecinit lib. I, versu 147: *Prima Ceres ferro mortales*, etc. Vid. p. 226. Alia vero in Sicilia, *Dea iudicata*, ut Plinius ait; hoc est, globo Lunae, ut putabant, adiuncta. Vnde Cererem pro Luna dixit idem vates, initio libri: ..... *Vos o clarissima mundi Lumina, labentem caelo quae ducitis annum, Liber, et alma Ceres!* Et in nummis Siculis, inscriptis ΚΟΡΑΣ, Ceres pingitur faces accensas utraque manu gerens, quod est nocturni sideris symbolum. Haan.

Eadem prima leges. Vide quae de Thesmophoriis dicturi sumus lib. XXIV, cap. 38.

Assyrias fuisse. Hoc est, ut ego interpretor, apud Assyrios. Sic autem Plinius arbitratur, quoniam regnorum antiquissimum Assyrium esse crederet, nec gentem aut linguam Hebraeam valde curaret, nec utriusque vetustatem nosset. Vide Disquisitionem nostram de nummis qui sunt inscripti litteris, ut vocant, Samariticis. Haan. — Haec inter excursus ad calcem libri, sub numero 9. Az.

Vt Gellius. Adde et Hyginum, fab. 277, sub finem, fol. 53. Mercurius idcirco litteras invenisse dicitur, quia nuntiis eae perferendis utiles, et lucro computando. Haan.

Apud Syros. Clemens Alex. Strom.

in Graeciam intulisse e Phoenice Cadmum sedecim numero. Quibus Troiano bello Palamedem adiecisse quatuor hac figura Θ, Ξ, Φ, X. Totidem post eum Simonidem melicum, Z, H, Ψ, Ω, quarum omnium vis

lib. I, pag. 307: *οἱ δὲ Φοίνικας καὶ Σύρους γράμματα ἐπινοῆσαι πρώτους λέγουσι.* Syriae pars fuit Palaestina, quam Hebraei tenuere, ex Aegypto profugi. Idcirco alii litteras apud Aegyptios primum repertas voluerunt; alii apud Syros: Hebraeas scilicet, quales etiamnum legimus. Hard.

E Phoenice. Tyrios primos litteras aut docuisse, aut didicisse, tradit Q. Curt. lib. IV. Dalec. — *E Phoenice.* Hinc Timo apud Sextum Pyrrhonium, adversus Mathem. pag. 11, Φοινικικὰ σήματα Κάδμου litteras appellat. Et Lucanus lib. III, v. 220: *Phoenices primi* (famae si credimus) *ausi Mansuram rudibus vocem signare figuris.* Plinio subscribit et Tacitus Annal. lib. XI. Hard.

Sedecim numero. Infinitas scriptorum rixas de literarum inventoribus, numeroque ac forma earum quas quisque invenerit, neque est otii, neque instituti nostri hoc loco exscribere. Collegit ista incredibili diligentia, atque operam nostram antevertit Hermannus Hugo, e Soc. nostra, singulari opere, de prima scribendi origine, et rei litterariae antiquitate, cap. 3. Hard.

Palamedem adiecisse. Palamedem aiunt Y litteram invenisse ex ordine gruum volantium. Martialis: *Turbabis versus, nec littera tota manebit, Vnam si tollas hinc Palamedis avem.* Φ vero a figura crucis, quae in inferiore parte eius litterae spectatur: *Haec crucis effigies Palamedica porrigitur* φ. Scaliger (in Auson.).

Melicum. Vim huius vocis speruimus libri huius cap. 24. Eadem de Simonide refert Hyginus, fab. 277. Haesitare Tzetzes videtur, Simonidioe Ceo, an alteri Samio haec tribuenda sint, Chilisd. XII, Hist. 398, v. 13. Hard.

Z, H, Ψ, Ω. Cave igitur existimes ism inde paucis a Troia capta annis, litteram a a Graecis usurpatam fuisse pro η; quum litteram η paulo post bellum Troianum usu receptam fuisse admoneat. Nummi quidem Atheniensium plerique insculptam noctuam exhibent: et in superiore nummi parte hinc A, inde ΘE. Sed has litteras coniungi oportere, legique Αθεναίων, magno errore hodie plerique existimant. Nam Athenae apud Graecos scriptores semper Αθῆναι sunt: ut apud Homerum Minerva Αθήνη est. Illud autem AΘE non esse pro Αθένη vel Αθεναίων, oportuit intelligi ex magistratuum nominibus, quae in iisdem numismatibus inscripta leguntur. Siquidem quae litteram η postulant, in his est η semper, a vero nunquam pro η. Cum his, inquam, literis A ΘE leguntur in nummis ex Thesauro Regio, ΠΑΜΜΕΝΗΣ, ΕΥΒΟΥΛΙΔΗΣ, ΚΛΕΟΦΑΝΗΣ, ΝΙΚΗΤΗΣ, ΧΑΡΙΝΑΥΤΗΣ. In Cimelio D. Foucault, ΕΥΜΑΡΙΔΗΣ, et similia nomina. In Golsisnis, ΑΣΚΛΗΠΙΔΗΣ, ΔΗΜΟΣΘΕΝΗΣ, ΞΕΝΟΚΛΗΣ, ΔΙΟΓΕΝΗΣ, etc. In argenteo maximi moduli e Museo nostro, cum A ΘE sunt ΔΗΜΕΑΣ, et ΕΡΜΟΚΛΗΣ. Nusquam a pro η occurrit. Athenienses

in nostris recognoscitur. Aristoteles x et VIII priscas

profecto nomen suum noverant; et in nummis duobus e Thesauro Regio, totidemque e Museo nostro, integrum est ΑΘΗΝΑΙΩΝ. Apud D. Foucault sedecim vidimus, in quibus vel ΑΘΗΝΑΙΩΝ integrum nomen, vel (ut in duobus Regiis) ΑΘΗ tantum legitur. Nusquam in Cimeliis visum numisma est inscriptum, ΑΘΕΝΑΙΩΝ; quamvis unum Goltzius refert, oculorum haud dubie lapsu in errorem abductus. Ipsum viri nomen Αθηναῖος haud aliter scriptum in nummis occurrit, etiam ante Caesarum tempora, quam quo ΑΘΗΝΑΙΩΝ. Sic in nummo argenteo maximi moduli e Gaza Regia legimus, ΑΕΒΕΛΙΩΝ ΑΘΗΝΑΙΟΣ: et in altero Synnadensium e Phrygia, ΣΥΝΝΑΔΕΩΝ ΑΘΗΝΑΙΟΣ. Α ΘΕ igitur positum est scribendi compendio, pro Αθηναίων ΘΕά, *Atheniensium Dea*, vel Αθήνη ΘΕά, *Atheniensium Dea*, vel *Minerva Dea*, cuius effigies semper in nummis illis est, qui has litteras Α ΘΕ exhibent. Sic in Museo P. Chamillart, nummus Solensium in Cilicia, hinc caput Minervae insculptum habet, inde noctuam, cum epigraphe, ΣΟΛΕΩΝ ΘΕ. quod est haud dubie Σολέων Θεά, *Solensium Dea*. In nummis Atheniensium scribi duabus saltem litteris ΘΕ Θεά oportuit: quoniam si una littera Θ scriberetur, secunda tantum ea littera vocis Αθηναίων esse crederetur: nec de Deae nomine cuiquam in mentem veniret; aut certe intelligendum illud esse nemini suaderet. Nummus Atheniensium antiquissimus primos annos haud excedit Philippi Macedonis, qui fuit Alexandri M. pater. Ex una parte caput Palladis seu Minervae galeatum exhibet, et cinctum foliis olivae, argumento agri qui ferax est olei: in altera, noctua est, cum Lunae crescentis effigie: ut perspicaces esse Athenienses significet, noctuae similes, quae noctu videt, ubi caeterae aves caecutiunt. Est hic nummus argenteus in Museo nostro. Atheniensium numismata, quae nomina magistratuum exhibent, aut Alexandro Magno aequalia sunt, aut posteriora. Ita ΝΙΚΟΔΩ. quod nomen in nummo legitur apud Goltzium, Tab. XIV, 14, 16, Nicodori potest videri illius esse, quem Athenis gessisse magistratum anno Vrbis Romae 440, temporibus scilicet Alexandri Magni, Plinius auctor est, lib. III, cap. 9; hoc est, unum e tribus fuisse, sive triumviris, qui rempublicam Atheniensium administrarent. Itaque falso creditum est, remotioris longe aevi esse haec numismata, in quibus Α ΘΕ scriptum est; vetustioraque Troianis ipsis temporibus, quibus additum alphabeto graeco litteram η a Simonide Plinius prodidit. Scriptores vetustissimi, nonnisi alphabeto iamdudum absoluto integroque, scripserunt; et sunt illis scriptoribus numismata recentiora annis amplius quadringentis Et scriptores autem et nummorum opifices rationem eamdem scribendi servant quam diligentissime, quae a nobis hodieque tenetur. In marmoribus tamen nonnullis, sed a falsariis, ex praeconcepta illa opinione, qua visum plerisque est hactenus, ε pro η positum olim fuisse, ita legitur; ut in eo quod Sponius describit in Miscellaneis Eruditae Antiquitatis, pag. 315 et 316. Nam ibi leges, sed a falsariis scriptum, ut diximus, ΔΕΜΕΤΡΙΟΣ pro ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ, ΘΕΟΦΑΝΕΣ pro ΘΕΟΦΑΝΗΣ, ΚΤΕΣΙΦΩΝ

fuisse: A, B, Γ, Δ, E, Z, I, K, Λ, M, N, O, Π, P, Σ, T, Υ, Φ: et duas ab Epicharmo additas Θ, X, quam a Pala-
3 mede mavult. Anticlides in Aegypto invenisse quemdam nomine. Menona tradit, XV annis ante Phoroneum antiquissimum Graeciae regem: idque monumentis approbare conatur. E diverso Epigenes, apud Babylonios DCCXX M. annorum observationes siderum co-

pro ΚΤΗΣΙΦΩΝ, et alia multa similia. Denique ex eo praeiudicio Scaliger in notis ad Eusebium, p. 104, Plinium ait posuisse hanc inscriptionem, lib. VII, cap. 58: NAYSIKPATES TISAMENO ATHENAIOS, pro Ναυσικράτης Τισαμένου Αθηναῖος. Atqui nihil apud Plinium huiusmodi est; uti a Turnebo animadversum iam olim fuisse mox admonebitur. HARD.

Ab Epicharmo. Hyginus item loco citato. Discrepat Tzetzes, loco cit. versu 49. HARD.

Phoroneum. Φορωνεύς graece. H.

DCCXX M. annorum. DCCXX libri omnes MSS. et editi; neque quidquam immutandum est; tametsi Cic. prima fronte legentibus aliud statuere videatur, de Divin. lib. I, pag. 174: *Contemnamus*, inquit, *Babylonios, et eos qui ex Caucaso caeli signa servantes, numeris et motibus stellarum cursus persequuntur: condemnemus, inquam, hos aut stultitiae, aut vanitatis, aut imprudentiae, qui CCCCLXX millia annorum, ut ipsi dicunt, monumentis comprehensa continent*, etc. Et lib. II eiusdem operis, pag. 250: *Nam quod aiunt quadraginta et septuaginta millia annorum in periclitandis, experiundisque pueris, quicumque essent nati, Babylonios posuisse, fallunt*, etc. At Tullius eo loci mendaces irridet: Plinius hic auctorem sequitur in primis gravem, Epigenem, aliosque non contemnendos. Plinii sententia haec est, quam neque alii qui hunc locum ante nos expenderunt, neque reprehensores nostri, neque nos ipsi primum animadvertimus. Ante papyri usum vel ceria scribebatur, vel aliis modis, quos Plinius enumerat diligenter libro XIII, cap. 13, ubi et pugillarium usum fuisse ex Homero docet ante Troianum bellum. Ergo priusquam hi modi scribendi in usu fuissent, hoc est, ante bellum ipsum Troianum, etiam in coctilibus laterculis, quae rudior est scribendi ratio, scripsere Babylonii observationes siderum a se factas per annos DCCXX, ut quidem refert Epigenes, gravis auctor in primis; vel, ut minimum, per annos CCCCXC, ut Berosus prodidit, et Critodemus. Coquere lateres coeperunt Babylonii, teste Mose, Gen. XI, 3, quo tempore facta confusio linguarum est, hoc est, anno, ut quam citissime, CLII post diluvium. Ac si primam siderum observationem factam Babylone fuisse ponamus anno circiter CLX, hunc in coctilibus laterculis scribendi morem Babylonii tenuisse dicendi sunt usque ad annum circiter Mosis sexagesimum, calculo Epigeniis: calculo autem Berosi et Critodemi, usque ad tempus quo Iacob in Aegyptum descendit. Ex quo liquet perspicue, probos il-

ctilibus laterculis inscriptas docet, gravis auctor in primis: qui minimum, Berosus et Critodemus, ccccxc M. annorum. Ex quo apparet, aeternum litterarum usum. In Latium eas attulerunt Pelasgi.

los tres sincerosque scriptores esse; et quod Plinius colligit, *ex eo apparere aeternum litterarum usum*, non hunc sensum habet, ex omni aeternitate esse hunc usum. Nam si non annos DCCXX, sed ipsa millia annorum septingenta scripsisset Plinius, ut libris omnibus invitis critici haud satis acuti volunt, insulsus esset, qui vel ex tot annorum numero id colligeret. Plinianum illud, *Ex quo apparet aeternum litterarum usum*, recte gallicus vertit interpres: *En quoi on voit l'usage des lettres avoir été de tout temps.* Qua loquendi forma quis aliud intelligat, quam tempus ab omni memoria propter vetustatem remotum; et usum, non ab omni profecto aeternitate, sed ab omni aevo, initio incomperto, ex quo coepit, receptum? Quando autem Babylonii vel siderum observationes coeperint, vel easdem coctilibus laterculis inscribere desierint, scriptores a Plinio allati non definiunt. HARD. — *DCCXX M. annorum.* Millesimum numerum non habent scripti et editi libri. At in Plinianis codicibus MSS. quam saepissime est omissus. Eum hoc in loco esse reponendum manifestum est ex Cicerone, de Divinat. lib. I; ex Simplicio, de Caelo lib. II. comment. 46, et ipso Plinio, qui aeternum litterarum usum adstruere contendit. Praeterea quum *annorum* habeant Pliniani omnes libri scripti et editi, evidens est a librariis omissum esse millesimum numerum. At anni illi non sunt solares lunaresve, sed diales, seu unius diei. Unde *DCCXX. M. annorum* efficiunt tantum annos Iulianos 4794, et tres circiter menses, ut optime explicavit Cl. Gibert. Vid. et Bailly, *Histoire de l'Astron. anc.* pag. 374 et sqq. BROT.

CCCCXC M. Annorum millesimus quoque numerus hic deerat in Plinianis codicibus. Fuit autem reponendus, aut supplendus, propter allatas rationes. Sunt quoque anni diales; et *CCCCXC M.* annorum efficiunt Iulianos annos 4344, et sex septemve menses. Berosus scripsit sub Antiocho Sotere; Epigenes, ut putat Cl. Gibert, sub Ptolemaeo Philadelpho. BROT. — Reiicit Harduinus τὸ *M*; nos cum Broterio. AI.

Ex quo apparet. Ex dictis, inquit capite isto de inventoribus litterarum, manifestum est, ab omni vetustate usum litterarum esse. Non quod ab omni aeternitate censeat vel homines esse, vel litterarum apud eos usum: quippe qui dicat lib. XIV, cap. 5: *Tam prope ab origine rerum sumus.* De latinis litteris nihil habuit quod diceret dignum memoratu: non praetermissurus, opinor, si verum esset, ut quibusdam videtur, Latinos interdum a pro v scripsisse. Nam id se illi iure putant colligere, tum ex nummo inscripto, SEXAAI GENETRICI; sed magno errore, ut ostendimus ad librum II, cap. 23, tum ex altero Gallieni, cui titulus est, IVENTVS AVG. Stat ibi Gallienus capite laureato, paludatus, laeva hastam, dextra orbem romanum tenet, cui Victoria imposita Gallieno coronam

4 Laterarias, ac domos constituerunt primi Euryalus et Hyperbius fratres Athenis: antea specus erant pro domibus. Gellio Dokius Caeli filius, lutei aedificii inventor placet, exemplo sumpto ab hirundinum nidis. Oppidum Cecrops a se appellavit Cecropiam, quae nunc est arx Athenis. Aliqui Argos a Phoroneo rege ante conditum volunt: quidam et Sicyonem. Aegyptii vero multo ante apud ipsos Diospolin Tegulas inve-

porrigit. Est argenteus apud P. Albaret, e Societate nostra Turnonii: editus etiam a Morellio, tabul. XXII. H. — Dein subiungit de more suo explicationem: Iovis Victoris Beneficio Eduos Negotiatores Ter Victor Servavit Augustus, aitque tergeminam hanc victoriam Gallieni signari in nummis inscriptis, VICT. AVG. III, et VICT. GALL. AVG. III. *Victoria Gallieni Augusti tertia*, et VICT. T. GALL. AVG. Alioqui quomodo *Iuventutem* Augusti de Gallieno dici posse, qui quadragesimum iam aetatis annum, ut nummi effigies testatur, excessisset? Az. — *Pelasgi*. Quos in Italiam commigrasse vidimus lib. III, cap. 8. Tacitus Annal. lib. XI, pag. 159: *At in Italia Etrusci ab Corinthio Demarato: Aborigines Arcade ab Evandro didicerunt*. Vide etiam Hygin. fab. CCLXXXVII. HARD.

Laterarias. Ita plane MSS. omnes, praeter unum, qui *litterarias* habet errore manifesto. Vt aerarias, ferrarias, aurarias, argentarias, loca ea dicimus, unde aes, ferrum, aurum, argentum effoditur: sic forte etiam ubi lateres fiunt, laterariae erunt. Alioqui lateritias domos recepto vocabulo Plinius dixisset. Nam domos lateritias passim legimus, laterarias ubi legerim, in praesentia non succurrit. HARD. — *Laterarias ac domos constituerunt*, etc. Legend. *Lateritias domos constituerunt primi Euryalus ac Hyperbius fratres Athenis*, etc. Agrolas ac Hyperbius homines Pelasgi, qui sub arce Athenarum habitarunt et muro eam cinxere (Pausan. Attic.), accepta in exstructi eius mercede regione sub Hymetto quam colerent. Vid. Herodot. lib. V. Hos οἰκοδομητικῆς auctores indicare voluit Plin. mutandum igitur alterutrius nomen. Reines. Var. lect. libro II, c. 7, p. 169.

Euryalus. Ita sane MSS. omnes. Verum apud Pausan. in Attic. lib. I, Αγρόλας vocatur, nisi sit mendum in nomine. Arcem Athenarum muro cinxisse is dicitur eum Hyperbio: Τῇ δὲ ἀκροπόλει... περιβαλεῖν τὸ λοιπὸν λέγεται τοῦ τείχους Πελασγούς.... φασὶ γὰρ Αγρόλαν καὶ Υπέρβιον. Nisi forte ab istis arcis conditoribus diversi sint οἰκοδομητικῆς auctores, quos Plinius nunc commemorat. HARD.

Caeli filius. Forte *Caelii*: ut in editione Parmensi, aliisque. In Romana anni 1470, *Celii filius*. HARD.

Oppidum Cecrops, etc. Isidorus Orig. lib. XV, cap. 1, haec de Cecrope, Cecropiaque arce, totidem verbis habet. Et Anonymus, lib. de Incredibilibus, p. 97. HARD.

nit Cinyra Agriopae filius, et metalla aeris, utrumque in insula Cypro: Item forcipem, martulum, vectem, incudem. Puteos Danaus, ex Aegypto advectus in Graeciam, quae vocabatur Argos Dipsion. Lapicidinas Cadmus Thebis, aut, ut Theophrastus, in Phoenice.

Agriopae. Hanc vocem unde, aut qua arte Plinii editores extuderint, nondum scio. MSS. omnes, *Agricolae* exhibent. Hard.

Martulum. Id est, malleolum. Ita MSS. omnes. Veteres tamen etiam marculum dixere. Martialis, lib. XII, epigr. LVII: *Aerariorum marculi die toto.* Isidor. Orig. lib. XIX, cap. 17: *Marcus, malleus maior: marcellus, mediocris: marculus, malleus pusillus.* At Caper Grammaticus, lib. extremo de Orthogr. martulum a Marte deducit. Hard.

In Graeciam, quae. Hoc est, in eam Graeciae partem, quae prius Αργος δίψιον, quasi siticulosa, ob aquarum penuriam vocabatur. Vnde vulgatum erat illud poëtae nescio cuius, quem Strabo laudat, lib. VIII, pag. 370: Θεοὶ δ' αὖ θέσαν Αργος ἄνυδρον. *Lympharum expertes Argos superi posuerunt.* Et Homericum illud; Iliad. IV, versu 171: Πολυδίψιον Αργος ἐκοίμην. Post Danai vero tempora, qui arcem Argivorum condidit, putei ibi frequentes fuere, ut auctor est idem Strabo, pag 371; quos alii volunt a Danai filiabus esse perfectos, adducto eo carmine, quod ille ipse recitat: Αργος ἄνυδρον ἐὸν Δαναὶ θέσαν Αργος ἔνυδρον. Argos aquis vacuum, Danaae fecere redundans. Hard.

Lapicidinas. Ita Reg. 2, et a caedendis lapidibus ita vocem hanc fingi multo verius videtur. Reg. tamen 1, Paris. et Chiffl. et vetustae editiones, Romana, Parmensis, aliaeque, *lapidicinas.* Porro de Cadmo inventore, adstipulatur Clemens Alex. Strom. lib. I, pag. 307: Κάδμος γὰρ ὁ Φοίνιξ λιθοτομίαν ἐξεῦρε. Ad lapicidinas pertinet haec vetus inscriptio, reperta ineunte mense februario anni huius 1721, milliari unu a Mussipontana civitate; erutaque ea lapicidina montis, quem Mosella amnis alluit:

IOM ET HER
CVLI SAXA
SACRVM
P. TALPIDIVS
CLEMENS
LEG. VIII AVG.
CVM MIL. LEG. EIVS.
V. S. L. L. M.

Hanc vero sic interpretamur: *Iovi Optimo Maximo, et Herculi Saxatili Sacrum. Publius Talpidius Clemens Augur Legionis Octavae Augustae, cum Militibus Legionis eiusdem, Votum solvit liberum lubentissime merito.* Iupiter, ut quidem simulacrorum falsorumque numinum cultores intellexere, Natura parens rerum est, ut est hominibus omnia in universum bona corporis animive dispertiens. Hercules, eadem rerum Natura, ut impertit robur in sustinendo labore. Herculi Saxatili grates agit Augur Legionis, cum eiusdem Legionis militibus, qui fuerant lapidariis latomiis istis addicti, de indito sibi robore ad hunc perferendum laborem in eruendis ac propellendis extra specum saxis, et de incolumitate singulorum, ne-

Thrason muros. Turres, ut Aristoteles, Cyclopes; Tirynthii, ut Theophrastus. Aegyptii textilia: inficere lanas, Sardibus Lydi. Fusos in lanificio Closter filius

mine sub his specuum cavia laeso. Ob memoriam beneficii positus hic lapis ab iis est in ipsa lapicidina. Post nomen *Clemens*, hac forma vau Hebraici ו lituus auguralis est, insigne augurum; quod de industria pro ipso *Auguris* nomine insculptum est; ne si AVG. scriberetur, *Augustus* crederetur; ut versu sequente AVG. pro *Augusta* est. *Eiusdem* similem ob causam, non *eius* legi oportet. *Legio octava Augusta*, LEG. VIII. AVG. TR. P. COS. in nummo argento Septimii Severi Aug. legitur; alibi in nummis antiquis non legitur. Idcirco sculptum hunc lapidem fuisse opinamur Severi eiusdem Augusti principatu. Mox sequitur *Thebis*: scilicet Aegyptiis. H.

Vt Aristoteles, Cyclopes: Tirynthii, ut Theophrastus. Hunc Plinii locum, quando Polydorus exscripsit, dormitasse videtur, lib. III de Invent. rer. cap. 9, pag. 182: *Muros Thrason*, inquit, *fecit primus omnium. Turres, ut Aristoteles ait, Cyclopes invenerunt: ut Theophrastus, Phoenices.* Pro Tirynthiis Phoenices perperam apposuit. Quod *Cyclopes*, Virg. in Aeneid. lib. VI: *Cyclopum educta caminis Moenia conspicio.* Nam ii fabricam ferrariam invenerunt et munitiones oppidorum, ut Tirynthes Pausaniae, et quod quidam putant, Mycenarum. E Turnebo. DALEC. — *Cyclopes*, etc. Non illi quidem Monoculi Siculi, non Vulcani socii, sed fabri periti, de quibus Strabo lib. VIII, pag. 312, quum carmen illud ex Homeri catalogo recitasset, Iliad. II. v. 559: Οἱ δ' Ἄργος τ' εἶχον, Τίρυνθά τε τειχιόεσσαν, *Argos qui tenuere, et qui Tirynthia claustra.* Tirynthe, inquit, ad excursiones faciendas arcem occupasse Proetus videtur: et cinxisse eam moenibus, opera atque arte Cyclopum. Septem hi numero fuerunt, γαστρόχειρες, hoc est, *ventrimani* dicti, quoniam suo labore victitarent. Argiva praeterea moenis appellat arces Cyclopum Statius in Theb. lib. I, versu 251, sicuti Seneca in Herc. Furente, act. IV, sive versu 996, moenia Mycenarum. De Tirynthe oppido diximus lib. IV, c. 5. H.

Aegyptii textilia. Martianus, lib. II, pag. 39: *Isis in Aegypto lini usum sementemque monstravit.* Minervae Nili regis filiae inventum hoc adscribit Iulius Firmicus, lib. de Prof. Relig. pag. 49: *Quinque Minervas*, inquit, *fuisse legentibus nobis tradit antiquitas. Vna est Vulcani filia, quae Athenas condidit... Fuit alta in Aegypto, Nili regis filia, textrinae artis magistra*, etc. Permiscent omnia poetae, quum nendi texendique artem, aliasque disciplinas ab una Pallade institutas volunt. Eo praeterea artificio insignem fuisse Πάθυμιν Aegyptium, scribit Athenaeus lib. II, pag. 48. H.

Inficere lanas. Subintellige, invenerunt; etsi MSS. plerique legant *infecere*. Hygini locum, fab. CCLXXIV, hinc emendabis, *Lydis sarculis*, inquit, *lanam fecerunt*: lege, *Lydi Sardibus lanam infecerunt.* H.

In lanificio. Lanificii usum primos Athenienses docuisse tradit Iustinus, lib. II. c. 6, p. 26. H.

Arachnes : linum et retia Arachne. Fulloniam artem Nicias Megarensis. Sutrinam Tychius Boeotius. Medicinam Aegyptii apud ipsos volunt repertam : alii per Arabum, Babylonis et Apollinis filium : herbariam et medicamentariam a Chirone, Saturni et Philyrae filio.

Linum. An lini segetem intelligit, ex qua conficiuntur retia? an linum pro verriculo, seu piscatorio reti dixit, ut Virgil. Georg. lib. I : *Pelagoque alius trahit humida lina*; retia vero, pro cassibus quibus detinentur ferae? An lineam scribi satius fuerit, qua pisces capiuntur, aut qua terrentur cervi? quemadmodum Martialis, lib. III, epig. LVIII : *Tremulave captum linea trahit piscem.* Et Nemesianus in Cynegetico, p. 174 : *Linea quin etiam magnos circumdare saltus Quae possit, volucresque metu concludere praedas.* Quo sensu et linum usurpat idem, pag. 175 : *Namque ursos, magnosque sues, cervosque fugaces Terrificant, liniqur vetant transcendere septum.* Hard.

Arachne. Lyda puella, quae cum Pallade texendi certamen iniisse dicitur. Vide Ovidium in Metamorphosibus, initio libri sexti. Iuvenalis, satyra II, vers. 56 : *Vos tenui praegnantem stamine filum Penelope melius, levius torquetis Arachne.* H.

Sutrinam Tychius Boeotius. In libris hactenus editis, *sutrinam Boethius.* At in Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Tolet. Paris. Chiffl. etc. *sutrinam Tibus Boeotius.* Unde nos germanam lectionem expressimus, *Tychius Boeotius.* Hunc enim Tychium patria Boeotium sutrinae inventorem laudant graeci pariter ac latini scriptores. Homerus in primis Iliad. v, vs. 221, ubi de scuto Aiacis septemplici, ἐπταβοείῳ· Ὁ οἱ Τύχιος κάμε τεύχων Σκυτοτόμων ὄχ' ἄριστος, Ὕλῃ ἔνι οἰκία ναίων. Est porro Hyle urbs Boeotiae, ut monet Strabo lib. IX, pag. 408, hoc ipsum carmen ex Homero recitans. Ovidius item adstipulatur, Fastor. lib. III, v. 823 : *Nec quisquam invita faciet bene vincula plantae Pallade : sit Tychio doctior ille licet.* Nonnus denique Dionys. lib. XIII, pag. 354, ubi catalogum texens oppidorum Boeotiae : Καὶ οἱ λάχον εὔδοτον Ὕλην Σκυτοτόμου Τυχίοιο τανυκνημίδα τιθήνην. Fuit hic Tychius σκυτεὺς hospes Homeri, teste Herodoto in Homeri vita, num. 9, p. 561. Hard.

Medicinam. Ab Api Aegyptio inventam scribit Clemens Alexand. Strom. lib. I, pag. 307, ab Aesculapio deinde amplificata hanc artem. Vide et Suidam, verbo Γράμματα. Hard.

Per Arabum. Ἀσκληπιὸν Apollinis et Coronidis filium appellat Hyginus, fab. CLXI et CCIII; atque Homerus ipse laudatus a Pindari scholiaste, p. 248. Hard.

A Chirone Saturni et Philyrae filio. Hunc Philyrae filium, non uti habent libri editi, *Phyllirae*, scribi oportuit, teste Hygin. fab. CXXXVIII : *Saturnus*, inquit, *Iovem quum quaereret per terras, in Thracia cum Philyra Oceani filia, in equum conversus concubuit, quae ex eo peperit Chironem Centaurum, qui artem medicam primus invenisse dicitur. Philyra in arborem philyram, hoc est, tiliam,*

6 Aes conflare et temperare, Aristoteles Lydum Scythen monstrasse, Theophrastus Delam Phrygem putat.

commutata est. Graecis est Φλυρα. Hard. — *Chirone.* Hygio. fab. CCLXXIV: *Chiron centaurus, Saturni filius, artem medicinam chirurgicam ex herbis primus instituit. Apollo artem ocularium medicinam primus fecit. Tertio autem loco Asclepius Apollinis filius clinicen reperit.* Hard.

Aes conflare et temperare. Pausan. in Arcadicis, Rhaecum Philaei et Theodorum Teleclis filium, ambos Samios, aes conflare et cudere primos docuisse tradit, a Theodoroque caelatum smaragdum, quo Polycrates Samius maxime delectabatur. Dalec. — At difficultatem versus neque aggreditur Dalecampius, neque suspicari quidem videtur; quippe quae in τὸ *temperare* tota cubat. Quid hoc loco temperatura est? Si interpretibus credas et antiquis et novis, Ant. Dupinet, Poinsinet, Gueroult, vertes *allier.* Et quidem in nota quadam sua prolixe Poinsinet in hos invehitur, quibus haec versio non arridet. At tu memento, et pleonasmum in Plinio fore si cum illis facias (nam *conflare* est metalla plura simul liquare ita ut socientur; quae enim colliquescunt, ubi friguerint, commixta sunt), et *temperare* de ferro sine dubio dici posse pro *tremper*, quod vel ex etymo perspicias. Id unum, si quis obstrepet, obiiciet, non temperari posse cuprum. Cuprum quidem non potest, sed aes, summorum virorum iudicio, potest. Nos hanc artem hodie nescimus, nisi in instrumento *tam-tam*, vel *gong*. Sed Veteres novere. Quo enim pacto arma aerea sibi finxissent (quae ubique ante quam ferrea in usu erant)? quo modo novaculas? Servius ad Aeneid. lib. I, vs. 452, ait sacerdotem Iovis solitum sibi barbam novacula aerea tollere. Nos vidimus in Musaeo antiquitatum aegyptiacarum Cl. V. Passalaqua, sicam aeream adeo duram, ut non sine temperatura eam fabricatam credere necesse sit. Denique ex locis quibusdam antiquorum, non iis quidem notissimis, sed tamen αὐθεντικοῖς, idem liquet. Dioscorides: Ὕδωρ ἐπιχέουσιν ἀκραιφνέστατον αὐτῷ, ψύξαι προαιρούμενοι. Vnde Salmasius, in alio loco ubi: Χαλκοῦ δὲ ἄνθος ὅ τινες τῶν παλαιῶν ψῆγμα ἐκάλεσαν, pro ψῆγμα rescripsit ψύγμα. Isidorus: *Aeris flos fit, seu gignitur conflationibus resoluto atque liquato aere, superfusa aqua.* As.

Scythen. Id nomen viri proprium fuit: patriae, Lydus. Aristoteli subscribit Hesiodus apud Clem. Alex. Strom. lib. I: ὡς δὲ ὁ Ἡσίοδος, Σκύθης. Hard. — Quidni hominis nomen Lydus, patriae Scythes? nam semper nomen patrium in proxima enumeratione praecedit: ex. gratia, Tychius Boeotius, Nicias Megarensis, Delas Phryx, Hyperbius Corinthius, Theodorus Samius, Phidon Argivus, Anacharsis Scythes, etc. Tum facile colligas ibi conflaturam cupri inventam, ubi cuprum repertum sit: atqui in Scythia hoc barbari reperere. Notum est in regione, nunc vocata Siberia, iacere cupri immensas moles, quasdam in Altaicis, innumeras vero in Vraliis montibus, praecipue ad hos locos qui audiunt Tvaia-Wasilieskoi, Froleskoi, Olgowskoi. Ad mappam mineralogicam in Mapparum Sylloge ad Iter Pallantis. Potest praeterea

Aerariam fabricam alii Chalybas, alii Cyclopas. Ferrum Hesiodus in Creta eos qui vocati sunt Dactyli Idaei. Argentum invenit Erichthonius Atheniensis: ut alii, Aeacus. Auri metalla et conflaturam, Cadmus Phoenix ad Pangaeum montem: ut alii, Thoas et Eaclis

notari ductile in primis Siberianum cuprum; nempe purum fere est. Ar.

Theophrastus. Libro singulari, quem περὶ εὑρημάτων, *de rebus inventis* inscripserat, cuius meminere Laërt. Clem. Alex. aliique. H.

Aerariam fabricam. Artem ex aere vasa caeteraque similia fabricandi. Sic paulo post fabricam materiariam, ferreamque dicit. Haro. — *Aerariam fabricam.* Ferri fundendi modum Theodorum Samium invenisse ex Pausania constat, et Rhod. scribit, XVIII, 5. Dalec.

Cyclopas. Cyclopas fulminis Iovis fabros Virgil. et Hesiodus Steropen, Bronten, Argen, nominant. Hos quum Apollo sagittis occidisset, quod Iovi fulmen cudissent, quo Aesculapium necaverat, caelo depulsus Admeto famulari coactus est. Panyasis apud Clementem Alexandrinum: Τλῆ δ' ἀργυρότοξος Απόλλων Ἀνδρὶ παρὰ θνητῷ θητεύσειν εἰς ἐνιαυτόν. Leopard. II, 9. Dalec.

Ferrum Hesiodus.... Dactyli Idaei. Ferri ferruminandi rationem primum invenisse Glaucum Chium, Pausanias in Phocicis tradit. Strab. lib. XX. Idaei Dactyli ferrum primum fabricati sunt. Eidem, lib. XIV, Telchines primi ex aere et ferro varia opera fecerunt. Dalec. — *Ferrum Hesiodus.... Dactyli Idaei.* Clemens Alex. loc. cit. Κέλμις καὶ Δαμναμενεύς οἱ τῶν Ἰδαίων Δάκτυλοι, πρῶτοι σίδηρον εὗρον ἐν Κύπρῳ. Eusebius Praepar. lib. X, pag. 475, ubi hic locus Clementis exscribitur, alterum ex istis Δαμναμενέα vocat, recte. Hesiodo Sophocles adstipulatur apud Strabonem lib. X. Tres Dactylos uno versu complexus est auctor Phoronidis fabulae, apud Schol. Apollonii, Κέλμις, Δαμναμενεύς τε μέγας, καὶ ὑπέρβιος Ακμων. Quod tamen quinque fuerint fratres, a digitorum numero, quos δακτύλους Graeci vocant, prius nomen invenere: posterius ab Ida monte, quem incolebant. Testis est Strabo proxime laudatus. Hard.

Erichthonius. Hyginus, fab. CCLXXIV: *Indus rex in Scythia argentum primus invenit, quod Erichthonius Athenas primum attulit.* Aliter Cassiodorus, Var. lib. IV, epist. 34: *Primi dicuntur aurum Aeacus, argentum Indus rex Scythiae reperisse.* Haro.

Aeacus. Ita Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. et Turnebus, *Caeacus*: male, ut ex Cassiodoro liquet proxime appellato. H.

Ad Pangaeum. Totidem verbis Clemens Alexandrinus Strom. lib. I, p. 307: Κάδμος γὰρ ὁ Φοίνιξ... μέταλλα χρυσοῦ τὰ περὶ τὸ Πάγχαιον ἐπενόησεν ὄρος. Haro.

Thoas et Eaclis in Panchaia. Ita Reg. 1 et 2, Colb. 1, 2, Paris. etc. Hunc Plinii locum Hyginus quum exscriberet, fab. Isud. misere deformavit, *Thoas* in *Thaso* immutans, et quod viri nomen est proprium, monti assignans: ac denique *Eaclis* in *Sacus* transfigurans. Sic enim ille: *Sacus*

in Panchaia: aut Sol Oceani filius, cui Gellius me-
7 dicinae quoque inventionem ex melle assignat. Plumbum ex Cassiteride insula primus apportavit Midacritus. Fabricam ferream invenere Cyclopes. Figlinas Choroebus Atheniensis. In iis orbem Anacharsis Scythes: ut alii, Hyperbius Corinthius. Fabricam materiariam Daedalus, et in ea serram, asciam, perpendi-

Iovis F. in *Panchaia, in monte Taso, aurum primus invenit.* Haan.

Inventionem ex melle. Ita rescripsimus ex MSS. ante laudatis, quum editi libri praeferant, *et mellis.* Haan.

Plumbum.... primus apportavit Midacritus. Portentum hoc nominis, si codices aliqui MSS. faveant, libenter immutarim, ut legatur, *Midas Phrygius.* Hyginus enim loco citato: *Midas rex*, inquit, *Cybeles filius, Phryx, plumbum album, et nigrum primus attulit.* Item Cassiodorus, Varr. lib. III, epist. XXXI: *Aes enim Ionos Thessaliae rex, plumbum Midas regnator Phrygiae repererunt.* Haan.

Fabr. ferr. Ita MSS. omnes: non, ut vulgo editi, *ferrariam.* Hard.

Figlinas. Officinae hae sunt, in quibus ex creta, argillave, fit aliquid, a fingendo. Haan.

Choroebus. Graecis Χοροιβος. Is artem invenit: inventam exercuit Chalcosthenes, et ab eius officina Athenis loco nomen inditum Κεραμεικός, ut docet Plinius lib. XXXV, cap. 45. Vide Athen. lib. I, p. 28. Haan. — Scribo per *Ch*, vel X, ut illius nomen qui prima Olympiade Olympia victor existitit. Ai.

In iis orbem. Seneca, epist. XXX, pag 398: *Anacharsis, inquit Posidonius, invenit rotam figuli, cuius circuitu vasa formantur.* Laërtius, in vita Anacharsis, pag. 27: εὗρε δὲ καὶ κεραμικὸν τροχόν, etc. Suidas his adstipulatur pag. 257; Strabo vero lib. VII, pag. 209, τροχὸν κεραμέως notum fuisse Homero demonstrat, qui Anacharsi antiquior fuit. Haan.

Vt alii, Hyperbius. Fuit haec Theophrasti sententia, libro antea laudato περὶ εὑρημάτων, ut auctor est Pindari Scholiastes, in Olymp. ode XIII, pag. 113: Θεόφραστος δέ, inquit, ἐν τῷ περὶ εὑρημάτων, Ὑπέρβιον τὸν Κορίνθιόν φησιν εὑρηκέναι τὴν τοῦ κεραμικοῦ τροχοῦ μηχανήν. Haan.

Fabricam materiariam. Ita Reg. 1, Colb. 1, 2, Paris. etc. At Reg. 1, et Tolet. *Fabricae materiam.* Haan.

In ea serram. Isidorus Orig. lib. XIX, cap. 19, et Hyginus, loc. cit. serrae inventorem Perdicem faciunt Daedali ex sorore nepotem: a Daedalo ex invidia praecipitem actum e turri. Hunc vero, non Phoenicem, sed Τάλων vocat Diodorus Sic. lib. IV, pag. 277, inventoremque ait fuisse serrae, rotae singularis, torni, ac reliquae materiariae fabricae. Ovidius Metamorph. lib. VIII, v. 244, rem signavit carmine: nomen non adnotavit: ex sorore Daedali nepotem tantum fuisse ait: *Ille etiam medio spinas in pisce notatas Traxit in exemplum, ferroque incidit acuto Perpetuos dentes, et serrae repperit usum Primus*, etc. Quare suspicari merito quis possit, num pro *Daedalus, Talos*

culum, terebram, glutinum, ichthyocollam: normam autem, et libellam, et tornum, et clavem Theodorus Samius. Mensuras et pondera, Phidon Argivus, aut Palamedes, ut maluit Gellius. Ignem e silice Pyrodes Cilicis filius: eumdem asservare in ferula, Prometheus.

Vehiculum cum quatuor rotis Phryges: mercaturas 8
Poeni. Culturas vitium et arborum Eumolpus Atheniensis. Vinum aqua misceri Staphylus, Sileni filius.

legi in Pliniano contextu oporteat. H.

Normam autem. A Pythagora Samio esse inventam scribit Vitruvius lib. IX, cap. 2, pag. 175, forte pro *Theodoro Samio.* Haan.

Theodorus Samius. Quem praeterea aeris ferrique conflandi repertorem fuisse auctor est Pausanias in Lacon. et Arcad Vide lib. XXXIV, c. 19, nnm. 22. Haao.

Phidon. Φείδων ὁ Ἀργεῖος Straboni lib. VIII, pag. 358: μέτρα ἐξεῦρε καὶ σταθμούς. Idem habent Oxoniensia marmora pag. 157, Pollux, Herodotus, aliique. Haao.

In ferula. E silice ignem excussum excipere medulla ferulae, νάρθηκος, exsiccata. Ferula quid sit dicemus in opere de herbis et fruticibus. Haan.

Prometheus. Pausanias non a Prometheo, sed a Phoroneo ex Argivorum sententia, repertum ignem, et cum mortalibus communicatum scribit. Vide Rhod. lib. XV, c. 14 et 15. Dalec.

Mercaturas. Quae navigatione fierent. Alioqui emere praecise ac vendere Liber Pater initio capitis huius instituisse dicitur. Dionysius, de Poenis: Πρῶτοι δ' ἐμπορίης ἁλυδνέος ἐμνήσαντο. *Miscuerunt primi infido commercia Ponto.* Pomponius Sabinus in lib. I Aeneid. *Phoenices condidere Tyrum in mari, propter merces, primi mortalium negotiatores in marina alea.* Ita fere Schefferus, de Militia Nav. lib. I, cap. 1, pag. 10. Sed vim, opinor, affert orationi Plinianae, in qua de terrestribus tantum inventis nunc agitur, publicisque et longinquis per vehicula, de quibus proxime dictum est, mercaturis. H.

Eumolpus. Qui cum Thracibus populeribus suis Atticam obtinuit, Strabone teste, lib. VII, pag. 321. Hinc Atheniensis dicitur, quum Thrax ortu fuerit. Haan.

Vinum aqua. Vini diluendi ac temperandi modum Bacchus edocuit, indeque factum ut homines recti incederent, qui prius curvi ob meri potum: unde et ara Baccho Recto, Ὀρθοῦ Διονύσου, et statua, si Philochoro credimus, apud Athen. lib. II, p. 36. Staphylum scriptorem auctor est idem Athenaeus pag. 45, litteris mandasse, vini diluendi modum a Melampode primo inventum esse. Theopompum vero scripsisse, Midam Phrygem fontem diluisse vino, quum Silenum ebrium capere vellet. Staphylum Dionysi filium facit Apollodorus, de Diis lib. I, pag. 53. Thesei, Plutarchus in Theseo, pag. 9. In tanta dissensione opinionum, quid certo sequar, non habeo. Haao.

Oleum et trapetas Aristaeus Atheniensis. Idem mella. Bovem et aratrum Buzyges Atheniensis : ut alii, Triptolemus.

9 Regiam civitatem Aegyptii, popularem Attici, post Theseum. Tyrannus primus fuit Phalaris Agrigenti.

Oleum et trapetas Aristaeus Atheniensis. Diodorus quarto, docet nos, *Cyrenensis* hic legendum esse, non *Atheniensis*, his verbis: *Nunc Aristaei acta sequentur. Hic ex Apolline ac Cyrene Hypsei filia genitus est. De cuius genere quidam ita tradunt. Quum Cyrene apud Pelium virgo educaretur, Apollo eius forma captus raptam virginem in Libyam detulit ad ea loca, in quibus postmodum civitas condita est ab eius nomine Cyrene. Ex ea filium suscepit Aristaeum, quem infantem tradidit Nymphis nutriendum, a quibus triplici nomine est appellatus Nomius, Aristaeus, Agraeus. Ab his Nymphis quum lac coagulare, mel atque oleum conficere didicisset, primus ea in usum hominum traduxit.* Pint. — *Et trapetas.* Varro de Ling. Lat. l. IV, pag. 34: *Trapetes vocantur molae oleariae, a terendo, nisi graecum est, ut molae a molendo.* Vnde Virgilius, Georg. lib. II, v. 519: *Venit hiems: teritur Sicyonia bacca trapetis.* Adstipulatur Plinio Nonnus Dionys. lib. XIII, p. 366. Vterque Cyrene in Libya natum Aristaeum refert, sed graecis parentibus, Apolline et Cyrene. Hard.

Buzyges. Sive is Hercules fuerit, sive Epimenides, a iungendis bobus nomen id illi factum. Suidas, pag. 566, Βουζύγης, ὁ Ἡρακλῆς. Hesych. pag. 196, Βουζύγης, ἥρως Ἀττικός, ὁ πρῶτος βοῦς ὑπὸ ἄροτρον ζεύξας· ἐκαλεῖτο δὲ Ἐπιμενίδης. In Vaticana Proverbiorum Graecorum appendice, cent. I, proverb. 21: Ο Βουζύγης Αὐήνησιν, τοῦ τὸ ἱερὸν ἄροτρον, etc. H.

Vt alii, Triptolemus. A Cerere matre edoctus. Hygin. fab. CCLXXVII: *Ceres boves domare, et alumno suo Triptolemo fruges serere demonstravit.* Verum antiquior Moses de agricultura leges tulit, quas ex sacris paginis collegit Bochartus de Animal. parte 1, lib. II, cap. 32. Ex Plinio exscripsit haec Isidorus lib. XVII, c. 1. Hard.

Regiam civitatem. Hoc est, communitatem, cui rex praesit: quam μοναρχίαν Graeci appellant. Hard.

Popularem. Δημοκρατίαν vocant. Hard.

Popularem Attici, post Theseum. Tyrannus primus fuit Phalaris, etc. Vitiosa interpunctione locus hic hactenus laboravit, quum subsequenti periodo haec verba sic annecterentur, *Post Theseum tyrannus primus*, etc. quum ad superiorem clausulam ea pertineant: sitque sententia, post Theseum, hoc est, pulso Theseo, popularem civitatem, sive Δημοκρατίαν primos Atticos instituisse. Theseum enim pulsum Athenis in Scyrum insulam concessisse, ibique ex moerore obiisse, non sine ingratae patriae detestatione, quam per pagos divisam, sub regni sui primordium unum in corpus civitatis contraxerat, testantur Plutarchus in eius vita, et Arundelliana marmora. Hard.

Phalaris. Olymp. LIII coepit, teste Suida. Temporibus Servii Tullii Romanorum regis. Hard.

Servitium invenere Lacedaemonii. Iudicium capitis in Areopago primum actum est. Praelium Afri contra Aegyptios primi fecere fustibus, quos vocant phalangas. Clypeos invenerunt Proetus et Acrisius inter se bellantes, sive Chalcus, Athamantis filius. Loricam Midias Messenius. Galeam, gladium, hastam Lacedaemonii. Ocreas et cristas Cares. Arcum et sagittam Scythen Iovis filium, alii sagittas Persen Persei filium invenisse dicunt: lanceas Aetolos, iaculum cum amento Aetolum Martis filium. Hastas velitares Tyrrhenum: Pilum Penthesileam Amazonem: securim, Pisaeum: 10

Iudicium capitis. Subscribit Aelianus, Var. Hist. lib. III, c. 38. Hard.

Proelium Afri. Hygin. fab. CCLXXIV: *Afri et Aegyptii primum fustibus dimicaverunt: postea Belus Neptuni F. gladio belligeratus est; unde bellum est dictum.* Nugae. Cassiodorus, Var. l. I, ep. 30, pugnam a pugnis, non minus leviter quam a Belo bellum appellatam esse, credidit. Hard.

Phalangas. Hesychius: Φαλάγγια· στρογγύλα ξύλα, καὶ σύμμετρα. Scholiastes Apollonii, ad Argon. lib. II, vers. 845: Φάλαγξ δὲ, τὸ ἐπιμῆκες καὶ στρογγύλον ξύλον. Latini etiam Palangas dixere. Quid eae sint, Nonius ex Varrone docet: *Palangae dicuntur fustes teretes, qui navibus subiiciuntur, quum attrahuntur ad pelagus, vel quum ad littora subducuntur: unde etiam nunc Palangarios dicimus, qui aliquid oneris fustibus transvehunt.* Hard.

Clypeos. Idem, non dissimillimis sane, ut in dissimili lingua, verbis Apollodorus, de Diis l. II, pag. 85: Ἀκρίσιος καὶ Προῖτος.... πολεμοῦντες εὗρον ἀσπίδας πρῶτοι. Fratres illi fuere, et Argivorum reges. Filia vero Danae Acrisii, ex qua inclusa et Iove in pluviam mutato Perseus. Aj.

Galeam, gladium. Intellige Laconum haec propria: galeam laconicam, gladiumque laconicum. Nam suam quoque galeam habuere Boeoti, Coriothii, Paphlagones. Gladii vero, seu pugionis laconici brevitatem ostendit Plutarchus in Lycurgo, p. 54, ἐγχειρίδια appellans μαχαίρας Λακωνικάς. Hard.

Hastam Laced. Peculiarem scilicet: qualis vero ea fuerit, statuere haud ita proclive est. Hinc illud Gregorii Naz. dictum, ad Themistium, epist. 139: Σπαρτιάτας ἡ λόγχη γνωρίζει, *Spartanos hasta notos facit.* H.

Aetolum Martis filium. Aetolum Endymionis filium facit Apollod. de Diis, I, p. 29, a quo Aetoliae nomen. H.

Tyrrhenum. De hastis velitaribus, sic appellatis, quod ad velites, hoc est, levis armaturae milites eae pertinent, Livius l. XXVI, pag. 280: *Et septena iacula quaternos longa pedes data, praefixa ferro, quale hastis velitaribus inest.* H.

Pilum, etc. In editis hactenus libris,

venabula et in tormentis scorpionem Cretas: catapultam Syros: Phoenicas ballistam et fundam. Aeneam

adiecta perperam est voculs conoectens, *pilumque*. Nos eamdem sustulimus optimorum codicum admonitu, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. etc. atque inde vitiosam interpunctionem sanavimus: pili inventione Penthesileae, securis Pisaeo, venabulorum Cretensibus attributa: quum prius sic legeretur: *Hastas velitales Tyrrhenum, pilumque: Penthesileam Amazonem, securim: Pisaeum venabula*, etc. At certe primos venatores Cretas fuisse, primosque usos esse et sagacitate canum constat, et sagittis, venabulis, aliisque ad huius studii structionem spectantibus, ut loquitur Iul. Firmicus, Mathes. l. VIII, c. 9, pag. 219. Quanquam Dercylo Amyclaeo venabuli inventionem assignat Grotius in Cyneg. pag. 6: *Et Lacedaemoniae, primum vidistis, Amyclae, Per non assuetas metantem retia valles Dercylon... Ille etiam valido primus venabula dente Induit*, etc. Cretenses igitur venabula invenerunt: primus ea valido dente Dercylus armavit, sive ferreo. Quoad inventricis nomen, apud Homerum nulla Penthesiles est. *Penthesileam* scribit Plinius per *h*, vel quod idem est cum adscripta littera θ; et inde Graeci quidem Πενθεσίλειαν. At in nummo vetere, quem Neapoli exstitisse affirmat Occo, pag. 216, *Pentesilea* scribitur, quoniam ita poscit sententia latens sub illis litteris. In antica parte est, DIVO TRAIANO AVGVSTO.)(In ambitu, ACHILLIS: infra, PENTESILEA. Non ibi *Achilles armatus interficit Pentesileam*, ut putat Occo; nam quid ista caedes, si vera fuit, ad Traianum pertinet? Sententia est: ACHILLI *Similis Princeps Equitum Nerva Traianus, Equestri Signifero Interfecto, Liberavit Eduam Augustam*. Non est in hoc nummo Penthesilea picta, sed hostilis exercitus signifer, a Traiano, ut quondam ab Achille Hector ἱππόδαμος, interfectus. H. — Irridet Rezzonicus. Nugae enim, et omnino scribendum Penthesilea cum θ. Ar.

Scorpionem. Vitruvius catapultae et scorpionis eamdem ait esse rationem: catapultis, sagittas; ballistis, saxa mitti. Caesar tameo lib. II Bell. Civ. et catapultis saxa, et ballistis sagittas missas significat. Scorpionem Marcellinus prolixe describit, lib. XXIII, proxime post initium. H.

Catapultam, etc. Aelianus inventam scribit in Sicilia a Dionysio tyranno: ideoque allata e Sicilia catapulta, Graecum quemdam dixisse ὦλετο ἀρετά. Siculos Machinalis scientiae peritissimos fuisse ostendit Archimedes. Turn. lib. XIX, c. 18. Dalec.

Syros, Phoenicas ballistam et fundam. Scribe coniunctim *Syrophoenicas*, tum ex vetusto utroque codice, tum ex geographis. Mentio et in sacris litteris mulieris Syrophoenissae. Pint. — *Syros, Phoenices*, etc. MSS. omnes; etsi quidam coniunctim *Syrophoenicas* legant, sed perperam: nulli tamen Turnebi coniecturae favent, qui Advers. lib. XXIX, c. 18, *Sicilios* vel *Siculos* reponit: propterea solum, quia Aelianus a Dionysio in Sicilia catapultam inventam refert. Hase.

Fundam. Strabo lib. VIII, ab Aetolis repertam scribit. Idem p. 167, Balearium incolas funditores optimos existimatos esse, artemque eam coluisse in primis, ut fama fuit, ex

tubam Pisaeum Tyrrhenum. Testudines Artemonem Clazomenium. Equum (qui nunc aries appellatur) in muralibus machinis, Epeum ad Troiam. Equo vehi Bellerophontem. Frenos et strata equorum Pelethronium. Pugnare ex equo Thessalos, qui Centauri 11
appellati sunt, habitantes secundum Pelium montem. Bigas prima iunxit Phrygum natio, quadrigas Eri-

quo Phoenices has insulas tenuere. Σφενδονῆται ἄριστοι λέγονται· καὶ τοῦτ' ἤσκησαν, ὥς φασι, διαφερόντως, ἐξ ὅτου Φοίνικες κατέσχον τὰς νήσους, et in eas, uti credere promptum est, artem intulere. Hard. — Pollux in Onomastico fundam Acarnanum, qui Aetolis vicini sunt, laudat. Vid. et cf. Hadr. Iun. lib. I, c. 2. Dalec.

Aeneam tubam. Hyginus fab. 274: *Tyrrhenus, Herculis filius tubam primus invenit.* Clemens Alex. apud Euseb. Praepar. lib. X, pag. 475: Τυῤῥηνοῖοι δὲ σάλπιγγα ἐπενόησαν. Ita quoque Athenaeus, lib. IV, pag. 184. Inde *tuba Tyrrhenum melos dicitur*, ut notat idem Hyginus. H.

Testudines. Militares intelligit, oppugnandis olim idoneas oppidis, de quibus Lipsium vide. H.

Equum. Inde equi Troiani fabula. Machina ea muralis fuit, quae postea aries appellata est. De eius forma vide Vegetium, Lipsiumque. Ferramenta quibus equum ligneum Epeus fabricatus erat, Metapontini ostentabant, ut auctor est Iustinus, lib. XX, cap. 2. Virgilius Aeneidos lib. II: *Et ipse doli fabricator Epeus.* H.

Epeum ad Troiam. Septimius Florens inventum fuisse a Carthaginiensibus ait, Vitruvius in oppugnatione Gadium id factum fuisse scribit. Vide Turn. Adversar. lib. VIII, cap. 20. Dalec.

Bellerophontem. Pegasi conscensorem, Glauci filium, a Deucalione sextum. Vixit Aode iudiciarium munus apud Hebraeos exercente. H.

Pelethronium. Regem Lapitharum. Hard.

Pugnare ex equo. Non adversus homines in praelio, meo quidem iudicio: nam hoc Thessalorum invento vetustius reor; sed contra tauros in venatione, in monte Pelio, unde Centaurorum nomen acceperunt; ut Palaephatus scribit, de Centauris, c. III. Est nummus argenteus apud Patinum, in Fam. pag. 43, num. 1, in quo caput est Romae Victricis, galea tectum et alatum. Latera sinistro: COTTA. ·)(· Victoria in bigis Centaurorum, ut vocant, qui dextra strictum ensem attollunt; humero sinistro palmas gerunt. Infra, M. AVRELI. *Marcus Aurelius.* Inferius, ROMA. Quid Centauri isti significent, valde aestuat Spanhemius cum aliis ut exponat, tomo II, pag. 16 et 19, neo expedit. Significat Cotta in gente sua Aurelia victorem exstitisse equitatu, sive quum magister equitum esset, M. Aurelium. Nam qui Centauri vocantur in nummis, ii nihil aliud in his denotant, nisi equitatum. H.

Bigas prima. Ita MSS. non *primum*. Plinii auctoritati Polydorus adiungit et Probum. *Bigas primum*, inquit, lib. II, cap. 12, pag. 112: *Phrygum*

chthonius. Ordinem exercitus, signi dationem, tesseras, vigilias Palamedes invenit Troiano bello. Specularum significationem, eodem Sinon. Inducias Lycaon. Foedera Theseus:

12 Auguria ex avibus Car, a quo Caria appellata. Ad-

natio iuxit, ut Probus et Plinius auctores sunt. M. Valerium Probum, credo, intelligit, cuius est liber qui *Instituta Artium* inscribitur; sed nullum eius rei vestigium in eo opere toto, aliisve. Magna laus alioqui fuit olim equorum Phrygiscorum, seu Phrygiae; de quibus uberrime Gothofredus in Cod. Theod. lib. VI, tit. 4; de Praetoribus et Quaest. lib. XIX, pag. 57. H.

Quadrigas Erichthonius. Cicero de Natura Deorum, lib. III, quadrigarum inventricem fuisse tradit quartam Minervam Iove natam, ex Coryphe Oceani filia, quam Arcades a matre Coryphasiam vocaverunt. Victorius, lib. XI, cap. 15. Dalec. — *Erichthonius.* Non in Graecia, ut ait Euseb. in Chron. pag. 79, sed in Troade. Fuit enim is Dardani filius, regum ibi secundus. Habuere autem currus ante eum Aegyptii, ut e sacris paginis constat. Aelianus, Var. Hist. III, 38: Ἵππους ἔζευξε πρῶτος Ἐριχθόνιος. Virgil. Georgic III, vss. 113 sq. *Primus Erichthonius currus et quatuor ausus Iungere equos, rapidisque rotis insistere victor.* Vixit Erichthonius Iosue temporibus, aut paulo post. H.

Tesseras. Idem scribunt et Philostratus in Heroicis, et Nazianzenus in στηλιτευτικῇ, lib. I, Pausanias in Argolicis, eubosque abs se inventos consecrasse illum in Fortunae templo. Sophocles in Palamede, Οὐ λιμὸν αὐτος τόνδ' ἀπῶσα, σὺν θεῷ Εἰπεῖν χρόνου τε διατριβὰς σοφωτάτας Πεσσοὺς κύβους τε, τερπνὸν ἀρχίας ἄχος. Polemonis aetate apud Ilium saxum monstrabatur, super quo Graeci tesseras iaciebant. Celebratur et ab auctoribus ἀβάκιον παλαμήδειον. Plato tamen in Phaedro Aegyptios invenisse ait numerandi ac calculos subducendi rationem, tum etiam πεττείαν atque κυβείαν. Hadr. Iun. II, 4. Dal. — *Tesseras.* Non ludicras, ut Dalecampius post Hadr. Iunium putavit: quanquam et has idem Palamedes invenisse fertur, quas Palamediacos calculos Cassiodorus appellat, Var. l. VIII, epist. 31. Sed militares, quas Graeci συνθήματα σύμβολα vocant, sive signa bellica, de quibus Maro, Aeneid. l. VII, vs. 637: *It bello tessera signum.* H. — *Le mot d'ordre.* As.

Specularum. Ita MSS. omnes, non ut ante nos editi, *specularem.* H.

Lycaon. Ita Reg. 1, 2, Paris. et editi omnes ante Dalecampium, qui *Lycanor* substituere maluit. Lycaonem agnoscit et Polydorus, lib. II, c. 15, p. 123. Sunt autem induciae, ut idem monet ex Gellio Noct. Attic. lib. I, pactum quoddam et cessatio pugnae, manente tamen bello. H.

Foedera Theseus. Diodorus, lib. V, pag. 341, Mercurio assignat: alii aliis. Vide Polydorum loc. cit. H.

Auguria ex avibus. Atqui mox subiungit *auspicia avium Tiresiam invenisse.* Cave credas quod credidit Pintianus, ab auspiciis auguria non

iecit ex caeteris animalibus Orpheus. Aruspicium Delphus, ignispicia Amphiaraus, auspicia avium Tiresias Thebanus. Interpretationem ostentorum et somniorum Amphictyon. Astrologiam Atlas, Libyae filius: ut alii, Aegyptii: ut alii, Assyrii. Sphaeram in ea Milesius Anaximander. Ventorum rationem Aeolus Hellenis filius.

differre: Festo enim si credimus, ab avium garritu est augurium: ab ave specienda auspicium: Veteribus, quod nunc *adspicio* dicimus, olim *specio* sine praepositione *ad* dicentibus. Phrygibus haec auguria Clemens Alex. attribuit, Strom. lib. I, pag. 306, Caribus divinationem ex astris. Hard.

A quo Caria. Stephanus, p. 357: Καρία, ἡ χώρα. Τὸ ἐθνικὸν, Κάρ, ἀμωνύμως τῷ αἰκιστῇ. H.

Aruspicium. Reg. 2, et codices duo Pintiani, cum Chiffl. legunt *Aruspicam*, haud poenitanda lectione. Huius loci sententia est: Primus Delphus, ovium ac boum aliorumque quadrupedum exta inspiciendo, monstravit aruspicam: Amphiaraus ignispicam, hoc est, genus illud divinationis, quod ex igne sumitur, quam Graeci dixere πυρομαντείαν. Tiresias vero ex avium quoque extis significationem accipiens, promovit aruspicae terminos, propagavitque. Nam quod avium quoque exta aruspices observarent, indicat Cicero, dum disciplinam eorum refellit, de Divin. lib. II, pag. 223: *Non dicam gallinaceum fel, sunt enim qui vel argutissima haec exta esse dicant*, etc. H.

Amphiaraus. De Amphiarao et Tiresia, multa praeclare idem Cicero, de Divin. lib. I, p. 192. H.

Ignispicia Amphiaraus, auspicia avium Tiresias Thebanus. Verbum *auspicia* desideratur in utroque exemplari. Reliqua sic lego, *ignispicia Amphiaraus, aut Tiresias.* Nam si auspicia tribuas Tiresiae, discordabit Plinius a seipso: supra enim auspicia assignaverat Cari. Pint.

Somniorum. Quorum alia sunt ἀλληγορικά, alia θεωρηματικά. Ονειροκριτικοὺς libros de his praescitis scriptos vocant, ut οἰωνιστικοὺς augurales, et θυτικοὺς, de aruspicina. Clemens Alex. ἐν στρώμασι, Telmisseos narrat primos excogitasse τὴν τῶν ὀνείρων μαντικήν. Cicero quidem in Telmesso oppidulo Lyciae excelluisse testatur aruspicum disciplinam, ut et Arrianus, de gest. Alex. lib. II; Hadr. Iun. cap. 18, eos recenset, qui suis scriptis eam artem illustrarunt. Dan. — Cum Clemente Alexandrino Tatianus facit orat. contra Graecos. Quem adi. As.

Astrologiam Atlas. Tzetzes in Lycophr. pag. 127: Ατλας Μαθηματικὸς ἦν Λίβυς ἀνὴρ· εἰς δ' ὄρος Υψηλὸν ἀνερχόμενος, πρὸς τὴν ἀκριβεστέραν Κατασκοπὴν τῶν ἀστέρων, etc. *Atlas Mathematicus fuit, vir Libycus, qui in editissimum montem ascendens, ad accuratam siderum contemplationem*, etc. H.

Sphaeram. Vide quae de Anaximandri Eudoxi, etc. sphaera dicimus infra ad calcem libri in Excursu X. Vid. et lib. II.

Aeolus Hellenis. Ita quoque Hygin.

13 Musicam Amphion. Fistulam et monaulum Pan Mercurii: obliquam tibiam Midas in Phrygia: geminas tibias Marsyas in eadem gente, Lydios modulos Amphion: Dorios Thamyras Thrax: Phrygios Marsyas Phryx: citharam Amphion; ut alii, Orpheus; ut alii,

fab. cxxv. As. — Illi vero ventorum rstio pernoscitur qui eorum vires, naturam, eursum novit, et commodo vertit suo. Vid. ad calc. vol. I Dissertat. Conf. V. Gosselin de ventorum ratione apud Vett. As.

Musicam. Plutarchum consule, lib. de Musica, p. 1129. H.

Fistulam. Hygin. fab. CCLXXIV: *Pan fistulae cantum primus invenit.* Hunc idem Mercurii et Penelopes filium fuisse scribit, fabul. CCXXIV, p. 46. H.

Monaulum. Μόναυλος fistula est, cui unicus et simplex calamus est: cuius inventorem Mercurium ipsum facit Euphorion, apud Atheu, lib. IV, p. 184; Aegyptios, Pollux lib. IV, p. 190. H.

Obliquam. Φώτιγγα πλαγίαυλον, de qua Athenaeus idem, pag. 185. Osiridis inventum esse Aegyptii volunt. H. — *Flûte traversière.* As.

Tibiam Midas in Phrygia. Vide notata infra ad lib. XXXV, cap. 8. Tibias porro funebres, quibus Naeniae, Lessi, Mortualia θρηνώδη, sive θρηνητικὰ αὐλίσματα canebantur a praeficis, quae, ut ait Papinius, ficta pietate alienos dolores colunt, nec sua plorant funera, Phryges invenerant: nempe θρηνητικοὺς αὐλούς. Quamobrem apud Nonium Varro Pergameam praeficam requirit, in voce *Naenia.* Cares a Phryg. id didicerunt, unde καρικὸν μέλος Pollnci, et καριναὶ Hesych. θρηνωδοὶ μουσικαὶ, αἱ τοὺς νεκροὺς τῷ θρήνῳ παραπέμπουσαι πρὸς τὰς ταφάς. Scal. — Vide praeterea Athenaeum loco citato, pag. 184; Clem. Alex. Strom. lib. I, pag. 307; Apollodorum, de Diis, lib. I, p. 13, et Plutarch l. de Musica, pag. 1143. Tzetzes Chiliad. I, v. 353: Μαρσύας Φρὺξ φιλόσοφος εὗρεν αὐλοὺς τὸ πρῶτον. H.

Lydios modulos. Quae singulorum fuerint horumce modulorum notae ac discrimina, ex Apuleio discimus, Florid. lib. I: *Tibicen quidam,* inquit, *fuit Antigenidas, omnis voculae melleus modulator, seu tu velles Aeolium simplex, seu Asium varium, seu Lydium querulum, seu Phrygium religiosum, seu Dorium bellicosum.* H.

Thamyras. Θαμύρας Plutarcho advers. Epicur. p. 1093. In Chiffl. cod. *Thamyris,* quod idem est. Suidas, p. 1289: Θάμυρις, ἡ Θαμύρας Θρᾷξ. Clem. Alex loco citato, Καὶ τὴν Δώριον (μουσικὴν) Θάμυριν ἐπινοῆσαι τὸν Θρᾷκα. H.

Phrygios. Auditis illis semiviri Galli matris Deum sacerdotes, in furorem quasi ex imperio agebantur, non item reliqui homines. Seneca, epist. 109. Lucianus in Nigrino, Philostratus, Brodaeus V, 13 Dal.

Vt alii, Linus. Suidas tomo II, p. 47: Λῖνος... τῆς λυρικῆς μούσης πρῶτος λέγεται γενέσθαι ἡγεμών, *primus fertur lyricae musae auctor.* Fuisse hunc Orphei fratrem docet Apollodorus, de Diis lib. II, pag. 103. Vide praeterea Diodorum, Bibl. III, p. 192, 200 et 204. H.

Linus. Septem chordis additis Terpander. Octavam Simonides addidit: nonam Timotheus. Cithara sine voce cecinit Thamyras primus: cum cantu Amphion: ut alii, Linus. Citharoedica carmina composuit Terpander. Cum tibiis canere voce Troezenius Ardalus instituit. Saltationem armatam Curetes docuere, Pyrrhichen Pyrrhus, utramque in Creta.

Septem chordis additis Terpander. Ita MSS. omnes. Solus Ch. codex, *Septem chordis primum cecinit, tribus ad quatuor primas additis*; quod sane est verius; sed emendatoris potius alicuius, quam scriptoris stylum sapere id videtur. Magis ego probarim expungi vocem *additis*. Etenim sensus est, non septem chordas prioribus addidisse Terpandrum, sed ad septem usque earum numerum perduxisse. Ideoque sequitur, *Octavam Simonides addidit.* Ita et Plutarchus lib. de Musica, p. 1141. Num tunc lyra βάρβιτος? Certe Pindar. apud Athen. IV, 635, auctor est, Terpandrum Lesbium, primum omnium barbitum invenisse. Coaevus Lycurgo is fuit, circa Olympiadum initia. H.

Nonam Timotheus. Immo duodecimam, si Pherecrati Comico fides, cuius versus recitat Plutarchus lib. de Musica, pag. 1141 et 1142. Cicero de Legib. lib. II, pag. 338: *Illa severa Lacedaemon nervos iussit, quod plures quam septem haberet in Timothei fidibus, inde demi.* Idem refert Athenaeus, lib. XIV, p. 636. Vixit Timotheus, Euripidis vatis, et Philippi Macedonis aetate, ut auctor est Suidas, tom. III, pag. 213. Milesius idem patria fuit. Hard.

Citharoedica. Ita Proclus apud Photium, in Bibl. cod. 239, pag. 985. Ea ad numeros modosque illos fortasse pertinent, inquit Pellicerius in notis MSS. quibus hoc etiam tempore citharoedi modulationes suas peculiaribus quibusdam notis signantes describunt, quo caeteri facilius addiscere possint, ac reddere. De Terpandri poëmatibus agit Plutarch. lib. de Musica, pag. 1137. Adiuvat Pellicerii coniecturam Clemens Alex. Strom lib. I, pag. 308: Μέλος δὲ αὐ πρῶτος, inquit, περιέθηκε τοῖς ποιήμασι, τοὺς Λακεδαιμονίων νόμους ἐμελοποίησε Τέρπανδρος ὁ Αντισσαῖος. *Modos autem poëmatibus primus adiecit, et Lacedaemoniorum leges numerosis versibus scripsit Terpander Antissaeus.* Hard.

Cum tibiis canere voce Troezenius Ardalus instituit. In libris omnibus, etiam MSS. *Troezenius Dardanus*, sed vitio librariorum haud dubio. Dardanum Troezenium nemo Veterum novit: Ardalum Troezenium tibiis cum voce canere, sive tibicinam musicam instituisse auctor est locupletissimus Plutarchus, lib. de Musica, pag. 1133: Ἄλλοι δέ τινες τῶν συγγραφέων Ἀρδαλὸν φασι Τροιζήνιον πρότερον τὴν αὐλῳδικὴν συστήσασθαι μοῦσαν. Fuit hic Ardalus Vulcani filius a quo Musae Ardalides nuncupatae, apud Pausaniam in Corinthiacis. Hard.

Saltationem.... Pyrrhus. Edidit Salmasius in notis ad Spartianum, pag. 51, vetus epigramma antea ἀνέκδοτον, quo palam fit sciem illam in

44 Versum heroicum Pythio oraculo debemus. De poëmatum origine magna quaestio est. Ante Troianum bellum probantur fuisse. Prosam orationem condere Pherecydes Syrius instituit, Cyri regis aetate. Historiam Cadmus Milesius. Ludos gymnicos in Arcadia

armis saltantium, ex viris pariter ac mulieribus componi solitam: et buxeis armis, non ex ferro fuisse instructam. Sed Pyrrhichen ille cum saltatione armata confundit, quod et scriptores aliqui vetusti faciunt: Pollux lib. IV, cap. 196; Hesychius, verbo Πυρρίχζειν, aliique. Plinius aperte distinguit: Pliniique Paraphrastes Solinus c. XI, p. 29, Pyrrhichen fuisse equestrem docet: *Pyrro repertore*, inquit, *equestres turmas prima docuit* (Creta scilicet) *lascivas vertigines implicare*. HARD. — *Pyrrhichen Pyrrhus*. Aristoteli Achilles. Quidam ab ardore, id est, velocitate dictam volunt. Ardere enim festinare est. Poëta, *Instant ardentes Tyrii*: ac rursum, *Ardet abire fuga* Nicolaus apud Stob. Οἱ δὲ Κρητῶν παῖδες ἀγελάζονται κοινῇ καὶ τὴν ἐνόπλιον πυρρίχην ἐκπονοῦντες, ἥντινα πρῶτος εὗρε Πύρριχος Κυδωνιάτης Κρῆς τὰ γένος. Pyrrhicha, lusus et saltatio cum simulachro pugnae, vel equestris, Dioni πρύλις et ἱππασία, vel pedestris. Cuiacius, Obs. l. XIII, c. 10. Apud Apuleium lib X Asini, pueri et puellae Pyrrhicam saltant, depositis ordinationibus drcoros ambitus inerrantes, nunc in orbe rotarum flexuosi, etc. Vide locum. DAL. — Πύρριχον Κρῆτα vocat Hesychius loco proxime appellato, aliique. Lacedaemonium Athenaeus, libro XIV, p. 630. At Proclus in Chrestomathia, Diomedes lib. III, a Pyrrho Achillis filio inventam aiunt, aliique apud Hesychium. HARD.

Pythio oraculo debemus. Vide quae de Phemonoë diximus in auctorum Syllabo. HARD.

Prosam orationem, etc. *Prosam orationem condere Pherecydes Syrius instituit*, etc. Et lib. V, c. 29: *Nec fraudanda cive Cadmo, qui primus prosam orationem condere instituit*: iisdem verbis eamdem rem diversis locis, diversis auctoribus attribuit in eodem opere. Vide Salmas. pag. 840 et 841. — *Prosam*. Apuleius, Florid. lib. II, pag. 47: *Quin etiam Pherecydes Syro ex insula oriundus, qui primus versuum nexu repudiato conscribere ausus est passis verbis, soluto locutu, libera oratione*, etc. Atqui Plinius idem, lib. V, cap. 31, hanc ipsam laudem Cadmo attribuit: cur igitur modo Pherecydi? Illud nimirum est, quod quum antea ingenii doctrinaeque monumenta nonnisi carmine proderent, primus Cadmus Milesius, iam Halyattis tempore, historiam resque gestas prosa conscripserit. At postea Croesi Cyrique temporibus primus in philosophicis rebus idem Pherecydes praestitit: quem Laërtius in eius vita primum fuisse ait, qui de natura et Diis scripserit. Strabo lib. I, pag. 18, tres istos soluta oratione primos scripsisse ait, Cadmum, Pherecydem, Hecataeum. HARD.

Gymnicos. In quibus nudi et perunncti se exercebant. HARD. — *Funebres Aeastus*. Romanis duplex funus fuit, alterum in quo adhibebantur ludi et desultores, indictivum: alte-

Lycaon: funebres Acastus Iolco: post eum Theseus in Isthmo. Hercules Olympiae athleticam: Pythus pilam lusoriam: Gyges Lydus picturam in Aegypto: in Graecia vero Euchir, Daedali cognatus, ut Aristoteli placet: ut Theophrasto, Polygnotus Atheniensis.

Nave primus in Graeciam ex Aegypto Danaus advenit: antea ratibus navigabatur, inventis in mari Rubro inter insulas a rege Erythra. Reperiuntur, qui Mysos 15

rum, in quo ludi tantum, Simpludiarium, quasi simplex. Scal. (in Ausonium.)

Acastus. Acastus Pelei filius Iolco profectus, inter Argonautas numeratur ab Hygino, fab. XIV. Qui porro his diversis ludorum generibus vicerint, recenset idem, fab. 273. Haro.

Theseus. Sisyphum malunt, Coriothiaci Isthmi tyrannum, Pindari scholiastae, in enarratione argumenti Isthmiorum. Haro.

Olympiae. Vode hi ludi Olympici cognominati. Primum eos instituisse Herculem auctores sunt pariter Diodorus lib. IV, et Eusebius in Chron. aliique. Haro.

Pythus pilam. Sphaeristicam, sive pilae ludum quis primum invenerit, magna est varietas sententiarum: Agallis, sive potius, ut habet Suidas, Anagallis Corcyraea grammatica ap. Athen. lib. I, pag. 14, Nausicae Homericae adscribit: Dicaearchus Sicyoniis: Lacedaemoniis Hippasus, uti et reliquas corporis exercitationes. H. — *Pilam lusoriam.* Lydos omnium primos pilae, tesserarum, aleae lusum, institoriam, cauponariamque artem invenisse, aureum item et argenteum nummum primos cudisse, scribit Rhod. lib XXIV, cap. 14, D.

Gyges Lydus picturam in Aegypto. Id Reg. 1, 2, aliisque, *Cyges Ludus.* Tolet. *Cynges luctas*, unde Pintianus expressit, *Cynges Lyctius*, ab urbe Lycto; sed Cretensis urbs Lyctus est, non Aegyptiaca. Indigenam vero potius, quam externum hominem picturae in Aegypto auctorem primum fuisse verisimile est: quum praesertim, ut Plinius ipse animadvertit, lib. XXXV, cap. 5. Aegyptii sex millibus annorum apud ipsos inventam, priusquam transiret in Graeciam, affirmarent. Haro.

Euchir. Εὔχειρ Graecis, a dextrae solertia excogitato nomine. Polydorus Virg. lib. II, cap. 24, pag. 147, quum hunc Plinii locum exscriberet, pro *Euchiro* incaute *Pyrrhum* reposuit. Haro.

Polygnotus. Qui primus plurimum picturae contulit, ut dicetur l. XXXV, cap. 35. Haro.

Nave primus. Quam quidem navim πεντηκόντορον, quasi quinquagintiremem, a Danao de filiarum numero fuisse appellatam, auctor est Apollodorus de Diis, lib. II. Haro.

In mari rubro inter insulas a rege Erythra. Erythram regem e Perside in insulam Rubri maris transmisisse, deductisque in proximas insulas coloniis, pelagus de suo nomine vocitasse, auctor est Strabo lib. XVI, p. 779. Insulam priorem istam Τυρίνη vocari: ibi regni sedem Erythram

et Troianos priores excogitasse in Hellesponto putent, quum transirent adversus Thracas. Etiam nunc in Britannico oceano vitiles corio circumsutae fiunt; in
46 Nilo ex papyro, et scirpo, et arundine. Longa nave Iasonem primum navigasse, Philostephanus auctor est: Hegesias Paralum. Ctesias Semiramim: Archema-

posuisse. Vnde enipiam suboriri suspicio possit, num hoc Plinii loco *in Tyrrhine insula*, potius legendum sit, quam *inter insulas*. Mihi vero magis placet codicum omnium constantissimam consensionem sequi, quam coniecturae videri favere plus aequo. H. — *Inventis in mari Rubro*. Navem primum a se inventam gloriatur ap. Aeschylum Prometheus, Θαλασσόπλαγκτα δ' οὔτις ἄλλος ἀντ' ἐμοῦ Ἀτόπτερ' τύρε ναυτίλων ὀχήματα. Muret. Var. lib. I, cap. 11. Dalec. — *Inventis in mari Rubro inter insulas*. Quum enim hae perangustis spatiis essent frequenter discretae, facile ratibus adiri poterant. Quae porro Plinio ratis appellatur, hanc Strabo l. XVI, p. 779, eamdem rem narrans, σχεδίαν vocat, hoc est, subitariae ac tumultuariae operae scapham. Sic apud Isidorum Characenum, σχεδίαι καλάμιναι: sunt scaphae ex arundine, de quibus dictum est c. 2 huius libri. Vulgo, *des esquifs*. Sunt nihilominus et aliae rates, quas Galli *des radeaux* appellamus: de quibus agetur commodius l. VIII, cap. 6. Ratem et alio significatu accepit Varro, de ling. Lat. lib. IV, quum ait, *Ratis dicta navis longa, propter remos*, etc. Hard.

Vitiles. Hoc est, vimineae, ex vimine factae, et corio deinde obductae. Solini paraphrasis c. XXII: *Navigant autem Britanni vimineis alveis, quos circumdant ambitione tergorum bubalorum*. Vitiles dicit a *viere*, quod apud priscos est suere, vel ligare. Sutiles Plinius appellat, a corio circumsuto, l. XXIV, c. 40. Hard.

In Nilo. Dicemus ea de re lib. XIII, cap. 21. Hard.

Longa nave. Fuit rei nauticae ediscendae in primis studiosus Plinius noster, qui classem cum imperio et laude rexit, ut quidem scribit satis ambitiose Plinius alter, in epist. ad Tacitum, huic operi praefixa. Longam navem hic appellari eam putem quae Graecis μονήρης dicitur, uno remorum ordine actuariolum, *une felouque*, quoniam de biremibus, triremibusque, aliisque deinceps eiusdem generis agitur. Sed Iasonis navim, quae Argonautas expeditione in Colchos suscepta transvexit, fuisse μονήρη, concoquere haud satis commode possum: quanquam Parali, Semiramidis et Archimachi naves forte eiusmodi esse potuerunt. Hard. — *Iasonem*. Iasonem pro quovis ditissimo rege dixit Plautus in Pseud. .... *atque adeo ut frumento affluam, Vt civitas mihi nomen commutet, meque ut praedicet, Lenone ex Ballione regem Iasonem*. Dal.

Paralum. Phylarchus apud Harpocr. pag. 231, Parali herois meminit, τοῦ Παράλου ἥρωος, qui triremem struxit a se cognominatam. De eo rursum XXXV, 36. Hard.

Ctesias Semiramim. Portenta quaedam vocum his perperam interiecta

chus Aegaeonem. Biremem Damastes Erythraeos fecisse: triremem Thucydides Aminoclem Corinthium: quadriremem Aristoteles Carthaginienses: quinquere-

expunximus, quum ea nulli veterum MSS. agnoscant. Sic enim vulgo editi habent, *Ctesius Samyram*, *Saphanus Semiramim*. At Chiffl. cod. quem secuti sumus, *Ctesias Semiramim*. Reg. tamen 1, 2, Colb. 1, 2, et Paris. *Ctesiasapanusmiramim*. Quatenus vero ad rei veritatem spectat, refert Diodorus Sicul. lib. II. pag. 105, Semiramim, quum adversus Indos expeditionem pararet, naves bis mille fieri iussisse (Suidas aliquantulum differt, quum de eodem belli apparatu dicens, habet τρισχίλιας ναῦς μακρὰς, longas naves ter mille), easque διαιρετὰς, hoc est, quae dissolvi disiungique possent, ac rursum pro arbitrio coagmentari: gallice, *navires en fagot*. Hard.

Archemachus Ἀρχέμαχος ἐν ταῖς μετωνυμίαις laudatur, eum Xenagora, da quo postea, a scholiaste Apollonii, in lib. IV, vers. 262. De eo vide plura in Auctorum Indice. Hard. — *Aegaeonem*. Qui et Briareus saepe audit. Vid. Homer. Iliad. lib. I, fin. Ovid. Metamorph. lib. II, init. *Balaenarumque prementem Aegaeona suis immania terga lacertis*. Ai.

Biremem. Quae remos unoquoque latere binos haberet. Loquitur enim Plinius de prima, eaque rudiore navium fabricatione, tum de artis progressu. Hard.

Triremem. Quae tres unoquoque latere remos haberet.

Thucydides. Nempe Bell. Peloponn. libro primo, pag. 10, ubi: Τριήρεις ἐν Κορίνθῳ πρῶτον τῆς Ἑλλάδος ναυπηγηθῆναι λέγονται. Φαίνεται δὲ καὶ Σαμίοις Ἀμεινοκλῆς Κορίνθιος ναυπηγὸς ναῦς ποιήσας τέτταρας. Dalec. — Hoc est, *Corinthi primum ex omni Graecia triremes aedificatae traduntur: constat etiam Aminoclem Corinthium, navium fabricatorem, quatuor naves Samis fecisse*. Hard.

Aristoteles. Et Clemens Alex. Str. lib. I, pag. 307: Καρχηδόνιοι γὰρ πρῶτοι τετρήρη κατεσκεύασαν, etc. Hard.

Quinqueremem, etc. Quae fuerit opera nostra in hoc loco emendando a *quinqueremem Mnesigiton*, quibus vocabulis imposita est nota numeralis quae ad pagellae finem mittit usque ad *Tryphon cognominatus est*, plane constabit, si quam maculose editus in hunc usque diem fuerit, subiiciemus oculis: in hunc scilicet modum: *Quinqueremem instituit Nesichton Salaminius: sex ordinum Xenagoras Syracusius: ab ea ad decemremem Mnesigeton, Alexandrum Magnum ferunt instituisse ad XII ordines. Philostephanus Ptolemaeum Soterem ad quindecim. Demetrium Antigoni ad XXX, Ptolemaeum Philadelphum, ad XL, Ptolemaeum Philopatorem, qui Tryphon cognominatus est, ad L.* Quae non vitiosa modo interpunctione laborant, verum etiam turpi nominum deformatione, atque emendatorum interpolatione depravatur. Nam prior illa vox *instituit*, postremaque illa, *ad L*, in nullis plane cod. MSS. leguntur, Reg. 1, 2, aliisve, nec ullum earum vestigium est. Deinde in Auctorum Indice huius libri, Mnesigiton, et Xenagoras nominantur, cum caeteris, qui quo ordine appellantur illic, rursum eo ipso hic ra-

mem Mnesigiton, Salaminios: sex ordinum Xenagoras Syracusios: ab ea ad decemremem Mnesigiton,

petuntur. Praetera quindeciremem ad Demetrium Antigoni pertinere, testis est locuples Plutarchus, in eius vita, pag. 897. Ad XL ordines Ptolemaeum Philopatorem instituisse navim, auctor Callixenus, de Alexandria lib. I, apud Athenaeum lib. V, pag. 203: τὴν τεσσαρακοντήρη ναῦν κατεσκεύασεν ὁ Φιλοπάτωρ, etc. Denique vel ipsa orationis structura clamat, ut Aristotelem de Carthaginiensibus, item Mnesigitonem, de Salaminiis, de Syracusiis Xenagoram, de aliis alios, quid invenerint, litteris consignasse. Observandum porro hic obiter Ptolemaei Tryphonis cognomen, nec alibi temere obvium, nec inventu promptum. Nam qui Ptolemaeum, Lagi filium, primum Aegypti dynastam, Soterem cognominarint, nummos habemus scriptoresque plurimos: Ptolemaeum vero quartum, sive Philopatorem, qui Tryphonem appellarit, neque nummis adhuc, neque monumentis aliis consignatum vidimus. Ad Demetrium Antigoni quod attinet, Poliorceten illum signari manifestum est, Antigoni F. qui Macedoniae rex post Alexandrum fuit. Harn. — Quem Alexandrum? Num τὸν Φιλίππου? Immo, Alex. III; nam inter Alexandri II qui Dario victo, Magnus cognominatus fuit, et Demetrii Poliorcetis nomina, non minus quam quinque imperavere, nempe Aridaeus (qui et Philippus III), Cassander, Philipp. III (vel IV) Antipater et Alexander III. His mortuis et ann. ant. Chr. nat. 294, tandem summa rerum penes Poliorcetem fuit. Ar.

Sex ordinum. Quum sex ordines dixit Plinius, idem id fuit, ac si sex remos ab unoquoque latere diceret; sive quae sex subsellia vocamus, *six bancs*; quorum unumquodque tres, quatuorve, vel plures haberet remiges. Dici nimirum sexremem, septiremem, octiremem, similiaque portenta compositorum nominum latinus sermo non patitur: propterea pro sexremi *sex ordines*, hoc est, subsellia ex unoquoque latere sex scripsit. Plures aliquando fuisse in una navi longa ordines remigum, veluti tabulatis distinctos, alios aliis superpositos, futile commentum est. Negant constanter viri rei nauticae peritissimi, aic construi navem posse: negant, etiamsi fieret, etiamsi vel geminus ordo tantum remigum esset, alter alteri superpositus, navim utroque recte impelli posse; idque multis certissimisque argumentis. Aetate nostra naves longae, quas Galli vocant *galères*, non excedunt triginta ordines sive subsellia, *à trente bancs*. Quas vocant *galéasses*, eae triginta duos ordines habent: in singulis autem ordinibus sive subselliis, sex septemve remiges. Quas vero Herodot l. VII, n. 36, 97, 163, et alibi fortassis, τριηκοντέρους et πεντηκοντέρους vocat, et ad tria millia dicit fuisse, naves eae longae sunt *des barques*, ad transvehendos milites, equos, et merces. Vnde eiusdem generis ihi esse dicuntur κέρκουροι, xxi ἱππαγωγὰ πλοῖα. Τριηκόντεροι remos habuere triginta; quindenos scilicet unoquoque latere: πεντηκόντεροι, quinquaginta; quinos ac vicenos latere dextro, sinistroque totidem. In nummis antiquis persaepe visuntur

Alexandrum magnum ferunt instituisse: ad XII ordines, Philostephanus Ptolemaeum Soterem: ad quindecim, Demetrium Antigoni: ad XXX, Ptolemaeum Philadelphum: ad XL, Ptolemaeum Philopatorem, qui Tryphon cognominatus est. Onerariam Hippus Tyrius invenit, lembum Cyrenenses, cymbam Phoenices, celetem Rhodii, cercuron Cyprii. Siderum

ordines remorum duo; alter superior altero; nec unquam tamen plures quam duo. Sic in nummo Hadriani Augusti, et Museo nostro, et apud P. Chamillart, qui nummus inscribitur, FELICITATI AVG. ordines duo remorum sunt, alter perspicue superior altero; sed remi inferiores fixi, absque ullo remige, immobilesque sunt, navi adhaerentes, ad cohibendum sistendumque vel moderandum veri remi impulsum, ne iusto longius procedat; et ut sit absque ullo collisu, remorum simul omnium aequalis et par impetus. Remiges in eo nummo picti sunt omnino sex; unde illius generis navem eam esse intelligas, quod Plinius hoc loco sex ordinum vocat: remi autem sunt duodecim. Sic in columna Traiani, ut est accuratissime depicta a Petro sancti Bartoli pag. 23, 24, 25, 59, 60, 61, 64, duos quos diximus nec plures, aliosve, quam quales exponimus, naves habent remorum ordines, alterum altero superiorem: sed verorum agitabiliumque remorum superiorem, ut manus testantur remigum, quibus tenentur; immobilium fixorumque, sine ullo remige, inferiorem. Similis effigies est longae navis Venetae, picta in Concilio Florentino, Romae edito a D. Iustiniani pag. 382. Scriptores quoslibet secus sentientes nihil moramur: quum his et Plinius, et Herodotus, et nummi antiqui, et Traiani columna, et peritorum in arte nautica consentiens iudicium adversetur. Adde quod ex Plinio prave intellecto, ii qui post eum scripsere, finxisse ordines remigum alios aliis superpositos possunt videri. *Decemremem* vero mox dicit, ut prius *quadriremem*, et *quinqueremem*, quoniam voces essent usu communi receptae. HARD. — Mox iterum *Mnesigiton*. Gr. Μνησιγείτων. MXNAO.

Onerariam. Graecis, φορτηγόν. Gallis, *navire de voiture, ou de charge*. Hoc navium genus partim remis olim, partim etiam velis agebatur. Vide Magium, Miscell. lib. I, cap. 6, p. 28. HARD.

Lembum. Livius l. XXVIII: *Nullam ipse navem, praeterquam duos lembos, qui non plus quam sedecim remis agerentur, haberet*. Galli vocant *une galiote*. HARD.

Cymbam. *Barquette* Gallis est, quatuor remorum ex utroque latere. navium minima, quarum usus in mari ad oblectationem. HARD.

Celetem. Ita MSS. omnes, non *celocem*: quanquam utrolibet nomine signetur, nihil interest. Gellius lib. X, c. 25, p. 564, navium appellationes recensens novem et viginti, has affert in primis: *Longae, hippagines, cercuri, celoces, vel ut Graeci dicunt, celetes, lembi*, etc. Dedu-

observationem in navigando Phoenices, remum Copae, latitudinem eius Plataeae: vela Icarus, malum et antennam Daedalus: Hippagum Samii, aut Pericles Atheniensis: tectas longas Thasii: antea ex prora tantum et puppi pugnabatur. Rostra addidit Pisaeus Tyrrhenus: ancoram Eupalamus: eamdem

ctum a celeritudine nomen esse Nonius ait. Hard.

Cercurum. Κερκοῦρος, a κέρκος et οὐρὰ, quae vox utraque caudam sonat: quod caudata ea esset, et praelonga navis: non a Κερκύρα seu Corcyra insula, ut Suidas existimavit, et post eum Turnebus, Advers. lib. XXIX, cap. 18, p. 1054. Est enim Cercurus navis Asiana praegrandis. Plautus in Sticho, act. II, cap. 2, v. 43: *Dum percontor portitores, ecquae navis venerit Ex Asia, negant venisse: conspicatus sum interim Cercurum, quo ego me maiorem non vidisse censeo.* Cypril autem cercuri inventores Asiae sunt contributi. Hard.— Quid inde? nonne Corcyraeum inventum potuit innotescere ac usu valescere creberrimo in Asia? Nos cum Turnebo et Dalecampio, cuius vid. not. infr. As.

Cyprii. Immo Corcyraei, teste Thucydide: cuius opinionem utcunque asserit τοῦ κερκούρου appellatio. Turn. XXIX, 18. Dal.

Siderum. Strabo lib. XVI, p. 757. Hard.

Remum Copae. Boeotiae oppida duo, τὰς Κώπας, ab inventione remi, qui Graecis κώπη dicitur: Πλαταιὰς, ab eorum latitudine, seu palma, quae πλάτη iisdem est, traxisse appellationem, auctor est pariter Strabo l. IX, pag. 406. Hard. — Quidni a Copis κώπας, a Plataeis πλάτας, ut *baïonnette*, ab urbe *Bayonne*? As.

Vela Icarus. Hoc inventum Aeolo Diodorus lib. V, pag. 291. Daedalo Pausanias in Boeoticis adscribit. H.

Hippagum. Ita MSS. omnes: sed pro *Samii*, *Damiam* iidem exhibent. *Hippagines* Festo sunt naves quibus equi vehuntur, quas Graeci ἱππαγώγους dicunt. Ἱππηγῶν, καὶ καταφράκτων meminit Plutarchus in Pyrrho pag. 391. Quare Hermolao non assentior, nec Pellicerio in notis MSS. qui hypagum scribi malunt, ut nauticum illud instrumentum sit, non navigii genus. Hard.

Tectas longas. Naves cum tabulatis, quae καταστρώματα Graecis dicuntur, κατάφρακτοι νῆες Plutarcho loco cit. aliisque. Caesar, de Bello Civ. l. I, pag. 142: *Massilienses naves longas expediunt, numero XVII, quarum erant undecim tectae.* Hard.

Rostra addidit Piseus, etc. Praepostera punctorum interlocatio et lectionem et sensum et rerum fidem depravavit, nonnullosque nostrae aetatis doctos alioqui viros in errorem invexit. Scribendum igitur aic, *rostra addidit Piseus Tyrrhenus, anchoram Eupalamus. Eamdem bidentem Anacharsis.* De Piseo enim Tyrrheno hoc ipso capite supra Plinius. Bicipitem autem anchoram ab Anacharsi inventam, auctor est Strabo libro septimo. Vide Rhodig. lib. XVIII, cap. 24. Pint.

bidentem Anacharsis: harpagonas et manus Pericles Atheniensis, adminicula gubernandi Tiphys. Classe princeps depugnavit Minos. Animal occidit primus Hyperbius Martis filius, Prometheus bovem.

LVIII. (LVII.) Gentium consensus tacitus primus omnium conspiravit, ut Ionum litteris uterentur.

Bidentem Anacharsis. Locum hunc vitiosa interpunctione laborantem sanavimus, non harpagonas Anacharsi, sed bidentem ancoram tribuentes, a Strabone edocti, lib. VII, p. 303: Καὶ τὸν Ἀνάχαρσιν δὲ ἄνθρωπον σοφὸν καλῶν ὁ Ἔφορος.... ῥήματα αὐτοῦ λέγει, τὴν ἀμφίβολον ἄγκυραν, etc. HARD.

Harpagonas et manus Pericles Atheniensis. Si sic legatur, duas res esse quispiam putavit, quum una tantum sit. Curtius lib. IV: *Omnia belli apparatu strepunt. Ferreae quoque manus, harpagonas vocant, quas operibus hostium iniicerent, corvique, et alia, tuendis urbibus excogitata, praeparabantur.* Proinde lego hic, *Harpagonas aut manus.* PINT. — *Harpagonas et manus.* Graecam vocem latina emollit, et explicat. Cave enim diversi generis esse haec instrumenta existimes. Ita locutus Caesar loc. cit. *Manus ferreas atque harpagones paraverant.* Sed apertius multo sane Curtius lib. IV, c. 9, p. 116: *Ferreae quoque manus (harpagonas vocant) quas operibus hostium iniicerent,* etc. Describit illas Livius lib. XXX, pag. 355, et Frontinus, Strateg. lib. II, cap. 3. HARD.

Tiphys. Hinc navis illius qua vecti sunt Argonautae, gubernaculum ei delatum scribit Apollodorus, de Diis, lib. I, pag. 53. HARD.

Classe princeps depugnavit Minos. Iis viribus, auctore Arist. de Repub. l. II, insulas partim subegit, partim oppidis conditis, populosas et frequentes reddidit: ad extremumque quum Siciliae bellum intulisset, ad Camicum oppidum, cui imperabat Cocalus Daedali filius, dolo interfectus est, ἐδολοφονήθη. Victorius ex Strabone et Stephano, XVI, 18. DAL. — *Minos.* Ita Thucyd. lib. I, p. 4, et Diodor. Biblioth. lib. IV, aliique.

Prometheus bovem. Ad usum, ut quidem reor, profanum. Nam ad sacros usus, si Eusebio credimus in Chron. pag. 95, Κέκροψ πρῶτος βοῦν ἔθυσε, καὶ Ζῆνα προσηγόρευσεν. Et Hieronymus pag. 75: *Primus Cecrops bovem immolans, Iovem appellavit.* HARD.

LVIII. *Vt Ionum.* Ita MSS. et libri editi omnes. Exemplum litterarum quibus Iones olim usi, ex columna quae in via Appia reperta est, ac postea ad hortos Farnesianos traducta, exhibet Iosephus Scaliger in Animadv. ad Euseb. pag. 102, ubi et de earumdem litterarum origine digressionem facit: cuius haec summa est: Iones a Phoenicibus litteras accepisse; quae, ut fere fit, usus tractatione, et progressu longinqui temporis a primigenia forma desciverint: ita tamen ut earum origo dissimulari non possit: ideo Herodotum dixisse Ionicas veteres litteras Phoeniciis esse simillimas, earumque se monumenta quaedam in Asia vidisse. Falli denique doctissimum

(LVIII.) Veteres graecas fuisse easdem paene, quae nunc sunt latinae, indicio erit Delphica tabula antiqui aeris, quae est hodie in Palatio, dono Principum Minervae dicata in bibliotheca, cum inscriptione tali, Ναυσικράτης Τισαμένου Αθηναοῖς ἀνέθηκεν.

LIX. (LIX.) Sequens gentium consensus in tonsori-

virum (Hotomannum intelligit) qui, in suis ad Caesaris Commentarios notis, τὸ *Ionum* ex Plinii codice expungendum censeat, neque pulcherrimae rei vetustam memoriam sit assecutus. Locus Herodoti quem ille citat, e libro quinto petitur, sive Terpsich. pag. 309, num. 59. H.

Veteres graecas. Tacitus Annal. l. XI, pag. 159: *Et formae litteris latinis quae veterrimis Graecorum.* H.

Indicio erit. Simili argumento probat Herodotus loco allato, Ionicis litteris persimiles fuisse Phoeniceas aive Cadmeas, ex tripode, quam vidisse se ait Thebis Boeotiis, cum hac epigraphe: Αμφιτρύων μ' ἀνέθηκεν, ἐὼν ἀπὸ Τηλεβοάων. *Amphitryon posuit me, Telebois oriundus.* H.

Ναυσικράτης. Hanc sic inscriptionem insculptam fuisse crediderim: NAVSIKPATES TISAMENO ATHENAIOS, ac posteriores iis notis id expressisse, quibus nsi sumus. Scal. — In codd. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, et Paris. ita fere legitur, ΑΔΥCIKPA ΙΝCΑΝΕΘΕΤΟ ΙΝΔΙΟC ΚΟΡΤΥΝΑΕ ΚΑΤΑΝΗΔΑΕ. ξΙΟ ΑΔΙΟ ΝΟ ΟΝΑΕ. Ac diligenter vestigia litterarum rimanti, scriptum a Plinio fuisse videtur, Αδυσικράτης ἀνέθετο τῇ Διὸς κόρῃ δεκάτην, ἥδε δέξατο ἥδιον τήνδε. Ac principium sane horum verborum audacter affirmare posse videor: de clausula paululum addubito: sed nihil comminisci potui, quod propius ad litterarum ductus accederet. Tvan. — Laudandus sane conatus, neque poenitendus admodum successus. Harp. — Nos, minus faciles, in Turnebo nil probamus: primo ob floridum et poeticum stylum (δεκάτην, ἥδε δέξατο ἥδιον τήνδε) tum ob nomen Αδυσικράτης, quod nunquam Graecum fuit. Nec magis quod proposuit d'Ansse de Villoison, in nota sua Gallica quam exhibet Gueroult tom. I, pag. 233. Conclamatus fere locus videtur, nec nobis ea σχολὴ ut sanare tentarimus. Omnes tamen qui quidem in Bibl. Reg. codd. inspeximus, videmurque nobis tria verba non absurde restituisse, nempe: A. Αυσικράτης quod est forte ἄρχων Αυσικράτης; (nam Eponymus quidam Lysicrates, ann. ant. chr. nat. 453; et Δ pro A in MSS. perpetuum est) Οἰναῖος; (Οἰνοὴ Demus in Attica, cuius incolae Οἰναῖοι porro nil usitatius quam post nomen patria apud Veteres) et Ἰώνων (siquidem duplex ο in ΑΔΙΟΝΟοΝΑΕ pro ω sumi potest; nec obstaculo est prius scriptum ιο pro ιω, utinamque librariorum ignorantia numquam gravius peccasset! veniale peccatum esset Ar.

LIX. *In tonsoribus.* Barbae radendae morem invectum esse Alexandri Magni principatu, Chrysippus auctor est, libro de Honestate et Voluptate, apud Athenaeum lib. XIII, pag. 565, quum aevo priore inauditum id foret. Ratio tondendi gemina; vel stri-

bus fuit, sed Romanis tardior. In Italiam ex Sicilia venere post Romam conditam anno quadringentesimo quinquagesimo quarto, adducente P. Ticinio Mena, ut auctor est Varro: antea intonsi fuere. Primus omnium radi quotidie instituit Africanus sequens: Divus Augustus cultris semper usus est.

LX. (LX.) Tertius consensus fuit in horarum observatione, iam hic rationi accedens. Quando et a quo

etiam, hoc est, ad cutem usque: vel paulo longius a cute, interposito pectine. Plautus in Capt. act. II, sc. II, versu 46: *Nunc senex est in tonstrina: nunc iam oultros attinet. Sed utrum, strictimne attonsurum dicam esse, an per pectinem, Nescio: verum si frugi est, admutilabit probe.* Hard.

In Italiam. Haec ad verbum exhibet etiam Varro libro secundo, de Re rust. cap. 11, sub finem. H.

P. Ticinio Mena. Chiffl. cod. *Thinnio*, refragante Varrone, apud quem *Ticidio*. Multo malim nihilominus legi *Titinio Maena*. Est enim Romanorum haud postrema Titinia gens: *Maena* cognomen in inscriptionibus Gruteri pag. 866. Hard.

P. Ticinio..... est Varro. Olim, ille inquit, tonsores non fuisse adsignificant antiquorum statuae, quod pleraeque habent capillum et barbam magnam. a Hard.

Primus omnium radi quotidie instituit Africanus sequens. Scipio Aemilianus, qui et Africanus sequens, sive posterior, qui Carthaginem delevit. Quod moris ei fuerit, ante aetatem senectam, semper barbam radere, auctor est Gellius lib. III, cap. 4, p. 221. Hard. — Ille enim primus, quum in Graecia ageret, se Athenis radi passus est; unde huic κατ' εἰρωνείαν, nomen, aut potius cognomen deridiculum (κόρσην) impositum fuisse Chrysippus monet. Conf. et Hadrian. Iun. lib. de Coma. Alexis Comicus, fragm. iambic. Τί γὰρ αἱ τρίχες λυποῦσιν ὑμᾶς, πρὸς θεῶν, Δι' ἃς ἄνθρ' ἕκαστος ὑμῶν φαίνεται. Sed ante, adductis Romani e Sicilia tonsoribus, iuventutem nondum egressis, barbam radi et comam tonderi, ad annum usque 40; postea vero minime. Hard. — Quod distichon properante sic vertimus calamo iambici ratione servata: *Cui barba vobis, per Deos, incommodo est, Quae sola vos persaepe significat viros?* Caeterum meminit Dalecampius olim ex Alex. ab Alex. lib. V, cap 18. Aj.

Cultris. Nempe tonsorio cultro, sive novacula. Dio libro XLVIII, p. 577, auctor est anno V. C. 715, L. Marcio Censorino, C. Calvisio Sabino coss. Octavium Augustum barbam primum radere coepisse, atque ab eo tempore genas laeves servasse: Τὸν πώγωνα ὁ Καῖσαρ τότε ξυράμενος... καὶ ὁ μὲν καὶ ἔπειτα ἐπελαιοῦτο τὸ γένειον, ὥσπερ οἱ ἄλλοι. Tranquillus tamen scribit, *omnis lenocinii negligentem fuisse, et in capite comendo tam incuriosum, ut raptim compluribus simul tonsoribus operam daret, ac modo tonderet, modo raderet barbam.* Hard.

LX. *Iam hic rationi.* Supradictis,

in Graecia reperta, diximus in secundo volumine. Serius etiam hoc Romae contigit. Duodecim tabulis ortus tantum et occasus nominantur: post aliquot annos adiectus est et meridies, accenso consulum id pronuntiante, quum a Curia inter Rostra et Graeco-

Inquit, tonsorum ionicarumque litterarum consensus, voluntatis hominum et arbitrii fuere potius quam rationis. Hic vero qui horarum observatione exstitit, ratione magis, quam placito aut libidine ortus videtur. Hard.

In secundo volumine. Libro II, c. 78. Hard.

Post aliquot annos adiectus est et meridies accenso consulum id pronuntiante, etc. Florianus Senticensis, vir eruditissimus et antiquitatum Hispaniae illustrator, alio modo legendum censet. Subiiciam autem eius verba ex epistola quam ad me misit nono ferme ab hinc anno. Mitto, inquit, ad te pro hoc beneficio vicem, ultimi capitis septimi libri Historiae Naturalis emendationem, ubi quum de horologiis romanis Plinius agat, statim a principio sic legitur: *Post aliquot annos adiectus est et meridies accenso consulum id pronuntiante, cum Curio*, etc. In Gottico meo codice particulae illae *id pronuntiante* non reperiuntur, sed tota dictio sic legitur: *Post aliquot annos adiectus est meridies a Caeso consule, dum ad Curiam inter Rostra et Graecostasin prospexisset talem solis umbram e columna aerea qualem carcerem inclinato sidere supremum medontavit.* Hactenus Gottica lectio: in ultimis voculis duntaxat mendosa, sed ex qua veram facile eliciss, sic videlicet: *Post aliquot annos adiectus est et meridies a Caesone consule, dum ad Curiam inter Rostra et Graecostasin prospexisset talem solis umbram columna aerea: qualem ad carcerem inclinato sidere supremum medio notavit*, hoc est, in puncto medio quod esset inter umbras ad ortum et ad occasum supremum notavit solis sidus, id est, altissimum, et maxime sublime, quo tempore est meridies ubique. Caeterum Caeso consul, de quo nunc agitur, is videtur esse, qui et T. Quintius Caeso dictus sit, C. Sulpitii Potiti collega, quorum magistratus in annum incidit Vrbis conditae 404, non 477, ut Plinii habet corruptus calculus, qui fuerit ante Christum natum annus 344. Nam Caesones alii consules fuerunt perplures; sed is primus Caeso post leges XII tabulis scripta. Infra etiam: *Nec congruebant ad horas eius lineae, paruerunt tamen ei annis undecim*, etc. Tu ex codice Gottico *annis undecentum* scribe. Quae lectio vel hoc uno verior est, quod a Messalae consulatu, quando horologium deportatum est, ad usque consulatum Q. Martii Philippi, anni interfuere septem et septuaginta. Id quod in Cassiodori libello de Consulibus liquida computatione reperias. Gessit autem Philippus censuram annos aliquot post consulatum, ut iam tanto annorum interstitio natus esse non potuerit Valerio Messala consule: quod oportebat si non plus annis undecim censor fuit post Messalae consulatum, ut habet impressa lectio Pliniana.

tasin prospexisset solem. A columna Maenia ad carcerem inclinato sidere, supremam pronuntiabat. Sed hoc serenis tantum diebus usque ad primum Puni-

Quae tu omnia in Annotationibus tuis reponea cum honorifica nostri mentione, qui tuus est candor, ut dum te noverit posteritas, noscant et iuvenes amicos quibuscum vixeris, non omnino indiligentes. Quod si haec forte placuerint, habebis et alia plurima et docta pariter et iucunda. Vale. Pint. — *Accenso.* Pronuntiabat meridiem accensus consulum, ubi primum praeterita Curia, inter Rostra et Graecostasin solem iam pervenisse videret. Huc pertinet versus ille Comici poëtae, citatus a Varrone, de Ling. Lat. lib. V, p. 62: *Ubi primum accensus clamarit meridiem.* Hard. — Accensus vero apparitor, minister, et quasi lictor magistratus plebeii. Accensos habuere tribuni plebis. Gall. *huissier, massier* et multa id genus. Ai.

Quum a Curia... prosp. solem. In editis hactenus, *cum Curio.* MSS. omnes, *quum auguria.* Vnde feliciter Turneb. et Pellic. in notis MSS. *quum a Curia*, elicierunt. Nam tria haec loca contermina sibi fuisse, in regione Vrbis octava, praeter P. Victorem, Varro edocet; de Ling. Lat. libro IV, pag. 37: *Curiae duorum generum*, inquit: *Nam et ubi curarent Sacerdotes res divinas, ut Curiae veteres: et ubi senatus humanas, ut Curia Hostilia... Ante hanc Rostra... sub dextra huius a Comitio locus substructus, ubi nationum subsisterent legati, qui ad senatum essent missi: Is Graecostasis appellatur*, etc. Vide quae dicenda sunt de situ Graecostasis, libro XXXIII, cap. 6. Vbi quid Curia sit, quid Graecostasis, facile disces. Paulo post quum in Plinianio textu legeretur olim, *Prospexisset talem solem*, hanc vocem *talem* eiiciendam iudicavimus ceu spuriam, quod nullum eius vestigium in MSS. appareat. H. — *Quum Curio inter Rostra et Graecostasin prospexisset solem*, etc. Legend. *quum ab Curia inter Rostra et Graecostasin prospexisset talem solem.* Accensus consulum quum ab Curia solem prospiciebat inter Rostra et Graecostasin, meridiem pronuntiabat. Salm.

A col. Maenia ad carcerem, etc. Ita MSS. omnes, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chiffl. aliique, quos Turnebus secutus est, Advers. lib. XXIX, c. 18, p. 1054. Columnae Maeniae Cicero in Verrem meminit, et Asconius; cui scilicet Maenius nomen suum communicavit. Agetur de hoc Maenio infra lib. XXXIV, cap. 11. Hinc et Maeniana aedificia apud Festum. Libri editi hoc loco perperam, *a columna aenea.* H. — Ita quum eumdem solem prospexerat a columna Maenia ad carcerem radios mittentem, quod fiebat inclinato sidere, tum *supremam* pronuntiabat. *Suprema* igitur dicebatur ante solis occasum. Salm.

Supremam. Gellius, lib. XVII, c. 2, p. 922: *In duodecim autem tabulis verbum hoc ita scriptum est. Ante meridiem causam conscito .. Post meridiem praesenti litem addicito. Sol occasus suprema tempestas esto.* Varro, lib. V de Ling. Lat. p. 44: *Suprema, summum diei: id a supremo. Hoc tempus duodecim tabulae dicunt occasum esse solis: sed postea lex Plaetoria id quoque tempus iubet esse supremum,*

2 cum bellum. Princeps Romanis solarium horologium statuisse ante undecim annos, quam cum Pyrrho bellatum est, ad aedem Quirini, L. Papirius Cursor, quum eam dedicaret, a patre suo votam, a Fabio Vestale proditur. Sed neque facti horologii rationem, vel artificem significat: nec unde translatum sit, aut apud
3 quem scriptum id invenerit. M. Varro primum statutum in publico secundum Rostra in columna tradit,

quo praetor in comitio supremam pronuntiavit populo. Vbi nos *Plaetoria* rescripsimus, pro *Praetoria*. Legem enim illam significat, quam M. Plaetorius trib. pl. tulit, refertque Censorinus, cap. ult. H.

Princeps Romanis solarium, etc. Sic lege: *Princeps solarium horologium statuisse ante IIIdecim annos*, id est, ante tredecim. L. Papirius Cursor consul fuit, et aedem Quirini dedicavit anno Vrbis quadringentesimo septuagesimo quinto. Salm. — Male; vid. infr. Az.

Ante undecim annos, quam cum Pyrrho bellatum est. Prius editi *duodecim* legunt, sed reclamantibus MSS. Reg. 1, Chiffl. Parisiensi nostro, aliisque, in quibus diserte sine numerorum compendiis *undecim* scriptum reperias. Atque id esse ratio temporum postulat. Nam cum Pyrrho bellatum esse anno 472, ex Plinio ipso constat, libro VIII, cap. 6. Consulem vero Papirium Cursorem fuisse anno 461 Fasti docent: scribendum igitur *undecim* fuit, non uti Salmasius iubet, pag. 649, *tredecim*, qui quibus auctoribus probare queat bellum cum Pyrrho initum anno modo 475, haud divinare licet. Caeterum, de solari horologio multa quam festive et elegenter Cassiodorus, Var. lib. I, epist. 45 et 46. H.

Ad aedem Quirini. Censorinus, c. XXIII: *Solariorum antiquissimum quod fuerit, inventu difficile est. Alii enim apud aedem Quirini primum statutum dicunt: alii in Capitolio: nonnulli ad aedem Dianae in Aventino.* Fuit templum Quirini in sexta Vrbis regione, teste P. Victore. H.

Dedicaret. Eo anno quo consul fuit, Vrbis 464, quum anno superiore eam vovisset pater, si Samnites quos bello tum dictator petebat, devicisset. Rem narrat prolixe Livius sub finem libri decimi, p. 187. H.

M. Varro. In aliquo opere, quod intercidit. H.

Statutum in publico. In Foro. Censorinus loco citato: *Illud satis constat, nullum in foro solarium prius fuisse, quam id quod M. Valerius ex Sicilia advectum, ad Rostra in columna posuit. Quod quum ad clima Siciliae descriptum, ad horas Romae non conveniret, L. Philippus censor aliud iuxta constituit. Deinde aliquanto post L. Cornelius Nasica censor ex aqua fecit horarium: quod et ipsum ex consuetudine noscendi a sole horas, solarium coeptum vocari.* Verbo *statutum* usus in re eadem Plautus, in comoedia Boeotia: *Vt illum Dii perdant, qui horas repperit, Quique adeo primus statuit hic solarium*, etc. H.

bello Punico primo, a M. Valerio Messala consule, Catina capta in Sicilia: deportatum inde post xxx annos, quam de Papiriano horologio traditur, anno Vrbis CCCCLXXXXI; nec congruebant ad horas eius lineae: paruerunt tamen eis annis undecentum, donec Q. Marcius Philippus, qui cum L. Paulo fuit censor, diligentius ordinatum iuxta posuit: idque munus inter censoria opera gratissime acceptum est. Etiam tum 4
tamen nubilo incertae fuere horae usque ad proximum lustrum. Tunc Scipio Nasica collega Laenatis,

Messala consule. Qui Valerius Max. Messala dictus est, *Primus ex familia Valeriorum*, inquit Seneca lib. de Brevit. vitae, c. 13, p. 734: *Vrbis Messanae captae in se translato nomine Messana appellatus est, paulatimque vulgo permutante litteras, Messala dictus est.* H.

Anno Vrbis CCCCLXXXXI. Ita reclamantibus licet MSS. editisque libris fidenter rescripsimus, pro *CCCCLXXVII*, non solum Faustorum auctoritate permoti; sed et ipsius Plinii admonitu, qui undecentum annis post deportatum e Sicilia horologium alterum (quod factum est post triginta a Papirii consulatu annos, qui consulatus incidit in annum, ut diximus, 461), tertium hoc solarium diligentius ordinatum scribit, hoc est, anno 590, quo ipso anno in Fastis censuram gessisse prodiuntur L. Aemilius Paulus, Q. Marcius Philippus, lustrumque fecisse quinquagesimum tertium. H.

Eius lineae. In eo horologio descriptae lineae ad indicandas horas. Ex Marcio Philippo, quem Plinius mox appellat, genus traxit M. Iulius Philippus Imp. et coniux ipsius Marcia Otacilia Severa: et hi omnes ab Anco Marcio rege Romanorum. Vnde in nummis suis uterque Philippus Aug. pater et filius, vidit inscribi, NOBILITAS AVGG. *Nobilitas Augustorum.* Inde etiam traxit ortum Traiani soror, hoc est, consobrina, Marciana Augusta; et longe postea Marcianus Augustus. Ex nobilitate, hoc est, ex nobilium ordine Philippos fuisse ante Marsicum bellum, docet etiam Plinius, libro IX, cap. 80. H. — Has genealogiarum nugas, putidas sane, et, ut uno verbo multa complectar, Harduinianas, huic appendito quam in suo *M. Botte* delineavit Nostras Pigault-Lebrun, dum genus viri trahit a Genuensi duce *Botta*. Ab Anco Martio ὁ Ἀρχῷ non minus mihi ridiculus videtur quam tot in Germania homunciones a celeberrimo Witikind, aut a Laomedonte et Priamo Pharamundus. Az.

Ad proximum lustrum. Quinquennio post, anno Vrbis, ut mox dicitur, 595 quo censores fuere P. Corn. Scipio Nasica, M. Popilius Laenas, lustrumque factum quartum et quinquagesimum. H.

Laenatis. Haec restitutio debetur Gelenio qui in vulgatis libris adnotaverat irrepsisse *Lanati*. Id certe edi-

primus aqua divisit horas aeque noctium ac dierum. Idque horologium sub tecto dicavit, anno Vrbis DXCV. Tamdiu populo romano indiscreta lux fuit. Nunc revertamur ad reliqua animalia, primum terrestria.

derat Palmarius (vid. edit. Venet. 1499, 1519); cui adhaesit Alexander Benedictus (1507, 1510). Vetustiores tamen impressiones habent *Lenati* (1470, 1476, 1479, 1483, 1494, 1496) iisque satis accedunt Ambrosiani codices. In Chifletiano *Laenati* apparere testatur Dalecampius. Fuit laudatus censor, praenomine Marcus, gentilitia appellatione *Popilius*, uti etiam ex Plinio illius dignitatis tempora attingente eruitur (lib. XXXIV, c. 6.) Multa de nobilissimi cognominis origine afferunt lexicographi ad Ciceronem provocantes; sed qua ratione scribendum sit, allato Oratoris loco (in Bruto), non constat. Hanc docere videtur Velleius Paterculus, lib. I, p. 565, t. I, edit. Ebrodun. *Per idem tempus, quum Antiochus Epiphanes qui Athenis Olympicum inchoavit, dum regem Syriae Ptolemaeum puerum Alexandriae obsideret, missus ad eum legatus M. Popilius Laenas*, coniiciendum igitur quod *Laenas Laenatis*, uti *Maecenas Maecenatis* efficiat. Subtiliores grammatici, aliquam adhuc in cognominis progressione difficultatem habentes, rem fusius pertractent. Non ignoro quod etiam *Popillius* geminata littera *l* scribatur in multis Paterculi codicibus. Vetustissimum elogium a Raphaele Volaterrano allatum Plinio convenit, M. Popilius M. F. M. N. Laenus. Si plura optas, consule Glandorpium, Disquisit. tom. I, lib. V, pag. 206. Rezz.

Primus aqua. Per clepsydram stillante, inquit Dalecampius. Verum a clepsydra haud parum differre haec ὡρολόγια ὑδραυλικά, ex Vitruvio intelliges, a quo ea prolixe describuntur, lib. IX, cap. 9. H. — *Aqua.* Vide item et cf. Victorium lib. XXII, cap. 1. Dal.

Tamdiu. Vid. et cf. iterum Censorinus, de Die Natali, cap. 23. Ai.

Nunc revertamur... terrestria. Simillima haec clausula libri sequentis initio, unde interpolationis suspicio orta non absurde Rezzonico. Vid. ad lib. VIII, cap. 1, not. 1. Sed h. l. bene est. Ai.

EXCVRSVS I

Ad ea Plinii verba, cap. 1:

Hominem tantum nudum et in nuda humo, etc.

Quis est autem tam miser, tam neglectus, quis tam duro fato, et in poenam genitus, ut non tantam deorum munificentiam senserit? Ipsos illos complorantes sortem suam, et querulos circumspice. Invenies non ex toto beneficiorum caelestium expertes: neminem esse, ad quem non aliquid ex illo benignissimo fonte manaverit. Parum est autem id, quod nascentibus ex aequo distribuitur? Vt quae sequuntur, inaequali dispensata mensura, transeamus, parum dedit natura, quum se dedit?

Non dat Deus beneficia! Vnde ergo ista quae possides? quae das? quae negas? quae servas? quae rapis? unde haec innumerabilia, oculos, aures, animum mulcentia? unde illa luxuriam quoque instruens copia? Neque enim necessitatibus tantummodo nostris provisum est: usque in delicias amamur. Tot arbusta, non uno modo frugifera, tot herbae salutares, tot varietates ciborum per totum annum digestae, ut inerti quoque fortuita terrae alimenta praeberent! Iam animalia omnis generis, alia in sicco solidoque, alia in humido innascentia, alia per sublime dimissa: ut omnis rerum naturae pars tributum aliquod nobis conferret! Flumina haec amoenissimis flexibus campos cingentia, illa praebitura commerciis viam, vasto et navigabili cursu vadentia, ex quibus quaedam statis diebus mirabile incrementum trahunt, ut arida et ferventi subiecta caelo loca subita vis aestivi torrentis irriget! Quid medicatorum torrentium venae! quid in ipsis littoribus aquarum calentium exundatio?

.....Te Lari maxime, teque
Fluctibus, et fremitu assurgens Benace marino?

Si pauca quis tibi donasset iugera, accepisse te diceres beneficium: immensa terrarum late patentium spatia negas esse beneficium? Si pecuniam tibi aliquis donaverit, et arcam tuam, quoniam id tibi magnum videtur, impleverit, beneficium vocabis: tot metalla defodit, tot flumina emisit terra, super quae decurrunt sola aurum vehentia; argenti, aeris, ferri immane pondus omnibus locis obrutum, cuius investigandi tibi facultatem dedit, ac latentium divitiarum in summa terra signa disposuit; negas te accepisse beneficium! Si domus tibi donetur, in qua marmoris aliquid resplendeat, et tectum nitidius, auro aut coloribus sparsum, num mediocre munus vocabis? ingens tibi domicilium, sine ullo incendii aut ruinae metu struxit, in quo vides non tenues crustas, et ipsa qua secantur lamina graciliores, sed

integras lapidis pretiosissimi moles, sed totas variae distinctaeque materiae, cuius tu parvula frusta miraris, tectum vero aliter nocte, aliter interdiu fulgens; negas te ullum munus accepisse! Et quum ista quae habes magno aestimes, quod est ingrati hominis, nulli debere te iudicas! Vnde tibi istum, quem trahis, spiritum? unde istam, per quam actus vitae tuae disponis atque ordinas, lucem? unde sanguinem, cuius cursu vitalis continetur calor? unde ista palatum tuum saporibus exquisitis ultra satietatem lacessentia? unde haec irritamenta iam lassae voluptatis? unde ista quies in qua putrescis ac marces? Nonne, si gratus es, dices,

> ..... Deus nobis haec otia fecit:
> Namque erit ille mihi semper Deus, illius aram
> Saepe tener nostris ab ovilibus imbuet agnus.
> Ille meas errare boves, ut cernis, et ipsum
> Ludere quae vellem calamo permisit agresti.

Ille est Deus, non qui paucas boves, sed qui per totum orbem armenta dimisit, qui gregibus ubique passim vagantibus pabulum praestat, qui pascua hibernis aestiva substituit, qui non calamo tantum cantare, et agreste atque inconditum carmen ad aliquam tamen oblectationem modulari docuit, sed tot artes, tot vocum varietates, tot sonos, alios spiritu nostro, alios externo, cantus edituros, commentus est. Neque enim nostra ista, quae invenimus, dixeris: non magis, quam quod crescimus, quam quod ad constitutum tempus sua corpori officia respondent. Nunc puerilium dentium lapsus, nunc ad surgentem iam aetatem, et in robustiorem gradum transeuntem pubertas, et ultimus ille Deus surgenti iuventae terminum ponens. Iusita sunt nobis omnium aetatum, omniumque artium semina, magisterque ex occulto Deus producit ingenia.

Ita Plinium, antequam ipse scriberet, confutabat, in libro de Beneficiis quarto, cap. 4, 5, 6, L. Annaeus Seneca phil.

EXCVRSVS II

DE CORNELIO TACITO BELGICAE GALLIAE PROCVRATORE,

AN HVIC CVM CORNELIO TACITO HISTORICO VT HOMONYMIA,
SIC ET ΤΑΥΤΟΤΗΣ COMPETAT.

Ad ea Plinii verba, cap. 17:

Ipsi nos pridem vidimus eadem ferme omnia, praeter pubertatem, in filio Cornelii Taciti, equitis romani, Belgicae Galliae rationes procurantis.

Quum ex hoc Plinii nostri loco delapsa opinio et libros non paucos et mentes permultas invaserit, Tacitum historicum in Belgio fuisse rationatorem, et nos in edendo Oberliniano Tacito, Annalibus vitam auctoris a Lipsio concinnatam praefixerimus, ne uno quidem verbo lectorem iubentes non temere fidem adhibere, non utile tantum, sed necessarium omnino esse putamus Secundi verbis immorari, et, his cum historia et ipso Tacito collatis, dispicere an vere de Annalium et Germaniae auctore, de Agricolae genero, Noster hoc loco egerit.

Porro nil obstat quin ipso etiam initio sententiam nostram aperiamus, quae ita se habet, de scriptore Rerum romanarum florentissimo hic directe non agi, sed de illius patre et fratre. Quarum tamen decisionum non eadem ratio etiam nobis videtur; siquidem priori certitudinem inesse remur, posteriori vero nil nisi probabilitatem.

PARS PRIOR.

De C. Cornelio Tacito, Rerum romanarum scriptore, in Plinio non agi.

Lipsianae originis est ille de C. Cornelio Tacito historico apud Plinium nominato error tritus quidem et vulgaris ob magni nominis auctoritatem. Nam Lipsius, quum commentarium conscribere ad celeberrimum Flavianorum temporum scriptorem vellet, ipsius vitam, in limine collocandam, nimis celeriter, et, ut aiunt, αὐτοσχεδιαστί, exaravit. Quod vel ex hoc cla-

rissime patet, quod sibi ipse contradicat fluctuetque, ita falsa veris, vera falsis intexens, ut hunc appareat, si non semper mendacem, certe multoties inter mendacia versari. Vnde pleraque, non operosissime hercules, apud sagacissimum Bayle, de quo acute poëta recentior:

Bayle, savant modeste et raisonneur caustique,
Tenait loin de Paris sa balance sceptique.

Chénier, Epître à Voltaire.

confutata et deleta sunt, in commendatiss. *Dictionn. critique*, ad voc. *Tacite* (tom. III, pag. 669, 670, ed. Rotterd. 1745), not. H. Invenerat tamen praesidium et tutelam sub nominis Lipsiani umbra pessima sententia; atqoe hinc de Tacito praeiudicata opinio ferme sine contradictore convaluit pervagataque est. Hinc Bodinus, in *Méthod. Hist.* «Floruit dintissime in militari urbanaque disciplina, et proconsul Germaniam inferiorem obtinuit, quo tempore Germanorum mores, instituta, ritus tanta diligentia perscripsit, ut uni Tacito suam antiquitatem Germani acceptam ferant.» In hanc sententiam quoque Vossius; in hanc quoque, immo in ipsa verba Balthazar Bonifacius, de scriptoribus Historiae Romanae. In hanc demum Pichon, qui in epistola dicatoria sui Taciti *in Vsum*: «Hoc autem, ait Serenissimo Principi, oportet esse tibi Tacitum acceptiorem, quod olim in Gallia tua, et quidem Belgica, quae maxime rectoris impatiens, obtinuit imperium, et quod hic forsitan ea ipsa meditatus est et usu didicit, quae scriptis mandaret ac posteris relinqueret.»

Sed quid praeter Lipsii decretum mirabili huic fere omnium doctorum consensui originis aut causae demum fuit? Nihil quidem, praeter Plinii verba, quae nos hic sollicitos tenent, et hunc Taciti locum: «Dignitatem nostram a Vespasiano inchoatam, a Tito auctam, a Domitiano longius provectam, etc. equidem non negaverim.» Quid inde ut Lipsius dicat: «Propius a vero abest ipsum primum ius imaginis et honores in familiam non nimis illustrem intulisse. Initium dignitatis illi sub Vespasiano fuit a quo, Plinio auctore, procurator datus Galliae Belgicae, rationes principis administravit, quae dignitas equestri ordini diu peculiaris fuit.» Ipse quidem mox se confutat; nam mox: «Quomodo? quianc procurator sub illo Belgicae? E Plinio id suspicere; sed suspicere tantum, immo verius id ceperis de huius patre. Intellige ergo dignitatem eius inchoatam a Vespasiano, quod ab eo laticlavius factus et relatus in ordinem primum.»

Suae igitur ipse confutator sententiae Lipsius; et tamen ad priorem decisionem exinde revolvitur, quam plurimi receperunt.

Nos falsitatem doctissimi commentatoris non suspicamur duntaxat, sed omnibus demonstratum et approbatum iri speramus. Tacito, ait Plinius, filius fuit sexennis; ergo hoc tempore Tacitus iam uxorem duxerat. Sed Agricolae filiam vel tyrunculi in gymnasiis nostris norunt Tacito nupsisse; atqui haec eo anno desponsa quo pater ex Aquitania provincia ad spem consulatus Romam avocatus est, ac collocata post patris consulatum. Ipse Cornelius in vita Agricol. cap. IX: «Consul egregiae tum spei filiam iuveni mihi

despondit, ac post consulatum collocavit. s Agricolam vero constat anno post Christ. nat. 76, cum Flavio Domitiano V consulatum gessisse. Ergo anno 77 nupsit Iulia Agricolae. Plinius vero biennio post hoc matrimonium diem supremum obiit: quare Taciti filium sexennem huic aliquando visum esse res perabsurda est.

Forsan obiicies non eas Taciti primas nuptias fuisse; quod eo probabilius videbitur, quod imperatoriis temporibus frequentissima divortia erant. Sed hoc argutiae in irrito esse perfacillime iudicabis, si attente supra laudatam phrasim perlegeris, ubi ait *iuveni mihi*. Num sic de se homo, uxore iam ducta et ablegata, loqueretur?

Aliud potest his argumentis subiici, nempe procuratores fisci nusquam in historia occurrere, qui postea rem publicam capessiverint, accesseruntque ad curules magistratus. Non id quidem ignobile, sed nec nobile existimatum Romae fuit, sive fisci, sive aerarii rationibus praeesse, nisi quaestor in provinciam consulem, proconsulem aut praetorem comitatus esses. Equestris illa nobilitas fuit, praebuitque creberrime viris non divitibus comparandarum opum occasionem; opes vero iter sternunt ad dignitates, at dignitatem minime conciliant. Ita saepe evenit ut pater divitias apisceretur; paternarum vero divitiarum auxilio nixus filius dignitates assequeretur. Id de Agricolae familia satis perspicue innuit Cornelius in vita, cap. 4, ubi haec expresse: » Cn. Iulius Agricola, vetere et illustri Forojuliensium colonia ortus, utrumque avum procuratorem Caesarum habuit; quae equestris nobilitas est: pater Iulius Graecinus, senatorii ordinis studio eloquentiae sapientiaeque notus. « Id de ipsius Taciti gente probabile est, ut infra explanabitur. Neque hac etiam nostra aetate res admodum dissimiles eunt. Nonne quotidie homines novos adspicis, sive ingenii, eloquentiae, scientiarumque et artium laude praeclaros, sive mercimonio multiplici, et, quod aiunt, industria iter sibi ad divitias consternentes; quas ubi haeredes tenent, mercimonia et scientiis, ingenio et industriae aeternum vale dicunt, et ad praefecturas, legationes, legum ferendarum curam, etc. animum conferunt.

Hinc vides praeterea non legitime ab Harduino exterminatam pristinam scripturam, ut reponeretur pro *nos pridem* res contraria *non pridem*. Nam etsi *non pridem* genuina lectio existimaretur, Plinius tamen mendax foret; nullo modo enim puerum vidit sexennem, quem constat biennio ante ipsius mortem natum. Tum nulla est satis valida auctoritas, ut editorum librorum consensui adverseris. Mutatio eo tantum consilio facta est, ut de Tacito narrata res videretur; neque per se iustis rerum aestimationibus constat, neque quidquam suppetiarum Lipsio affert.

PARS POSTERIOR.

Eum de quo agit Plinius procuratorem in Belgio patrem Taciti fuisse.

Id quidem iamdudum ipse Iustus suspicabatur, ut e supra allegatis perspectum est. Ad id videbatur facere inscriptio vetus, quam a Reinesio olim praelatam, commentario suo interpolatam voluit Harduinus. Hanc vero laudantibus creditur Taciti pater, non semel duntaxat rationator fuisse, sed bis ad minimum, et praeterea *Veri* cognomen prae se tulisse.

Eos equidem existimo triplici errore implicitos: 1.° Quod quidem nunquam cum Cornelii historici nomine cognomen hoc Veri iunctum occurrit, sive in ipsius codicibus, quos vetustas non abolevit, sive in laudatoriis Veterum iudiciis, testimoniis, encomiis. 2.° Vbi in romanis nominibus duo cognomina, nisi has apud gentes quae quum numerosissimae essent in multiplices ramos dividebantur? Ex iis, fortean dices, Cornelii; et in hoc exsultabis, Cornelios Lentulos, Cornelios Scipiones, Cornelios Cethegos, Cornelios Sylias exhibendo, quorum multis duplex cognomen, Scipio Nasica, Scipio Asiaticus, Lentulus Crus, Lentulus Sura, etc. Sed memento Cornelios fuisse alios patricios, alios plebeios; quorum priores diligentissime id curaverunt, ut nominibus, praenominibus, cognominibus sua distingueretur nobilitas: posterioribus vero nulla in hoc cura; plebeius vero noster historicus, neque ille credendus est nobilitatem sibi longissima inanium cognominum ambage, ut Romae optimates, ut in Hispania nova Magnates, conciliavisse. 3.° Rationatores non existimabantur publici muneris participes; tum quia vectigalia redempturarum more et modo exercebant, tum quia pecuniam colligere sordidum videbatur, nisi armis, nisi vi et sanguine colligeres. Quid si reputaveris imperatoris rationes, non reipublicae, ab hoc Tacito procurari? Vt enim ab aerario fiscus, a republica civis unus, ita a publicano qui imperii vectigalia colligit, ille distat qui principis gazam servat.

Sed haec acriter vellicanti mihi vix iam dubium videtur Plinianum Cornelium celeberrimi historici patrem fuisse; at nec argumentorum idem genus, idem ordo erit.

Id principio videtur statuendum, nunquam Romae adolescentulum de quo triste prodigium a Secundo narratur, versari potuisse. Nam pater in Belgio commorabatur; quumque hic divitias, potestatem, et beatissimum apparatum sibi posset circumdare, probabile est in Belgica quoque provincia, immo eadem in urbe, coniugem, familiam, propinquos, et si quid praeterea liberorum suppeteret, domicilium habuisse. Num puer solus Romam ablegatus est? Qua de causa? Vt ostentaretur? sed hoc egeni parentes forte fecissent; dives pater, ditissima genitrix moerebant et occultabant, nisi quis devinctior adesset. Vt sanaretur? Sed nec spes esse debuit sanationis, neque Noster id praetermisisset; immo dixisset non sibi soli, sed omni Romae, sed optimis medicis rem visam et notam. Hoc admisso, necesse est infantem a Plinio in ipsa Gallia visum. Sed hoc quis miretur? quis nescit Nostrum alae praefuisse in Germania, Germaniam vero non raro appellatam Belgii

partem septemtrionalem orientalemque, ita ut duo Germaniae vulgo distinguerentur, haec nempe citra Rhenum, illa ultra Rhenum sita? Ex hac autem in illam commigrare perfacillimum fuit, et re vera quotannis fiebat, eo saltem tempore quo hiberna castra repeterentur. Porro Nostrum, quem a teneris constat naturalium rerum studio vacare solitum, iure tuo credideris tunc materiam operis magni comparavisse, atque his auditis quae de procuratoris filio passim et fabulis mixta ferebantur, patrem adivisse, qui honestissimo et gravissimo iuveni nec domo sua interdixit, nec usti adspectu. Obiterque, antequam id argumenti relinquitur, moneamus ex hoc invicto probari antiquam scripturam *nos pridem*. Nam Plinius, qui opus suum sine fine perpolivit, donec fato fungeretur, ai infantem in Belgica vidit, viderat *pridem*; sin *non pridem* vidisset, Romae vidit, quod fieri minime potuisse supra probatum est.

2.° Taciti cum Plinio Iuniore amicitiam omnes norunt, tum ex ipsius Plinii epistolis, tum e fama quae nunquam de claris viris silet. Nemini tamen venit in mentem, ne in eruditissima quidem talium que indagationum amantissima Germania, in amicitiae his temporibus rarissimae causam inquirere. Ubi enim Plinio occurrit Tacitus? Num in foro, quod ambo frequentaverunt? sed hic iam eloquentia celeberrimus, quum famae nomen nondum prior inseruisset. Unde igitur inter iuvenem et virum mira caritas? Ego hoc crediderim, quindecim fere annos ante Plinium Epistolographum natum Tacitum, prius amicum exstitisse huic quam forense curriculum uterque invaderet, mox illi patronum fuisse exemplo simul et optimis disciplinis perutilem. Sed Ipse, meo iudicio, Cornelius patronum prius in Polygrapho invenerat, et priori Plinio tantum debuit quantum ipsi posterior. Talis autem patrocinii suscipiendi occasio forsan fuit peregrinatio in Galliam Belgicam et apud Caesareum procuratorem commoratio. Hic dum alterum e liberis pater ostendit physics praecocitate mox absumendum, alterum iactat ingenio non minus praecocem, et reipublicae capessendae olim, si patronum invenerit, parem. Potuitque Noster adolescentulum Tacitum mirari, et postea secum Romam abducere, ut litteris traderetur, et scholis iam egressum auctoritatis suae firmamento ad altiora promovere. Interim in avunculi domo epistolarum scriptor educabatur; nec mirum fuit hospitio et contubernio iam propinquos, amicitiae vinculis quam arctissime in dies illigari.

3.° Bellum gallicum a Civili, Tutore, Sabino, Classico in Gallia Belgica Incoeptum forsan notasti a Tacito copiosissime et exactissime narrari. Num temere is proloquetur qui hos locos, illa bella huic singulariter nota dicet? Num temere is qui suspicabitur Flavianis eximie favisse Cornelii patrem? Nempe, post imperatoris Neronis mortem, multa bella undequaque exarserant, dum Nymphidius, Capito, Macer, Galba, Otho, Vitellius, Vespasianus pro summa potestate depraeliantur. Hanc Batavi recuperandae libertatis optimam occasionem rati, contra Romanos armati exeunt; nec multum abfuit quin Galliae omnes desciscerent, et clamante Civili: « Nunquam magis adflictam rem romanam; nec aliud in hibernis quam praedam et senes; attollerent tantum oculos et inanis legionum nomina ne pavescarent; consanguineos Germanos, Gallias idem cupientes; ne Romanis quidem ingratum id bellum, cuius ambiguam fortunam Vespasiano imputaturos: victoriae rationem non reddi; » (sic Tacitus, Hist. lib. III, cap. 14) romana compages

quadringentis annis prius solveretur quam hanc solutum iri fata destinaverant. Caeterum quo modo Vitellii victor Vespasianus, imperium mox omne sub leges redegerit, Civilisque arma, iam triumphantis, iam Galliam persultantis, Cerealis industria coërcuerit, nec incoepti nostri est narrare, et satis notum est. Sed hoc in tumultu possumus coniectare aliquid magnum a procuratore ditissimo aut datum, aut dictum, aut factum; id vero etsi non Vespasiani gratia, sed Romanorum dedisset, egisset, post victoriam Flavianarum partium caritati imputatum; unde filio Romae degenti favor et quaedam facilitas ad magistratus reipublicae honestissimos accedendi.

Ajasson de Grandsagne.

EXCVRSVS III

DE ANTIQVORVM ΗΜΕΡΟΔΡΟΜΟΙΣ ET CAETERIS CVRSORIBVS

Ad ea Plinii verba, cap 20:

Cucurrisse MCXL stadia ab Athenis Lacedaemonem, etc.

Pernicitas quidem istorum mira est et digna de qua referatur; non haec tamen quam, velut supra omnem fidem sitam, in dubium revoces. Atque, ut de exemplis sileam quae aut parum auctoritatis per se habere viderentur, aut temporum locorumve intervallis dissita sunt nimiis, ut Peruvianorum, etc. nulla non die in Anglia homines spectantur qui paucis horis spatium superant vix triplici tempore aliis percurrendum; et nobis in Lutetia nostra, anno proxime elapso, visus est saepe saepius celeberrimus velocipes Rummel. Ille, coram confluente turba, Campum Martium ter circumivit horae septunce, unciaque dimidia (vulgo 38 *minutes*); aequoris vero circuitus aequat 3,200 *mètres*. Sed omnes qui ante eum cursui operam dederant, antecessit longe vir quem nuper, huius nimirum anni (1827) mense iunio, die quinta decima non soli contemplati sumus in Elysiis, sic vocant Nostrates. Campis nempe ab urbis porta quam vocamus *de l'Étoile* ad Regiae cui nomen gallice est *les Tuileries* (graece esset κεραμικά), numerantur metrorum neotericorum duo millia, quod antiquarum leucarum dimidiam partem aequat. Porro hic de quo iam sermo est palmarius cursor, Ernest, sese promiserat unius horae et quadrantis spatio (75 *minutes*), quinquies a porta Stellata ad Regiam iturum, quinquies a Regia ad portam reversurum; quod idem erat ac sese promittere perficiendis tam brevi temporis intervallo quinque leucis parem. Multi, ut fit, confluxerunt, videndi, narrandi, irridendi studio; nam neque omnes pollicenti fidem adhibere statim voluerant. Et inter quosdam sponsiones factae an victor, an victus ille egressurus stadio videretur. Plures nobilissimis equis circumvolitavere, aemulaturi, et pernicitate, si possent, virum praestaturi. At ille tranquillus, atque, ut apparuit, sine sudore, sine fatigatione aut conatu ullo, quasi oblectamenti causa obambularet, iter longum confecit ut praenuntiaverat, nisi quod breviore etiam quam promiserat tempore viam absolvit. Qui vero equites circumvagabantur, hi incedentem primo cursu aliquantulum superaverant, mox pares iverant, tum eminus cominus secuti sunt, at denuo, deficientibus iamiamque collapsuris equis, conquievere. Magis tamen mirere forsan quod Ernesto Lutetiam venienti evenit. Ille, ut primum urbem ingressus est, de more praefecturam adiit, id scilicet petiturus, ut commorari liceret, quod dicimus *permis de séjour*. Diplomate autem exhibito, quod ut libere et secure iter facias traditur (*le passe-port*), mirari scribis, suspicari improbum virum, scisciteri quo id tandem modo evenisset ut uno, aut circiter die plus quam centum

leucas ille uno quasi saltu transvolasset: nullam quippe esse rhedam publicam, *celeriferum*, *hirundinem*, *fulgur*, aut si quid praeterea vehiculi paradoxonymi inveoiretur, quo tam celeriter spatia vegrandia absolverentur; falsum igitur diploma, scelestumque hominem carceri mandandum. Ille in hoc nil miraculi contendere; suum et verum, et hesternum esse diploma; caeterum non rheda se usum, ut veniret. — Num igitur aëria cymbula Mongolferii? — Neque hac, sed pedibus. — Tum aperit quis ipse sit, et quid sibi studii, quid industriae, quid velocitatis; se Lutetiam Parisiorum eam praecipue ob causam devenisse, ut, quid pedibus valeret, ostenderet; et omnes, quotquot hic adessent, hoc a se rogatos, ut notarent qua hora praefecturam adiisset, qua urbem in diplomate denotatam reliquisset, et quantulo iter suum vegrande tempore perlegisset.

Visum a nobis, vel auditum a scribis praefecturae, latinitate donabamus, 4 id. iul.

Lvd. Liskenne et Ajasson de Grandsagne.

EXCVRSVS IV

DE AVDITO OLYMPIAE STREPITV PRAELII, QVOD AD SYBARIM GESTVM EST.

Ad ea Plinii verba, cap. 22:

Praelium quo Sybaris deleta est eodem die quo gestum erat.

Es Harduini nota perspicis, nec Plutarcho, nec Tullio rem eam visam, de qua merito possint dubitare; nec credulitatis sibi palmam auferri sinit Noster, quippe cui satis, ut legentes praemoneat, dicere auditus unum esemplum esse mirabile. Ipse Plinii Annotator, aut credidit nimis facile, quod Physices rudem arguit, aut seduli commentatoris officio minus diligenter functus est. Nos putamus, sive credendum, sive non credendum libuerit, necesse tamen aliquid copiosius dici de φαινομένου, sic aiunt, possibilitate.

De sono quidem, omnium experientia iam constat posse quosdam aut fragores, aut strepitus leves procul audiri, praecipue si ventus afflaverit, aut artificis manu apte parati sint loci, quos pervagaturus est sonus.

In tubis, verbi gratia, cylindricis optime vox etiam levissima auditur, quia nempe non spargitur. Audiamus de hoc dicentem J.-B. Biot, Physices profess. publ. in Facultate Scientiarum Academ. Paris. in classico opere *Traité de physique expérimentale et mathématique*, Tom. II init.

« Si la masse d'air dans laquelle le mouvement se propage était cylindrique, on ne voit pas que la force du son dût s'affaiblir avec la distance, si ce n'est peut-être par le frottement de l'air contra les parois du tuyaux. C'est aussi ce que j'ai éprouvé par espérience dans les tuyaux des aquéducs de Paris sur une colonne d'air cylindrique de 951 mètres de longueur. La vois la plus basse était entendue à cette distance, de manière à distinguer parfaitement les paroles, et à établir une conversation suivie. Je voulus déterminer le ton auquel la voix cessait d'être sensible : je na pus y parvenir. Les mots dits aussi bas que quand on parle à l'oreille étaient reçus et appréciés; de sorte que pour ne pas s'entendre, il n'y aurait eu absolument qu'un moyen, celui de ne pas parler du tout. »

Quum vero neutiquam sit possibile tubos habere cylindricos tali magnitudine, conorum usu similes effectus physici creaverunt. Hinc duo in physicis gazophylaciis notissima instrumenta, quibus nomen *porte-voix* et *cornet acoustique*. Quae quidem describere supervacuum foret. Satis erit, si hoc notaverimus, masimum esse commodum in priore ad emittendos et transportandos sonos, in posteriore vero ad accipiendos. Ille modus longe transmittendae vocis non sine ingenio fuit apud Veteres cubiculum id perfidum et crudele quod appellavere *aurem Dionysii*. Ibi enim in unum eumdam-

que locum confluebant fistulae e multis locis summa arte perductae, ita ut quidquid in carceribus aut palatii certis conclavibus dicebatur, facillime perceptum tyrannus audiret.

Vasa quae in Theatris Veterum collocari mos erat, ut sonus triplex, quadruplexque resultaret, non ea eadem θεωρίᾳ inventa dispositaque sunt. In his aër perculsus commovebatur, ita ut sonus sonum gigneret augeretque.

Praeterea, omni artificio remoto, certum est sonum posse maximis intervallis exaudiri. Sic, verbi gratia, quo tempore, 1793, Lugdunum infelia obsidione tenebatur, tormentorum bellicorum fragor Matiscone audiebatur: quae urbs a Lugduno undecim leucis distat; sic et quum Galliam nostram foederati hostes invaserunt, Parisiis audiebamus pugnae sonum, quae circa Fontem Bellaqueum gerebatur. Experientia est in Commentariis Academiae Regalis Scientiarum vulgata anno 1738, et naturalium rerum studiosis notissima, qua nempe soni velocitas aestimata est. Ad hanc scilicet aestimationem necesse est speculam eligi, unde possit adspici flamma quae sonum comitatur; sed haec specula a loco quem flamma primum illuminat distare debet. Caeterum audiamus florentissimum auctorem de phaenomeno disserentem:

« Il (iste labor) est entièrement fondé sur ce principe que quand une lumière et un son partent en même temps, comme d'une arme à feu, la lumière arrive beaucoup plus tôt à l'oeil que le son à l'oreille, et même qu'à cause de la prodigieuse et presque incroyable vitesse de la lumière, on peut compter qu'elle arrive à l'oeil dans l'instant précisément qu'elle part, au lieu que le son n'arrive à l'oreille que dans un temps fini et sensible. C'est ce temps qu'il faut mesurer exactement, aussi bien que la distance du lieu d'où partent la lumière et le son, au lieu où est l'observateur. »

His praemissis, Academiae legati loca delegerunt circiter novem leucis inter se distantia, pagum nempe cui nomen *Montmartre* et oppidulum *Montlhéry*: huc facila sonus perveniebat modici tormenti quod ex illo Parisino pago tonabat.

Sed ea omnibus istis, quae singula candidissime fassi sumus, non sequitur posse sonum, etiam vehementissimum, a Sybari ad Olympiam usque pervenire; praecipue si cogitemus nulla tunc tormenta fuisse quorum fragor, certe lanceârum, ensium, clypeorum et procumbentium domorum et clamantium virorum strepitus longe exsuperat.

Sybaris, quae urbs posthac Thurium audivit, in Italia ad Tarentinum sinum aedificata, occupavit latitudinis gradum 39.° 41', longitudinis vero 44.° 9'; at Olympia in Elide latitudinis 36.° 38', longitudinis 49.° 23'. Hinc patet plus quam centum et viginti leucas inter has urbes fuisse.

In *Acustica* docemur soni intensitatem aestimari sumpta ratione distantiae, seu quadratae. Exempli gratia, si quem sonum intervallo quolibet exauditum repraesentaveris per unitatem, ubi duplex evaserit distantia, quater demissior sonus videbitur, ita ut eadem intensitas esse non possit, nisi quadruplex ille primo fuerit. Item, triplici intervallo, sonus est 1/9; quadruplici 1/16, et quincuplici 1/25, etc.

Hinc revolvamur ad Plinianum exemplum. Via audimus praelii fragorem duodecim leucis detonantem. Nunc pro duodecim rescribamus 120, decies

maius illud intervallum erit; centies ergo minor soni intensitas. At centies minor sonus nulli audietur; necesse est ergo sonum praelii in Italia, hodiernorum certaminum fragore centies vastiorem fuisse. Sed hoc quis sibi persuadebit?

Id unum iam posset obiici; inter binas urbes iacere montes, convalles, locorum angustias, quae, tuborum cylindricorum non ita absimiles, debuerunt effectus pares gignere. Sed memento distantiae partem maiorem nihil aliud esse quam Ionium mare, raris insulis sparsum, et quae sono obessent potius quàm faverent. Ergo Plinio in hoc abiudicanda omnino est fides.

Ajasson de Grandsagne.

EXCVRSVS V

QVIBVSNAM REX PONTI MITHRIDATES ΕΥΠΑΤΩΡ, SINE INTERPRETE, LINGVIS VSVS, ET GENTES SVBACTAS AFFATVS.

Ad ea Plinii verba, cap. 24,

Mithridate duarum et viginti gentium rex, totidem linguis iura dixit, pro concione singulas sine interprete affatus.

Quam provinciam, de Mithridaticis linguis quaesituri, in nos hodie recipimus, *δυσεξερεύνητον* sane atque ita arduam, ut non pauci forte existimaturi sint non satis nobis pensitatum

..... quid ferre recusent,
Quid valeant humeri.....,

huius quidem assumendae causa nobis talis fuit. Cum viro colloquebamur ingenii acutissimi et celerrimi, sed ineruditis aliquantulum favente, et quidquid *scibile* est quadamtenus respuente, ut elegantiae studiosiori minus conveniens. Hic fabulis appendere quidquid de Ponti rege, de illo Syllae, Luculli, Magni hoste, de herbarum et venenorum indagatore peritissimo apud Classicos et eum Classicis circumfertur; in primis quae de viginti et duabus linguis vulgo crepant. Ego sciscitari utrum vellet scepticus simul et scoptieus *ἀνὴρ* in dubium vocare, illud uni homini concessum, ut *εἰκοσάγλωττος*, *εἰκοσίφωνος* iura gentibus plus quam viginti sine interprete redderet, an in Mithridatico imperio totidem populos exstitisse pernegare. Ille primo haesitare, nescire, mox, linguarum vicenarum notitiam posse uni contigisse inficias ire. Hic *ἀνταγωνιστὴν* vincere, pervincere, *ἀγὼν* perfacilis fuit, citanti e maioribus Iob. Ludolf, non Ambaricae solum, sed viginti et quatuor praeterea idiomatum compotem; Ambrosium dom. Calepio, cui vulgo nomen Calepinus; Comenium de Iuventute optime meritum cui suam *Ianuam* linguarum dedit, dic. dedic.; I. I. Scaligerum, qui sese profitebatur e Batavorum finibus posse ad Sinas usque, amoto interprete, pervadere; item Schutz, et inter viatores commendatissimum Pallas, a quo iussit Catharina II imperii sui linguas recenseri; Paulum Ernestum Iablonski, de quo nos infra: et Iankiewiscz qui Pallanteum vocabularium retraetavit; et Italiae decus Hervas; et scientiae principes Adelung et Vater; et nunc Celeb. atque Doctiss. in Italia Mezzofanti, qui quadraginta et quinque linguas iam edoctus, novas quotidie addiscit; in Germania Schmidt Finnensem cui, ut aiunt, Europaea fama merito contigit; et Guil. von Humboldt, regis Borussiae consiliarium aulicum; et in Francia illius fratrem Alex. de Humboldt, cui et celeberrimis viatoribus Marco Polo et Christ. Colomb saecula a vix quartum invenient parem; " et nostratem modestia non minus quam avito ingenio et sagacitate exquisita commendatum Sylvestre de Sacy. Amicus subinde quaestionem de

caeteris movere, an vicenis populis Mithridates imperavisset rogitare, Ponti etiam Eupatorii magnitudinem elevare, coarctare, Asiae Minoris angulum hunc fuisse, nec Colchidem ultra Phasin patuisse; caeterum neque in tota Asia Minore et conterminis regionibus eo linguarum diversitatem devenisse, ut tot ibi linguae discernerentur, ni pro linguis dialectus quaslibet, atque, ut nunc appellamus, *jargon*, *patois*, sumeretur.

Nos ad haec, ut ut generaliter iacta et effusa erant, multa: quorum ea summa fuit:

1.° Neque semper ab his quae in patria, aut apud finitimos esse scimus, bene iudicari quid negotii apud exteras gentes geratur, neque immo illa semper probe nosci, quae ad manum et quasi pro oculis sunt. Quem, exempli gratia, e sciolis his elegantulis, qui suo ipsorum iudicio nihil non callent, suspicari in Francia hac nostra, saeculo hoc undevicesimo, quinque linguas, διαλέξεσι nequaquam appendendas, apud plebem usitatas? Atqui rem vix probatione egere. Et primo quidem de Francica aut Franco-Gallica vulgata nihil necesse dicere; quippe qua per totam Franciam uti solent, tum Academiae, et scientiarum litterarumque studiosiores, tum rerum publicarum ministri, et quidquid elegantium hominum est; tribules vero, artifices, mercatores, et quidquid e plebe et proletariis est, non utuntur nisi Lutetiae et hisce in praefecturis quae Insulae Gallicae, Aurelianensium et Turonensis Dioeceseos olim fuerunt. At in Alsacia (*Départemens du Haut-Rhin et du Bas-Rhin*) usitatiorem multo linguam esse Germanicae dialexin, quae, ut prave corruptus et a Saxonica puritate longe distans sermo, ita a Germania ipsis possit intelligi et Teutonicis διαλέξεσιν ab Ethnographia non iniuria annumeretur. Quod vel ex hoc fateare necesse est, quod utraque lingua, Teuto-Alsatica nempe et Gallica, Argentorati diu scripta sint Diaria; quod certe non accidisset ni ab administrativa, ut loquuntur, et ingenua coetuum lingua sermo plebeius recessisset. Mox vero Iudaeorum quacumque, quocumque iter faciant per Gallias vernaculum idioma germanicum esse, quo quidem inter se colloquuntur, Gallos, si necessitas erit, gallice rudi at semi-barbara lingua allocuturi. Inde si Palum ingredi libuerit, (quod Novempopulaniae oppidum est) et haec praecipue loca quae circumiacent, quo quid Pyrenaeo propius est, linguam agrestium commercialiumque virorum cum ubique inveniri, quam vocant *le basque*, ab omni alia quam novimus discrepantem, et quam Gulielmus von Humboldt, diu hic commoratus perdiscendi idiomatis gratia, demonstravit e Phoenicum prisca lingua ortam. Tum in Armoricano tractu, et praesertim in his campis qui olim Curiosolitum, Osismiorum, Rhedonum, Venetorum et Corisopitum fuere, Celticam linguam personare, vel Celticae dialexin, vulgo dictam le *bas-breton*, aut ut ipsi dicunt *breyzad*. Porro id sermonis hanc praecipue ob causam fere incorruptum evasisse, quod nec romanis artibus facile pervia haec Galliarum remotissima pars fuerit, nec Marowingianae tyrannidis tempore servitium passa continuum, rebellantibus saepe adversus regulos Macliavo, Warroco atque aliis Britannorum ducibus. Et in locis bene multis hodie etiam barbariae suae συβώτας et αἰπόλους pertinaces, eo ignorantiae, superstitionis et ἀσελγείας callo obduruerunt. At, qua Occitaniae veteris videmus «locos laetos et amena vireta» Italiam et Columbiam aemulantia, efflorescere, ibi dulcissimo numerosissimoque sermone vel plebeculam uti, cui primo in Europa post dirutam romani imperii molem

elegantia et commoditas contigit. Illum olim Arelate, imperante Bosone Burgondo, inventum, diu poëtarum ingenio et iocis claruisse, et vocatum *langue d'Oc*, quem Wallonico, aliter *langue d'Oil* vel *d'Oui*, opponebant Opeçae pretium de hac audire disertissime, qui illius mos est, loquentem J. Cl. Simonde de Sismondi, *de la Littérature du midi de l'Europe*, tom. I, pag. 249 sq.

« Il y a, ce me semble, même pour ceux qui lui sont étrangers, quelque chose de profondément triste à la décadence, à la destruction d'une belle langue. Celle des troubadours, qu'on avait jugé long-temps si sonore, si harmonieuse, cette langue qui avait réveillé l'enthousiasme, l'imagination et le génie dans tous les pays de notre Europe, qui avait été entendue avec admiration, non seulement en France, en Italie et en Espagne, mais même dans les cours d'Angleterre et d'Allemagne, ne retentit plus aujourd'hui aux oreilles d'hommes dignes de l'entendre. Elle est encore le langage du peuple dans tout le midi de la France, mais partagée en dialectes divers; en sorte que le Gascon, le Provençal et le Languedocien ne croient plus parler le même langage. Elle est la base du Piémontais; elle est parlée en Espagne depuis Figuières jusqu'au royaume de Murcie; elle est aussi le langage de la Sardaigne et des Iles Baléares; mais dans ces divers pays tous les hommes qui ont reçu quelque éducation l'abandonnent pour le castillan, l'italien, le français, et ils rougissent presque de s'exprimer quelquefois comme les poëtes qui ont fait la gloire de leur patrie, et auxquels nous devons toute la gloire de la poésie moderne. »

Vt porro, quam haec a Wallonica Nostrate, item ab Italica et Hispanica lingua sit diversa, probe constet, satis esse aliquot versiculos aperto libro inventos recitare:

Sens vos tinch yo la pau per enemiga
Pouix me voleu en tot per enemich;
Sens vos prench yo aquel cruel abrich
De soledat quels desamats abriga.
. . . . . .
. . . . . .
On es lo jorn, on es lo punt y l'ora
On yo perdy los bens de libertat?
On es lo lac qu'axim me cativat?
On es lo mal per qui ma lengus plora?
On es lo ben que m'fa tant desigat?
On es l'engan de tanta conexença?
On es lo grat amor y benvolenç
Que del pus cert me fa desesperar?

Mosser de Vinyoles.

In Austriaco imperio idem adspici prodigium, quod in Francia notarimus. Ibi enim sex ad minimum linguas in usu esse, nempe Allemannicum vulgare aut Teutonicum (*Deutsch*), Italicum, Noricum (*Croate* vel *Chrobate*), Hungaricum (*Slowaque*), Boioemicum (*Czech*) et Valachicum; earum porro linguarum dialectos fere quinquaginta. Item, in Moscovia quum Europaea, tum Asiatica, triginta et septem praecipuas esse, quarum dialecti vere in-

numerabiles Adelungiorum patientiam et eruditionem superare sufficiant.

2.° Nec uno loco Plinium, nec solum, ea de Mithridate tradidisse quae hic agitentur: ipsum enim sic loqui infra lib. XXV, cap. 3: a Namque Mithridates, maximus sua aetate regum, quem debellavit Pompeius.... illum solum mortalium viginti duabus linguis locutum certum est, nec de subiectis gentibus ullum hominem per interpretem appellatum ab eo annis 56, quibus regnavit; a et Gellii illa esse, ad hoc iam facientia, verba, Noct. Attic. lib. XVII, cap. 17: a Mithridates autem, Ponti atque Bithyniae rex inclytus, qui a Cn. Pompeio bello superatus est, II et XX gentium quas sub ditione habuit linguas percalluit, earumque omnium gentium viris haud unquam per interpretem locutus est; sed ut quemque ab eo appellari usus fuit, perinde lingua, et oratione ipsius, non minus scite, quam si gentis eius esset, locutus est; a et innuit non ambigue Plutarchus, quum in Lucullo, belli Pontici tertii initium descripturus: Ἀφειλὼν γὰρ, ait, τὰ παντοδαπὰ ἔθνη καὶ πολυγλώσσους ἀπειλὰς τῶν βαρβάρων.....

Ea autem facta, si qua in iis tradendis scriptorum consensio est, non haec esse quae temere falsitatis arguantur; neque enim facile in re omnium simplicissima falli scriptores posse, ut in physicis explicandis, aut exterarum gentium miraculis conscribendis. Quin et auctorum multitudinem eo tempore exstitisse quo vigeret, quo caderet Mithridates; multis ut nos docet Strabo Geogr. lib. XI, pag. 726 (οἱ δὲ τὰ Μιθριδατικὰ συγγράψοντες, οἷς μᾶλλον προσεκτέον .....) scriptam ipsius historiam, et hos principi aequales; siquidem paulo post eum miserabiliter caesum, Strabo natus est.

3.° Non eas esse Pontici imperii angustias quas ignari putent, sed octavam fere partem Asiae Minoris a Ponto ipso occupari; dimidiam vero, ubi Ponto adiunxeris Cappadoces, Paphlagonas, Bithynos et Phrygiae vel exiguam partem, quam Mithridatici imperii fuisse, et ex historiis potest compertum fieri, et fusius infra demonstrabitur. Quum vero Asiam Minorem constet Francia maiorem esse fere tertia sui parte, Mithridati vero subactam Colchidem aliasque ad Bosporum plagas, eius imperium posse credi non absurde a Franciae hodiernae magnitudine parum recessisse; quod angulum vocari hyperbole hyperboles, etiam in iocante, est.

4.° In angusto etiam spatio posse linguarum diversitatem miram exstare, modo causae adsint; tales vero causas nequaquam raras. Quarum primae, tum barbaries, et, quod maxime contrarium est barbariae, civitatis institutio et vitae politior cultus. Nam barbaras gentes passim degere, artium et commercii expertes, victitandi gratia cum bellnis rixantes, et omne incognitum pro feris habentes, ita ut vix alienigenis misceantur. Quod nec nostrum Strabonem fefellisse, lib. undecimo sic habentem, de Albania: Νυνὶ μὲν οὖν εἰς ἁπάντων ἄρχει· πρότερον δὲ καὶ καθ' ἑκάστην γλῶτταν ἰδίᾳ ἐβασιλεύοντο ἕκαστοι· γλῶτται δ' εἰσὶν ἓξ καὶ εἴκοσι αὐτοῖς διὰ τὸ μὴ εὐεπίμικτον πρὸς ἀλλήλους.... et supra in Dioscuriadis descriptione: συνέρχεσθαι γοῦν εἰς αὐτὴν ἑβδομήκοντα, οἱ δὲ καὶ τριακόσια ἔθνη φασίν· οἷς οὐδὲν τῶν ὄντων μέλει, πάντα δὲ ἑτερόγλωττα, διὰ τὸ σποράδην καὶ ἀμίκτως οἰκεῖν ὑπὸ αὐθαδείας καὶ ἀγριότητος.... Melius sane quam Secundum, cui eadem narrata, sed praetermissa causa, lib. VI, c. 5: s Dioscurias... quondam adeo clara, ut Timosthenes in eam ccc nationes quae dissimilibus linguis uterentur, descendere prodidisset; et postea a nostris cxxx interpretibus negotia ibi gesta. s Eosdem a re ad-

modum dissimili, nempe cultu, effectus gigni: ubi enim artes, commercium, industria vitam perpoliverint ac hesverint, gentium subinde confluentium mixtionem fieri; quod in maritimis emporiis fere semper annotare est, ut Massiliae in Gallia, in Italis Ligurni, et in Heptanneso, aut, ut Neoterici dicunt, Insulis Ioniis, *Corfou*, *Zante*, etc. ubi, ne de caeteris sermonibus longior sim, possis quemlibet Italica, Anglica, Romaika (h. e. Νεο-Ἑλληνικῇ) affari; quod et olim Alexandriae factitatum, et, ut vidimus, Dioscuriade. Romae quoque id contigisse, quo omnium gentium colluvies, non commercii duntaxat causa, sed aut voluptatis, aut administrandae reipublicae cura, confluebat. Martialem, lib. Spect. epigr. III, eleganter:

Quae tam seposita est, quae gens tam barbara, Caesar,
Ex qua spectator non sit in urbe tua?
Venit ab Orpheo cultor Rhodopeius Haemo,
Venit et epoto Sarmata pastus equo;
Et qui prima bibit deprensi flumina Nili,
Et quem supremae Tethyos unda ferit.
Festinavit Arabs, festinavere Sabaei,
Et Cilices nimbis hic maduere suis.
Vox diversa sonat, populorum est vox tamen una
Qua verus patriae diceris esse pater....

Hierosolymis vero, sed huc religionis ergo, similem in modum finitimos diebus festis eucurrisse. Hinc Divum Lucam, in Act. Apostol. cap. 2, vss. 8, 9, 10, 11, quum die sacro Pentecostes mirarentur advenae et convenae linguarum omnium notitia donatos Apostolos:

Καὶ πῶς ἡμεῖς ἀκούομεν ἕκαστος τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ ἡμῶν ἐν ᾗ ἐγεννήθημεν; Πάρθοι καὶ Μῆδοι καὶ Ἐλαμῖται, καὶ οἱ κατοικοῦντες τὴν Μεσοποταμίαν, Ἰουδαίαν τε καὶ Καππαδοκίαν, Πόντον καὶ τὴν Ἀσίαν, Φρυγίαν τε καὶ Παμφυλίαν, Αἴγυπτον, καὶ τὰ μέρη τῆς Λιβύης τῆς κατὰ Κυρήνην, καὶ οἱ ἐπιδημοῦντες, Ῥωμαῖοι, Ἰουδαῖοί τε, καὶ προσήλυτοι, Κρῆτες καὶ Ἄραβες, ἀκούομεν λαλούντων αὐτῶν ταῖς ἡμετέραις γλώσσαις τὰ μεγαλεῖα τοῦ Θεοῦ.

Alias praeterea causas esse posse quarum ope plurimae in novum locum linguae conferantur, et conveniant, colonias inprimis et invasiones. Et de coloniis rem in perspicuo per se sitam; de invasione supra laudatus conferatur Simonde de Sismondi, tom. I, pag. 17 et 18: «Ainsi d'un bout du monde, etc.»

Caeterum, nulli melius quam Mithridatico imperio, quae hactenus dicta sint convenire. Eupatorem enim his regionibus potitum quas vel Hellenicae, Syriacae, Persicae, etc. coloniae attigissent, vel incultarum gentium feritas semibarbara incoleret, immo barbara, atqua ita barbarie infamata, ut mari vicino impositum nomen ἄξενος.

Iode digressi ad specialiora, non generaliter duntaxat demonstrari potuisse credidimus, Mithridatem plus quam vicenas gentes in potestatem redegisse, et plus quam vicenis idiomatibus alloqui; sed praeterea eas gentes, eas linguas sigillatim explicare, domos et mores scribere, originem quaerere, varietates et divisiones persequi.

Sed hoc primum in disquisitionem cadit, an solum eas gentes affatus sit vernaculis Mithridates, quas sub potestatem redegerat. Nonne et regulos et

dynastas qui arma consociaverant? nonne et accolas? nonne et advenas qui in ipsius imperio commorabantur? Nulla exempli gratia dubitatio est, Romanos non paucos et Armenios e Sophene, quae nunquam e Mithridaticis provinciis fuit, Pontum aut quae Ponto ipse adiecerat coluisse. Potest et illud quaeri, utrum Mithridatici imperii haec debeantur videri, quae armis aliquandiu perlustravit, an illa tantum quae per totum vitae curriculum detinuit.

Haec necesse est, antequam ultro progredi possis, solvi. Atqui de prima quaestione hoc putamus, non exacte aut Plinio aut Gellio omnem phrasin digestam. Consentiunt quidem ii, et libenter consentient nostrae aetatis κρατιστότατοι ἄνδρες, vicenis et duabus praeterea linguis locutum Mithridatem, atque iis locutum quibus utebantur sub eius ditione viventia ἔθνη. Sed, pace amborum dixerim, elegantiae affectatorem arguit, meo quidem iudicio, totius loci tenor; oratorem suspicor, qui ut in verbis nectendis fiat teres atque rotundus, res de suo arbitrio potius quam ad normam atque amussim veritatis auget, imminuit, coaptat, fingit. Gentes sibi subditas allocutus est Eupator; sed allocutus est quoque alias. Quod, ut paucis agam, multa habens quae congeram, vel ex uno argumento reor compertum fore, nempe vix iuventutem ingresso Mithridati Asiae Minoris vastitatem quadriennii spatio perambulatam. Scilicet ambitiosior iam quam solent adolescentuli, regalis puer cogitabat de occupanda Asia, et expellendis Romanis, et imperio condendo quod ultra Caucasi et Ponti angustias pertineret; nec, ut saeculo proxime elapso celebratissimus non immerito Petrus Alesiowicz, de re navali solum inquisivit, sed et regna, vires, linguas, et gentes, et gentium mores, amores, inimicitias, vota diligentissime perscrutatus est. Linguas ait. Nam quis credet virum, qui recognoscendarum gentium et ad se trahendarum adeo cupidus fuit, et linguas multas postea tam facile edidicit, non iis discendis, dum iter longum conficeret, applicuisse felicissimum ingenium? Res satis per se probabilis fiet evidentiae compos, si praeterea reputaveris, et nulla ediscendis linguis aptiora tempora, quam si popularium regio ipsa invisatur; sed et memoria iuventutem pollere facillima simul ac tenacissima; tum, caeteris vitae temporibus, sat et amplius laborum incubuisse viro, cui et septentrionalium virorum idiomata posthac curae esse debuerunt, et fere continens, ni forte inquieta pax interveniret, bellum sustinendum; denuo ὀλιγοστόν, nullo aut fere nullo comitante, peregrinatum principem. Quod ex hoc certo coniici potest, quod et hunc misere periisse totus Pontus credidit, et vere mortuum rata Laodice coniux et soror ad unius e satrapia nuptias convolavit. Nec eo audaciae devenisset, ni silentium de viro, tanquam nocte concubia, satis diu perstitisset; nec silentio tali ullus locus, si vel duos vel tres Eupator secum dedusisset. Quis enim sibi finget e tribus nullum, aut uxori, aut propinquis ita nuntiavisse, ut mox arcanum erupisset? Vbi vero unum, ad summum duo admiseris asseclas, interpretem vel hunc vel illum fuisse ἄτοπον foret.

Ista speramus satis fore ut in nostram sententiam lectores eant, qua pronuntiatur non cum subditis tantum collocutum Eupatorem.

Nunc ad illa transeramus, quae de regulis et dynastis sociis, quae de advenis, quae de accolis et convenis agitantur.

Ac de advenis primum, eos qui magnae alicuius regionis cives vel erant,

vel fuerant, ut Romani, Αθηναῖοι, liquet non commodius sua ipsorum aut linguae aut dialeseos forma usos quam principem; sed hoc minime crediderim qui ex ignobili aliqua nescio qua alienigenarum χιλιάδι (quae sibi ἔθνους nomen ὀλιγανθρωπία fastuose addidit) profecti erant, alio sermone a nostro compellatos, quam uno ex iis, (non paucis quidem ut infra patebit) qui in usu apud subditas regi gentes fuisse dicetur. De convenis et accolis, ne ulla quidem praemissa distinctione, idem, ut aiunt, a fortiori asseverabitur. Quod ad socios attinet, si excipias Tigranem, Armenium et hos qui, ineunte rege bellum cum Romanis, sese illius armis comites adiunxerant, mox caedendi, fugandi, nec a duce iterum arcessendi, omnes iure inter subditos potes numerare; non eo sensu quidem quod iubenti Mithridati servorum more parerent, sed quod tutator et dux supremus et rex inter regulos ab aulicis et suis appellitaretur, hunc, ut Armenii principem, ut Persae μέγαν βασιλέα, Regem Regum dictitantibus. De hoc liceat eximium locum exscribere e iam supra laudata *Biographie universelle*, ad vocem *Mithridate* tom. XXIX, pag. 169-171:

« Ce n'était certainement pas la crainte de déplaire aux Romains qui, ainsi que le pensent quelques auteurs, portait à agir ainsi le roi des rois. (*Tigranem Armenium*) Ce maître de tout l'Orient ne les redoutait pas: la suite le fera bien voir. Le mécontentement du roi d'Arménie venait de plus loin. Lorsque Mithridate, vainqueur des Romains et maître de l'Asie, couvrait la Grèce et la Thrace de ses armées, et que déjà en espérance il achevait la conquête de l'Italie; quand, dans l'enthousiasme de la nouveauté et de la victoire, les peuples de l'Asie lui décernaient les titres les plus pompeux (*Dionysii*, *Bacchi*, *Thei*, Σωτῆρος), il oublia que le roi d'Arménie était le suprême monarque de l'Orient. Ses défaites purent seules lui rappeler que naguère il en avait obtenu des secours. On conçoit, d'après cela, comment pendant la troisième guerre contre les Romains Tigrane n'envoyait, comme l'attestent les historiens, que de très-faibles secours à Mithridate, secours encore que celui-ci ne dut qu'aux sollicitations de sa fille Cléopâtre, mariée avec Tigrane. Si l'on admet que le roi du Pont, éconrgueilli, se soit arrogé tous ses titres réservés au rang suprême, et que même il se soit paré du nom de *roi des rois*, on ne doit plus s'étonner que Tigrane n'ait pas voulu admettre en sa présence celui qui venait chercher un asile dans ses états; il était devenu pour lui un rebelle. Que Mithridate, dans ses jours de prospérité, se soit considéré comme monarque indépendant, il n'y a pas de doute; qu'il ait usurpé le titre de *roi des rois*, les anciens ne nous en donnent point la preuve directe; mais ils nous fournissent d'autres moyens d'arriver à ce résultat. Une usurpation justifiée par la force était le seul droit de Tigrane au titre de *roi des rois*. Quand il eut été vaincu par les Romains, et dépouillé de la plus grande partie de sa puissance, le roi des Parthes secoua le joug qu'il avait été contraint de subir, et reprit le titre qui lui appartenait légitimement. Tigrane n'y renonça pas pour cela: les Romains furent bien aises de le lui laisser, pour entretenir toujours un motif de haine entre lui et le roi des Parthes; il ne le quitta que long-temps après, au temps de la défaite de Crassus. Alors il y renonça par un traité, et contracta une intime alliance avec les Parthes. Mithridate, vainqueur des Romains et maître de l'Asie Mineure, était, par rapport à Tigrane, précisé-

ment dans la même position que celui-ci à l'égard du roi des Parthes. Sa fuite et ses sollicitations pour obtenir des secours étaient la preuve suffisante de son repentir. Mithridate n'avait pas besoin de renoncer autrement à un titre que nous supposons qu'il avait usurpé. Quand Tigrane eut déclaré la guerre aux Romains, les événements se succédèrent avec tant de rapidité, qu'il fut impossible au roi du Pont de faire une renonciation plus formelle. En signant la paix avec Rome, le roi d'Arménie abandonna la cause de Mithridate, qui put dès lors se considérer comme dégagé de tout devoir envers lui, et reprendre un titre dont il n'était pas indigne, et auquel il n'avait pas solennellement renoncé par un traité. Son fils aura donc pu hériter de ce titre suprême. Or, c'est précisément ce qui arriva. Pharnace ne possédait que le Bosphore, et cependant avant d'avoir envahi l'Asie Mineure, il prenait sur ses monnaies le titre de *roi des rois*. La preuve de ce fait important existe dans tous nos cabinets numismatiques. On retrouve cette même qualification sur plusieurs monuments relatifs aux successeurs de Pharnace dans le Bosphore : il ne le prenait certainement que comme successeur de Mithridate. »

Potuisset his ad titulum Mithridaticae superbiae ab aulicis circumdatum Orientalista e quo splendidum locum mutuamur, (Saint-Martin) haec adiungere, multos duces Scytharum et regulos in Bosporum circa Eupatorem convolasse, cuius ingenium demirabantur. Et ipsi antehac quum suum pro Ariarathis filium Cappadocum solio inferret, non id consilii fuisse, ut Cappadoces liberi, aut rex novus sui iuris foret, non magis quam, quum Macharem Bosporo praefecit, hunc volebat in regno ad libitum et contra edicta patris imperare. Nostro reges praefectorum et satraparum loco habebantur. Quod et, ut cum parvis longe maiora conferamus, aetate nostra vidimus factum, quum vir ad summam potestatem astu et vi evectus, mox per Europam felici Marte grassatus, tum sub unius sui imperium cuncta lassata ac bellis vexata ventura ausus sperare, Hollandiae, Italiae, Hispaniae, atque utrique Siciliae, fratres, privignum, levirum praeficeret, non hos passurus imperatorii principatus unquam oblivisci, aut in ingentium praefecturarum rebus administrandis liberos sese reges existimare.

Vltimum id restat decernere, an haec regio imperii Mithridatici provincia censenda sit, quae eius armis subacta est. In hoc quoque distinctio inveniet locum. Quae prius non habuit, sed tenuit diutissime armis vel plus quam semel in potestatem redegit, aut potuit iure ut sua vindicare, haec eius regni esse partem contendimus. Sed quae nec diu occupata sunt, et vi duntaxat atque armis obiter missa sub iugum, haec vetamus Eupatoriis provinciis adnecti; et omnes, pediariorum τῶν πάλαι instar, in hanc sententiae formulam concessuros.

His praemissis, introspiciamus quae Asiae Minoris partes Mithridateae; quae secus.

Asiae Minoris vulgo, ni fallor, undecim partes recensentur, quae scilicet a Borea ad Notum, a Zephyro ad Eurum tendenti, eo se ordine habent : Mysia, Lydia, Caria, Bithynia, Paphlagonia, Phrygia cum Galatia, Lycia, Pamphylia cum Pisidia, Pontus, Cappadocia, Cilicia. Porro removenda est statim cum Pisidia Cilicia, quas eo vix tempore aut Mithridates, aut Romani attigerunt; Pamphyliam, Lyciam, Cariam, Lydiam, Mysiam, Eupator

victor intravit, ut Phrygiam ac Bithyniam. Quod ne in ancipiti situm putes, placet duos ex Appiani πολέμῳ Μιθριδ. locos subnectere: Παφλαγονίαν τε, καὶ Γαλατίαν, καὶ Φρυγίαν, καὶ τὴν ὅμορον τῇ Φρυγίᾳ Μυσίαν, καὶ ἐπὶ τοῖς, Λυδίαν καὶ Καρίαν καὶ Ιωνίαν καὶ ὅσα ἄλλα Ἀσίας τῆς περὶ τὸ Πέργαμόν ἐστι, καὶ τὴν ἀρχαίαν Ελλάδα καὶ Μακεδονίαν, Μιθριδάτου περισπάσαντος, ὀξέως ἀνελάβοντο..... Ο μὲν καὶ Φρυγίας τὰ λοιπὰ καὶ Μυσίαν καὶ Ασίαν ἃ Ρωμαίοις νεόκτητα ἦν, ἐπέτρεχε, καὶ ἐς τὰ περίοικα περιπέμπων, ὑπηγάγετο Λυκίαν τε καὶ Παμφυλίαν καὶ τὰ μέχρι Ιωνίας. Λαοδικεῦσι δὲ ἔτι ἀντέχουσι, κ. τ. λ. Et paulo supra: Ο δὲ ὁρμῇ τῇδε μιᾷ τὴν ἀρχὴν ὅλην τοῦ Νικομήδους ὑπολαβὼν, ἐπῄει καὶ καθίστατο τὰς πόλεις.

Ex his autem regionibus Bithyniae partem et Phrygiam regi damus, sed Phrygiam cum Galatia. Quid in causa cur has tribuamus, infra certius fiet; cur caeteras libeat removere, ὀλιγοχρονία de qua supra multi fuimus, in culpa est.

At pro imperii partibus, praeter Pontum, quae haereditaria et portio obtigit, accipimus Paphlagoniam atque eam Bithyniae partem quae est usque ad Heracleam, tum Cappadociam, et cum Galatis Phrygas.

De Paphlagonia et Bithynia testem habemus locupletissimum atque in his rebus maxime probabilem, quippe qui non solum oriundus e Ponto fuit, sed et inter avos aut cognatos gloriabatur viros numerare quos Mithridates rerum suarum aut comites, aut socios delegerat. Ille ergo, Geogr. XI: Τοῦ δὲ Πόντου καθίστατο μὲν Μιθριδάτης ὁ Εὐπάτωρ βασιλεύς· εἶχε δὲ τὴν ἀφοριζομένην τῷ Αλυϊ μέχρι Τιβαρηνῶν καὶ Αρμενίων, καὶ τὴν ἐντὸς Αλυος τὰ μέχρι Αμαστρέως καὶ τινῶν τῆς Παφλαγονίας μερῶν. Προσεκτήσατο δ' οὗτος καὶ τὴν μέχρι Ηρακλείας παραλίαν ἐπὶ τὰ δυσμικὰ μέρη, τῆς Ηρακλείδου τοῦ Πλατωνικοῦ πατρίδος· ἐπὶ δὲ τἀναντία, μέχρι Κολχίδος καὶ τῆς μικρᾶς Αρμενίας, ἃ δὴ καὶ προσέθηκε τῷ Πόντῳ. Mox: Καλεῖται δὲ τὰ ἀριστερὰ τοῦ Πόντου, Θρακικά· ἐν δεξιᾷ δὲ τὰ προσεχῆ, Χαλκηδόνια. Βιθυνῶν δ' ἔστι τὰ πρῶτα· εἶτα Μαριανδυνῶν· τινὲς δὲ καὶ Καυκώνων φασίν. εἶτα Παφλαγόνων μέχρι Αλυος· εἶτα Καππαδοκῶν τῶν πρὸς τῷ Πόντῳ, καὶ τῶν ἑξῆς μέχρι Κολχίδος. Πάντα δὲ ταῦτα καλεῖται, τὰ δεξιὰ τοῦ Εὐξείνου Πόντου. Ταύτης δὲ τῆς παραλίας ἐπῆρξεν Εὐπάτωρ, ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς Κολχίδος μέχρι Ηρακλείας· τὰ δ' ἐπέκεινα τὰ μέχρι τοῦ στόματος καὶ τῆς Χαλκηδόνος τῷ Βιθυνῶν βασιλεῖ συνένεμε.... Τῆς δὲ χώρας ταύτης διῃρημένης εἴς τε τὴν μεσόγαιαν, καὶ τὴν ἐπὶ θαλάττῃ, διατείνουσαν ἀπὸ τοῦ Αλυος μέχρι Βιθυνίας, ἑκατέραν, τὴν μὲν παραλίαν ἕως Ηρακλείας εἶχεν ὁ Εὐπάτωρ· τῆς δὲ μεσογαίας, τὴν μὲν ἐγγυτάτω ἔσχεν, ἧς τινα καὶ πέραν τοῦ Αλυος διέτεινε· καὶ μέχρι δεῦρο τοῖς Ρωμαίοις ἡ Ποντικὴ ἐπαρχία ἀφώρισται.

Cappadocas vero inter subditas nostro gentes licet numerare, 1.° quod quinquies hos subegerit, nempe quum Ariarathis VIII potestatem, contra matrem Laodicem, et regem Bithynum Nicomedem, firmat ac restituit: mox, quum hunc coram exercitu et suo et Cappodocum, vi interficit, ac filium suum octennem summae rerum praeesse vult; tum, Ariaratho IX pulso et reportato in thronum Mithridatida, dominatur ac saevit in Cappadocum cervices ac terga; dein, omissam rursus vastat ac subiicit, quo tempore exarsit bellum primum cum Romanis; nec multo post L. Licinium Muraenam, bello romano secundo per Gordium suum ducem pellit e Cappadocum finibus. 2.° Quod, pace firmata non cum Romania solum, sed cum amico et

socio Romanorum Ariobarzane, quem isti victores Cappadociae regem creaverant, sese paciscitur inter uxores filiem Ariobarzanis accepturum, quae tunc quadrima erat, et ante nuptias dotis nomine accipit a socero pertem regni. 3.° Quod eo tempore quo, bellum redintegraturus, hostes Romanis etiam in occidentali orbe quaerit aut suscitat, a Sertorio cui opem pollicetur, Cappadociam Impetravit, ann. ant. Christ. nat. 75.

Phrygiem forte quidam negaverint Mithridaticam fuisse. Sed bene, si non diu occupavit, non minus tamen quam ter aut partim aut totam domuit. App. loc. cit. Εμβαλὼν δὲ καὶ ἐς Φρυγίαν, ἐς τὸ τοῦ Αλεξάνδρου παντοδοχεῖον κατέλυσεν, αἰσιούμενος ἄρα, ἐνθάπερ Αλέξανδρος ἀνεπαύσατο καὶ Μιθριδάτην σταθμεῦσαι. Ο δὲ καὶ Φρυγίας τὰ λοιπὰ, κ. τ. λ. Tum memento Mithridati Evergetae qui Eupatoris pater fuit dono datam olim a Romenis Phrygiam, qua hi adolescentulum postea filium fraudaverunt; quod aegre latum summae Iniquitatis esse elemavit, nec suo se iure ob iniuriam eliquam Romanis illetam detrusum confessus est. Iura pensanti ec vindicias et occupationem, vel, ut ad Recentiorum loquendi morem loquamur, eogitanti, inde quae iuste, inde quae facta, (*la légitimité et le fait*) nequaquam in incerto erit Phrygiam e Mithridateis provinciis eutumatam, eut ullum verius de ullo imperio quam de Phrygia Eupatorem sese regem nuntiavisse

Et par droit de conquête et par droit de neissance.

Ad Galatas pauee. Nem Galatia olim Phrygum fuit; sed, irruentibus Gallis pars minor e Phrygia illis data est, quam duodecim plerumque Tetrarchae rexerunt. Hos cum Phrygie Mithridates ditionis suae fecit. Nee obstaculo est, quod ait Chaeronensis in Lucull. Πολλῶν δὲ Λουκούλλῳ παραινούντων ἀναβάλλεσθαι τὸν πόλεμον, οὐ φροντίσας, ἐνέβαλε διὰ Βιθυνίας Γαλατίας εἰς τὴν βασιλικήν. Tum ut de caeteris sileam, a Sertorio quoque quum foedus inter transfugam et principem ietum fuit, conveneret et Galatiam Eupatoris fore.

At quasnam in his regionibus linguas viguisse conlici potest? Si divinantem Veterum testimonia et geographiae opes non destituunt, videtur Phrygum lingue menesse, ut Ethnogrephi probatissimi scribunt, e Pelasgica, et Hellenicae vulgeris ut et Illyricae originem exhibuisse, sed a priore longius recessisse, quam simplicem dialexin fas est. Namque *stirps* (haec summopere vox plecét linguisticae rei peritis) Pelasgica in tres ramos abit, Thracicum, Illyricum et Pelasgo-Hellenicum; lingua autem de qua hoc loco agimus Thracici idiomatis varietes est. Liceat tamen suspicari non pauca in hane, Cappadocum vicinia, verba defluxisse, quae Thracicum sermonem adulterevérint, et linguae hybridae locum dederint quae *Phrygo-Cappadox* bene nominabitur ac melius Βριγο-Καππάδοξ. Praeterea si Geographicon scriptores ediveris, multa in Phrygia nomina occurrent quibus nihil graecae physionomiae est, ut Ancyra, Synnade, Brysus, Sagalassus, Cormasa, Ceratupa, Vetestum, Vesala, etc. Nec entagonistae proderit nomina opponere quae mere graeca sunt, ut Lysias, Antiochia, Themisonium, Archelais, quae aut novis urbibus Graeci conditores imposuere, dum Alexendri et Seleucidarum armis Oriens subiicitur, aut entiquis mutavere. Tum et in polygraphis et lexicographis voces frequentissime occurrunt, quibus nil inest

quod vel Hellenicum oleat, vel Atticum sonet. Quaedam invenies apud Herodot. lib. II in init. Platon. in Cratyl. Athen. Δειπνοσοφ. init. l. XV et XVII, Hesych. etc. Facillimum esset multa de hoc ibi congesta obtrudere; sed, ne nauseam faciamus, duas voces memoremus, βέδυ nempe pro ὕδωρ *aqua*, et βέκος vel βέκκος pro ἄρτος, *panis*, quod eo notabilius videtur mihi quod in plurali diceretur βέκκες, etc. et Euripid. versiculos in Orest. ubi Phryx Helenae famulus e thalamo se proripiens et effeminatarum vocum mollitie statim agnitus, dominam narrat interemptam:

Ἀχρεῖον ξίφος ἐκ θανάτου πέφευγα
Βαρβάροις ἐν εὐμαρίσι,
Κεδρωτὰ παστάδων ὑπὲρ τέρεμνα
Δωρικάς τε τριγλύφας.
Φροῦδα, φροῦδα γᾶ, γᾶ
Βαρβάροισι δρασμοῖς, κ. τ. λ.
. . . . . .
. . . . ἐς κόμας δὲ δακτύλους
Δικὼν Ορέστας, Μυκηνίδ' ἀρβύλαν προβὰς
Ὠμοις ἀριστεροῖσιν ἀνακλάσας δέρην
Παίειν λαιμῶν ἔμελλ' ἔσω μέλαν ξίφος.

Caeterum in Lydia, quae finitima est, lingua uti solebant quae Phrygiae dialectus erat, sed Hellenico et Ionico mixta; ita ut Phrygii idiomatis peritissimus Mithridates Lydos posset perfacile audire et affari. De Carica idem posse dici mox notabimus.

Sed non una pars in Phrygia, quanquam non e tot portiuoculis, tot populis constiterit quot Cappadocum gens et regio, quot Pontica. In Austrum e Catacecaumene vergenti et amnem post se relinquenti qui lacum Tattam perfluit, Lycaonia occurrit in qua urbs Lycaonium, multa praeterea oppida aunt; quorum incolas cave putes cum Βριξὶν ullo modo ὁμογλώττους, teste Evangelista, qui Act. Ap. c. xiv, v. 11; Οἱ δ' ὄχλοι ἰδόντες ὃ ἐποίησεν ὁ Παῦλος ἐπῆραν τὴν φωνὴν αὐτῶν, Λυκαονιστὶ λέγοντες· Οἱ θεοὶ ὁμοιωθέντες ἀνθρώποις κατέβησαν πρὸς ἡμᾶς. Ad quae Biblion verba exatat dissertatio luculentissima Pauli Ernesti Jablonski (*Disquisitio de lingua lycaonica*, Berol. 1714, Traiect. 1724, item in *Thesauro theologico-philologico*, quod collegerunt Theod. Hasaeus et Conradus, et in *Sylloge ad theologicam philologiam*), quas probat cum Grotio et Bentleio, e Veterum vestigiis, a quavis alia et praesertim a graeca, penitus discrepasse Lycaonum idioma. Aliam quoque de eadem materia cf. si in hanc forte fortuna incideris, nam haec maxime rara, ni ad *Thesaur. theologico-phil.* et *Syllogen* recurras, doctissimi ἀδεσπότου diatriben. Has exscribere nec propositi nec ingenii nostri ullo modo est; credimusque satis esse, si ubi gentium laudatissimi fontes lateant indicarimus, monito praeterea lectore de Lycaonicae linguae ἰδιότητι ne ullam quidem dubitationem hodie esse inter summos inclytae scientiae artifices.

A Lycaonia ad Galatas, ab Austro »in saevum Boream septemque Triones« revolvamur. Solitos aliis idiomatibus uti Galatas quam aut Pelasgicis aut Per-

sicis, Hellenicis aut Asiaticis, vix ulli reor, qui vel levissime et summis labris historias delibaverit, negatum iri. Nam qui a Galliis, fluctuum more, in feliciores terras commigraverant barbari, spatio perlustrato, quod non minus quam triplex stadiorum μυρίας (circiter CCCL μυριάμετρα, aut leucae vulgares 740), hos quomodo non liquet Asiaticae elegantiae intulisse barbaricas et asperas linguas, quales eo tempore septemtrionales viri habuere. Sed, ne e coniectura, quamlibet certa et legitima, de re statuatur, testis unus adest ex peritissimis apud Veteres γλωσσογνωσίας· Hieronymus nempe, qui in Commentarii sui ad Pauli Epistolam ad Galatas lib. II, Prooem. Galatas expresse ait lingua propemodum ea uti qua in Gallia Belgica Treviri. Ergo Treviri para eorum principalis qui, perlustratis Germaniae et Illyrici solitudinibus, Graeciam, mox Asiam Pergamenam, Leonorio duce, pererravere; et Palaeo-Belgicae dialexeos varietas Galatica lingua ad Celticam stirpem (gall. *tiga*, germ. *Haupt-Stamm*) revocanda. Et hanc solam e Celtica in Phrygas linguam fluxisse miror, nedum aliquam fluxisse prodigium rear. Nam Galatae in tres populos abiere, nempe Trocmos, Tectosagos et Tolistoboios. Quorum sane Tectosagi e Tolosatum gente fuere, nec ullus negat: Tolistoboios vero, aut, ut nonnulli perperam codd. manu exarati, Tolistobogi e Boatibus aut Boiis Novempopulaniae profectos quidam forte coniicient, ego inficias eo, et Boiorum partem existimo qui Ligerim inter atque Elaverem tetendere: Trocmi vero unde αὐτόχθονες, dudum quaerentem praeterit. Hos igitur, quum Leonorius dux Trevirorum e patria profiscisceretur, viro asseclas sese addixisse, et laborum ac praemii in partem venisse, nequaquam mirum est; sed mirarer et Novempopulaniae Aquitaniaeque latebris egressos eos obviam Leonorio tam remota incolenti, ac viam non tam per meridiem quam per medias Gallias, Italias, Germanias inituro, ni Galliae centrum asseento iam praesto fuissent Boates, cum quibus paulo ante sese e Tolosatibus quidam consociaverant. Tolistoboiorum vero nomen ne te plus aequo moveat, monitum id te velim Toliston esse nomen proprium ducis, Boii vero gentilitium; ita ut Tolistoboii idem sonet ac Boii, quibus Tolistus praeest. Quod e Strabone coniicio, non sat exacte quidem verba ad hoc faciente: Πρὸς Νότον τοίνυν εἰσὶ τοῖς Παφλαγόσι Γαλάται· τούτων δ' ἐστὶν ἔθνη τρία· δύο μὲν τῶν ἡγεμόνων ἐπώνυμα, Τροκμοὶ καὶ Τολιστοβόγιοι· τὸ τρίτον δ' ἀπὸ τοῦ ἐν Κελτικῇ ἔθνους, Τεκτοσάγες. Quod quoque se modo habeat, triplex tamen indubie, et forsan quadruplex in Galatis genus adspiciens (nam Treviros annumero), facillime suspicarer triplicem vel quadruplicem, ad minimum duplicem apud hos linguam exstitisse, ni exsultantem temere in coniectura cohiberet ac χαλιναγωγοῖν Amisenus Geogr. loc. cit. Τριῶν δὲ ὄντων ἐθνῶν ὁμογλώττων, καὶ κατ' ἄλλο οὐδὲν ἐξηλλαγμένων, κ. τ. λ.

Ergo tres linguas iam Phryges nobis suppeditant, nempe Lycaonicam, Galaticam et Brigo-Cappadocem. Sed ad Cappadocas nunc transeamus.

Cappadociae quidem multiplex divisio est, multiplex lingua. Divisionem vero infra subiectus πίναξ, ad mentem Cl. VV. d'Anville, Gosselin, Malte-Brun, et antiquorum geographorum documenta ac tabulam Peutingerianam conscriptus, habet:

Provinciae.	Vrbes praecipvae.
Morimena, vel Moramena . .	Mocissus.
Sargarausena	Megalassus Ariarathira.
Colopena	Sebaste.
Cammanene	Byssa.
Cilicia	Mazaca.
Camisene	Camisa.
Garzauritis	Garzaura.
Tyanitis	Tyana. Nazianzus. Archelais.
Cataonia	Comana. Cybistra.
Horsene	Arabissus. Dandaxena

Licet, in tam vasta ac tot in partes secta regione, praecipue si de locorum et situum differentiis cogitaris, quae in Cappadocia numerosissimae sunt, credere, in quot provincias abiisse ipsam constat, totidem διαλέξεσιν inversum ac mire corruptum idioma.

Sed, ut διαλέξεων multitudinem suspicamur, sic et linguarum generalium paucitatem notamus, quas duas fuisse censemus, Cappadociam nempe et Cappadoco-Persicam.

A Perside aut Persicis provinciis quas olim Persicae coloniae tenuere Cappadocum originem deduxit Herodot. lib. V, probandus sane quatenus multos intelligit Cappadocum a Persis esse; sin de omnibus vult credi, respuendus. Quod expresse profitetur historiae pater, geographorum princeps innuit satis, de Magorum qui Cappadociam habitare consueverant multitudine et caeremoniis sacris quas ab Ignicolis derivatas nullus non advertet, non semel dicens, lib. XV: Εν δὲ τῇ Καππαδοκίᾳ (πολύ γάρ ἐστι τὸ τῶν Μάγων φῦλον, οἱ καὶ Πύραιθοι καλοῦνται· πολλὰ δὲ καὶ τῶν Περσικῶν θεῶν ἱερά), οὐδὲ μαχαίρᾳ θύουσι, ἀλλὰ κορμῷ τινι, ὡς ἂν ὑπέρῳ τύπτοντες· ἔστι δὲ καὶ Πυραιθεῖα, σηκοί τινες ἀξιόλογοι· ἐν δὲ τούτοις μέσοις βωμὸς, ἐν ᾧ πολλή τε σποδός, καὶ πῦρ ἄσβεστον φυλαττουσιν οἱ Μάγοι· καθ' ἡμέραν δὲ εἰσιόντες ἐπᾴδουσιν ὥραν σχεδόν τινα, πρὸ τοῦ πυρὸς τὴν δέσμην τῶν ῥάβδων ἔχοντες, τιάρας περικείμενοι πιλωτάς, καθηκούσας ἑκατέρωθεν μέχρι τοῦ καλύπτειν τὰ χείλη, καὶ τὰς παραγνάθιδας. Auxiliarius Appianus est, dum in Mithridate, cap. 66: Εθυε τῷ Στρατίῳ Διὶ πάτριον θυσίαν ἐπὶ ὄρους ὑψηλοῦ κορυφὴν, μεῖζονα ἄλλην ἀπὸ ξύλων ἐπιτιθείς. Praestat ultimum argumentum, quod nominum inspectio suppeditat: nempe multa ex his syllabis constare, ubi non solum *a* perpetuum est, sed quae post litteram vocalem consonantes *r* aut *s* habent. Talis Garsauritis, Sargarausene, Dasmenda, Harmaxa, etc. Quae inter eas magis eminet notatamque se vult Horsene, quod in Armenia eodem aut simillimo sono provinciae occurrant, nempe in hac parte, quae posthac Armeniae IV nomen

obtinuit, Chorsene (ea scriptura est et Graecorum et Mosis Chorenei), ac si ad Austrum perrexeris, Chorsaoe, vel Chorsianene (Procop. de Aedific. lib. II, cap. 3; it. de Bell. lib. II, cap. 24, hanc Sophenae proximam vult doctus Mannert); ac praeterea Chorzea, vel ut Moses pronuntiat Chorduza. Porro nequaquam necesse est talium nominum, ut aiunt, ταυτότητα longa verborum ambage firmari. Quem enim vel tirunculum latet pro spiritu aspero saepe scribi χ, mox gliscente incuria κ? quis miretur e Chorsene regione dictos incolas Chorsianos, tum ab Incolis Chorsianis Chorsianenen provinciam? Δ pro Z etsi non satis indicaret τοῖν Chorseae et Corduzae ὁμωνυμία, potest probare flexionum series Διός, Διΐ, Δία, a Ζεύς, et τοῖν αὐξητικοῖν ἐπιῤῥημάτοιν δα, ζα identitas. Vnde nulli dubitamus eos qui Horsenen τὴν Cappadocum primi insederunt, ab his regionibus venisse quae hodie *Khorasan* nominantur. Ergo linguae Persicae dialectus, cui appellatio maxime convenit *Cappadoco-Persica*, in Cappadocia usitata olim fuit.

Sed e multis quoque nominibus nihilo minus vere conlicies alio Idiomata plurimos usos. Nam, eorum qui vel Sargarausenen, Carmaniam, Pasargadam, vel Pharnabazos, Artabazos, Phrataphernas, Tissaphernas, et uno verbo quidquid illud Aristophanicum φλαττοθραττοφλαττοθρατ olet, semper crepuere, quo modo unquam fuisse putes mollia atque effoeta nomina, Colopena, Morimena, Cammanena, Tyana, etc.? «Hoc natat in labris summa delumbe saliva;» nec magis, ut Persii verbis loquar, «in udo est Maenas et Attin.» Sat. I, 104.

Iure nostro igitur nec plus aequo temerarii decernimus, non Cappadociam duntaxat apud Cappadocas linguam viguisse, sed et *Cappadoco-Persicam*.

Sed hae generaliores linguae: nationes praeterea huc illuc in Cappadocia olim erant quae et locos tenuere ὀλιγαύλακας et saepe ὀλιγανδρίᾳ laboraverunt, dum his angulus vastae regionis agros et urbes aut pagum sufficit. Zigos in hoc numero, et Syros, vel Cilicas, et Zoanas merito collocatum iri existimo, qui suo quisque singulari et non parum dissimili idiomate utebantur.

Zigos quidem ad mentem revocavit urbs Zigopolis, quae postea Cappadocum fuit, sed Mithridatis tempore Armeniae erat, non illius tamen quae ultra Eupbratem est, verum alius cui, cis Euphratem sitae, Minoris Armeniae nomen impositum est. Quamobrem libet hanc reservare, ita ut quum de Armenia Mithridatica disseretur, illa de oppido, de incolis vulgentur, quae dudum nobis congesta atque comperta sunt.

De Syris a Syria in Cappadocum fines transilientibus, id indicio est, appellatos olim a Graecis Cappadocas Leuco-Syros; quae appellatio a colore septentrionalium virorum minus fusco atque adusto manavit. Strabo lib. XVI, init. Οἱ γοῦν Καππάδοκες ἀμφότεροι, οἵ τε πρὸς τῷ Ταύρῳ, καὶ οἱ πρὸς τῷ Πόντῳ μέχρι νῦν Λευκόσυροι καλοῦνται, ὡς ἂν ὄντων τινῶν Σύρων καὶ Μελάνων· οὗτοι δ' εἰσὶν οἱ ἐκτὸς τοῦ Ταύρου· λέγω δὲ Ταῦρον, μέχρι τοῦ Αμανοῦ διατείνων ταῦνομα· item lib. XII: Τοὺς δὲ Παφλαγόνας πρὸς ἕω μὲν ὁρίζει ὁ Αλυς ποταμός, ῥέων ἀπὸ μεσημβρίας, μεταξὺ Σύρων τε καὶ Παφλαγόνων, καὶ ἐξίσασι, κατὰ τὸν Ηρόδοτον, εἰς τὸν Εὔξεινον καλούμενον Πόντον, Σύρους λέγοντα τοὺς Καππάδοκας· καὶ γὰρ ἔτι καὶ νῦν Λευκόσυροι καλοῦνται, Σύρων καὶ τῶν ἔξω τοῦ Ταύρου λεγομένων· κατὰ δὲ τὴν πρὸς τοὺς ἐντὸς τοῦ Ταύρου σύγκρισιν, ἐκείνων ἐπικεκαυμένων τὴν χρόαν. Τούτοις δὲ μὴ τοιαύτην τὴν ἐπωνυμίαν γενέσθαι συνέβη. Καὶ Πίνδαρός φησιν, ὅτι αἱ Αμαζόνες

Σύρων εὐρυάχμων δεῖπον στρατόν,

τὴν ἐν τῇ Θεμίσκυρᾷ κατοικίαν δηλῶν. Herodotai autem loci sic se habent, Clio (lib. I, cap. 72): Οἱ δὲ Καππάδοκαι ὑπ' Ἑλλήνων Σύριοι ὀνομάζονται· et Terpsich. (lib. V, cap. 49): Φρύγων δὲ ἔχονται Καππάδοκαι, τοὺς ἡμεῖς Συρίους καλέομεν. Apollonius quoque Argon. lib. II, v. 948-950:

Αὐτίκα δ' Ασσυρίης ἐπέβαν χθονὸς· ἔνθα Σινώπην
Θυγατέρ' Ασοποῖο καθίστατο καί οἱ ὄπασσε
Παρθενίην Ζεὺς αὐτὸς ὑποσχεσίῃσι δολωθείς.

Nam Cappadoces quoque existimabantur et Ponti incolae et Paphlagonum bona pars, quod luxurianti in versibus Rhodio adoptatum est. Pariter Dionysius, Periegeseos vers. 970-975:

Αὐτὰρ ὑπὲρ Αιβάνοιο πρὸς αὐγὰς ἠελίοιο
Τῆς ἑτέρης Συρίης δολιχὴ μηκύνεται αἶα
Ελκομένη, καὶ μέχρις ἁλικλύστοιο Σινώπης.
Τῆς δ' ἤτοι μέσσης μὲν ἐπ' ἠπείροιο βαθείης,
Καππάδοκαι ναίουσι, δαήμονες ἱππουνάων.
Ασσύριοι δ' ἁλὸς ἄγχι, παρὰ στόμα Θερμώδοντος.

At cur nulli in Cappadocia provinciae, nulli oppido nomen quod Syros arguat? Nos id in causa credimus, quod non ab ipsa Syria hi profecti sint, quibus Cappadocum regio placuit, sed e Cilicia, ubi plurimas e Syria colonias exstitisse in concesso est, ubi incolae apud Pomponium dicti Syro-Cilices. Eodem modo Syro-Cappadocas bene diceres Cappadocas. Sed patrium nomen coloni neque abiecerunt, neque cum alio coniunxerunt; ac Syros usque sese dixere. Accolis Syri quoque appellati. Mox ab advenis, rem parum attente dispicientibus, Syra credita omnis Cappadocum natio. Quod eo citius fieri debuit, quod urbem magnam et tum amplitudine, tum situ spectabilem, Syri condidissent: nam Mazaca, quae Ciliciae Cappadociae caput est, caput quoque habebatur totius regionis; et mons Argaeus (*Ardgi-Dagh*), cuius radici oppidum insedit, montium qui Asiae Minoris longitudinem interrumpunt altissimus est; siquidem ex illius vertice Euxinum aspicis et Mediterraneum mare, et nive aeterna albent iuga (nam ἀργὸς graece est albus, et hinc monti nomen), quod hac sub latitudine altitudinem arguit, non minorem quam 11 vel 12 pedum χιλιάδας. In hoc igitur tractu bene credideris Syriaco idiomate usam plebem, non Cappadocico, non Cappadoco-Persico.

Quod ad Soanas attinet, urbem cognominem Zoanam incolentes, hos in praesentia relinquemus, posthac revisuri in Ponto, ubi et spatii plus a fera gente occupatum, et a patria minus distantes eos videre erit.

Tribus ergo linguis censebitur et Cappadocia; quas si tribus in Phrygia adieceris, sex iam habebis.

Alio nunc transeundum.

Et primi quidem occurrunt Paphlagones, quorum regio per quadraginta annos Mithridati paruit. De his, si quis dubitaverit proprium quoddam et

singulare idioma in Paphlagonia usitatum, brevissimi erimus; longiores, si a nobis sciscitabere, annon multiplex apud illos lingua sonuerit.

Priorum enim dubitationem tollet Strabo: Συνηγορεῖν δ' ἂν δόξειε τῷ λόγῳ τοῦτο · διότι πᾶσα ἡ πλησίον τοῦ Ἅλυος Καππαδοκία, ὅση παρατείνει τῇ Παφλαγονίᾳ, ταῖς αὐταῖς χρῆται διαλέξεσι, καὶ τοῖς ὀνόμασι πλεονάζει τοῖς Παφλαγονικοῖς. Βάγας, καὶ Βιάσας, καὶ Δινιάτης, καὶ Ρατώτης, καὶ Ζάρ, Δώκης, καὶ Τίβηρος, καὶ Γασύς, καὶ Ολογασύς, καὶ Μάνης. Ταῦτα μὲν ἔν τε τῇ Βαμωνίτιδι, καὶ Πημολίτιδι, καὶ τῇ Ζαγιλλονίτιδι καὶ Γοζακηνῇ, καὶ ἄλλαις πλείσταις χώραις ἐπιπολάζει τὰ ὀνόματα.

Nunquam vero Strabonem diceretur linguam linguae alicuius similem, nisi in multis differret, atque omnino discerneretur. Quid enim non dicam mirabile, sed notabile est, si lingua una atque eadem similitudines maximas habet in duabus provinciis? Quis, exempli gratia, nisi haro, dixerit Parisinorum idioma huic simillimum esse quo loqui consueverunt in oppidulo *Saint-Denis*? at forte iostabis dicens dialecton esse Paphlagonicam linguam, nec ergo linguis annumerabilem; Strabonem vero audiendum, quatenus de ἰδιωμάτων ὁμοιότητι ait, non quatenus ἰδιωμάτι linguas innuit. His assentirer, ni diutissime Paphlagones vel sui iuris fuissent, vel reges suos a se et ipsa in regione electos possedissent, Pylaemenidas nempe illius stirpe natos, de quo Homerus cecinit, Iliad. lib. II, vs. 851 855:

Παφλαγόνων δ' ἡγεῖτο Πυλαιμένεος λάσιον κῆρ,
Ἐξ Ενετῶν, ὅθεν ἡμιόνων γένος ἀγροτεράων·
Οἳ ῥα Κύτωρον ἔχον καὶ Σήσαμον ἀμφενέμοντο,
Αμφί τε Παρθένιον ποταμὸν κλυτὰ δώματ' ἔναιον,
Κρῶμνάν τ', Αἰγιαλόν τε, καὶ ὑψηλοὺς Ερυθίνους.

Atqui ubi civitas populum a populo divisit, raro eadem lingua manet; nam nec satis commercii et consortii est, ut de iisdem rebus curent, de iisdem eadem puteot: et hoc priscis temporibus verius certe fuit quam hodie est. Nam aetate nostra litterarum et artium communio, librorum copia, elegantia morum, itinerum facilitas et mercaturae rapidissimae vices in Europa omnes gentes quadam tenus colligaverunt. In Hispania tamen duplex lingua sonat, quarum altera nobilior videri potest, minor altera, quippe cui ne dialexeos quidem principio nobilitas contigit. Nam quotquot in peninsula Iberica aut διαλέξεσιν, aut linguis incolae utuntur, earum princeps Hispanica est; cuius duplicem dialexin, Castellanam et Callaicam; (*Gallego*, vel *Galicien*) at Callaicae triplex divisio, nempe Holo- vel Haplo-Callaica, (*Gallego propremente dit*) Lusitanica, quam si libuerit Portogallicam voces, et Algarvicam (quam loquuntur in Cuneo). Porro haec a dialexi dialexis linguae sibi dignationem circumdedit, sub indigena rege a liberis viris culta, ab elegantibus polita, ab eruditis locupletata, et poëtarum atque Academiarum ferax. Neque haec tamen labem innatam et stigma, ut aiunt, originis passa sunt obsolescere: Hispanica, immo Romana lingua utuntur Lisboae. Quis enim valeat decernere, utrum Latinas, an Lusitanicas phrases contineant haec sequentia?

» O quam gloriosas memorias publico considerando quanto vales, nobi-
» lissima lingua! Cum tua facundia excessivamente nos provocas, excitas,

a infamas: quam altas victorias procuras! Quam celebres triumphos speras, a quam excellentes fabricas fundas, quam perversas furias castigas, quam a feroces insolentias rigorosa mente domas, manifestando de prosa et de a metro tantas elegantias latinas! »

Vt Lusitanorum igitur, sic Paphlagonum lingus fuit sui iuris, nec cum vicinis et cognatis eadem reputanda. Cappadocum prius dialectos fuerit, nec id diffitebimur, nec refert; sed postea recessit a stirpe, et linguae formam adepta est ac decus.

Si vero cum iis litigandum qui unam apud Paphlagonas linguam olim auditam non satis esse volunt, ac provincias nobis multiplices obtrudunt, Gadilonitidem, Domauitidem, Blaenam, Pimolisenam, Timonitidem, Henetos, hos monebimus in sua causa agenda non iis uti, quae maxime auxilio forent. Quotquot enim provincias illi iactitaot, haec in exiguo spatio continentur. Scilicet neque totius regionis circuitus tres longitudinis gradus et bessem (3° 40') bene occupat; ac si ad latitudinem spectaveris, intra gradum unum et septuncem (1° 35') cubat; quod hoc in κλίματι vix aequat leucarum quadratarum duo millia cum quadringentis. Num perangusto in tractu necessarium est duas linguas admittere, ni causae affuerint singulares, ut exempli gratia, imperii divisio inter binas civitates, aut invasio, aut geographicorum nominum differentiae, et quidquid ad approbandam polyglottiam argumenti nos afferebamus. At quid antagonista mussabit, si quid re vera tale apud Paphlagonas nostros indicaverimus. Nempe Graecae coloniae Εὐξείνου littori ea Asiae parte passim accubabant, et nomina omnia ex Homeri et Demosthenis lingua fluentia facile et obvium est dignoscere, Aegialon, Climaca, Callistration, Abonutichos, Aeginetin, Stephanen, Lepten acram, et urbium praecipuam Sinopen, non potestate solum, opulentia, magnitudine, aedibus nobilissimam, sed et clarorum virorum, Diogenis Cynici, Timothei Patrionis, Diphili Comici, Batonis natalibus, sed et ipsius Eupatoris qui, ut geographus tradit, καὶ ἐγεννήθη ἐκεῖ καὶ ἐτράφη, διαφερόντως δὲ ἐτίμησεν αὐτὴν καὶ μητρόπολιν τῆς βασιλείας ὑπέλαβεν. Ea urbs vero Miletum habuit metropolim suam, unde patet solitos incolas Ιαστὶ quidem, sed et hoc Ελληνιστὶ colloqui. Sed Ἑλληνιστὶ non Sinopenses, non Paphlagones, non Phryges soli loquebantur, sed omnes quibus haec voluptas et cura « ingenuas vitam coluisse per artes. » Hanc velle unam e Paphlagonum linguis fuisse absurdum est, non minus quam si aut Ingricam aut Mazovicam linguam esse contenderes idioma nostrum, quo utuntur elegantes viri et Varsaviae et Petropoli elegantius forte quam nonnulli ex Academia. Nec Car sermo mihi obtendatur; neque enim ego oblitus Miletum in Caria sitam, Ionicos Sinopenses assevero, ut Mysiae ac Lydiae incolas. Nam pars quae mari praetenditur, Graecis urbibus ornata est florentissimis, Priene, Clazomenis, Colophonte, Phocaea, Smyrno, Lepedo, Teo, Erythraeis, quae non Mysiae et Lydiae esse habebantur, sed Panionium et Aeolis audiebant; sic in Cariae ora magis ad Mesembriam et Hesperum vergenti Graecae trinae urbes Cnidus, Halicarnassus, Miletus quibus fas et Con insulam et in Rhodo Ialysum, Camirum, Lindum iungere; at hoc notandum Ionicae confoederationis partem Miletum exstitisse, immo caput, Doridis nomen sibi proprium assumente caeterarum consortio. Caeterum Caras non diffiteor sermone usos

quod multum a Graeco iam Homericis temporibus recesserat: nam Homerus Iliad. II, v. 867:

Μάσθλης αὖ Καρῶν ἡγήσατο βαρβαροφώνων, .

et, contra Strabonem copiosius disserentem, credimus de lingua externa hic innui, non de illitteratorum σφάλμασι in graecizando. Quanquam nil ad rem interest, fatente illo scriptore Caricam aliquam linguam esse: ἀπὸ δὲ τῆς αὐτῆς αἰτίας καὶ τὸ βαρβαρίζειν λέγεται, καὶ γὰρ τοῦτο ἐπὶ τῶν κακῶς Ἑλληνιζόντων εἰώθαμεν λέγειν, οὐκ ἐπὶ τῶν Καριστὶ λαλούντων· οὕτως οὖν καὶ τὸ βαρβαροφωνεῖν καὶ τοὺς βαρβαροφώνους δεκτέον, τοὺς κακῶς Ἑλληνίζοντας· ἀπὸ δὲ τοῦ Καρίζειν, καὶ τὸ βαρβαρίζειν μετήνεγκαν εἰς τὰς τοῦ Ἑλληνισμοῦ τέχνας. Frustra; nam Homeri aetate βάρβαρος nihil aliud fuit, quam alienigena, ita ut βαρβαρόφωνος sit omnino synonymus cum hac periphrasi τῇ τῶν βαρβάρων φωνῇ, hoc est, γλώττῃ χρώμενος. Sed et hinc sequitur ipsius Strabonis iudicio Caricam a Graeca discrepare. Nunc aliquis forsan rogaverit, an hac quoque usus Eupator, insidias scilicet nobis struens atque obiecturus, si Caricam noverit, quarum hunc idiomatis in provincia usitati qua nec diu potitus est, nec vere imperium suum auxit; sin rudem linguae dixerimus, non iam potuisse eum omnes gentes sine interprete affari, quas sub potestatem suam miserat. Dilemma et nodum una res solvet: a graeco quidem sermone Caras recessisse, nentiquam vero a Phrygio, cuius dialexim finxerant sibi propriam, ita ut Caro-Phrys ea lingua dicenda sit; sed minime his linguis annumeranda quibus proprietas et χαρακτὴρ et singularitas sua obtigit.

Eo nunc revolvamur unde discessimus, et Paphlagonicae peritum Mithridatem in schedas referamus. Item de Graeca censendum, de qua agenda occasionem praestitere Paphlagones, sed quae Paphlagonum nunquam fuit.

Inde si occidentem versus pauxillum tetenderis, Bithynia praesto erit; quam quidem totam aliquandiu tenuit, at diu usque ad Heracleam, ut facile ex his compertum est quae supra a Strabone descripsimus de Imperii Eupatorii terminis agentes. Quod oppidum antequam attigeris, in Cauconas incides, Hom. Iliad. II, 855:

Καύκωνας δ' αὖτ' ἦγε Πολυκλέος υἱὸς ἀμύμων,
Οἳ περὶ Παρθένιον ποταμὸν κλυτὰ δώματ' ἔναιον·

ac Thynos Apoll. Rhod. Argon. lib. I,

Αὐτίκα Βιθυνῶν ἐπὶ δεξιὰ γαῖαν ἔχοντες
Πλώετε ῥηγμῖνας πεφυλαγμένοι, εἰσόκεν αὖτε
Ῥήξαν ὠκυρόην ποταμὸν ἀκτήν τε μέλαιναν
Γνάμψαντες, νήσου Τυνηΐδος ὅρμον ἵκησθε, κ. τ. λ.

Atqui omnes isti advenae erant, teste Strabone, lib. XI: Τοὺς δὲ Καύκωνας, οὓς ἱστοροῦσι τὴν ἐφεξῆς οἰκῆσαι παραλίαν τοῖς Μαριανδυνοῖς μέχρι τοῦ Παρθενίου ποταμοῦ πόλιν ἔχοντας τὸ Τήϊον (Τήειον), οἱ μὲν Σκύθας φασὶν, οἱ δὲ τῶν Μακεδόνων τινὰς, οἱ δὲ τῶν Πελασγῶν· mox vero: Οἱ μὲν οὖν Βιθυνοὶ, διότι πρότερον Μυσοὶ ὄντες, μετωνομάσθησαν οὕτως ἀπὸ τῶν Θρᾳκῶν τῶν ἐποικησάντων, Βιθυνῶν τε καὶ Θυνῶν, ὁμολογεῖται παρὰ τῶν πλείστων· καὶ σημεῖα τίθενται, τοῦ μὲν Βιθυνῶν ἔθνους, τὸ μέχρι νῦν ἐν τῇ Θρᾴᾳ λέγεσθαί

τινας Βιθυνούς· τοῦ δὲ τῶν Θυνῶν, τὴν Θυνιάδα ἀκτήν, τὴν πρὸς Απολλωνίᾳ καὶ Σαλμυδησσῷ. Sed haec in mappa tantum nomina, nam dudum illa ἔθνη aut nusquam erant, aut cum priscis accolis in unum corpus concreverant; et Paphlagonum, Phrygum, et inprimis Graecorum lingua, sed inversa, et in peius torta, et Pelasgicis Thracicisque vocibus referta utebantur, nisi Heracleam excipias, ubi crediderim suam linguae puritatem diutius constitisse; nam a Megarensibus posita haec erat qui Athenis vicini Atticum quid retinere debuerant. Nam vanus est Amasenus noster et mirum in modum ἐσφάλη, quum ait: Τοὺς δὲ Μαριανδυνοὺς καὶ τοὺς Καύκωνας οὐχ ὁμοίως ἅπαντες λέγουσι· τὴν γὰρ δὴ Ηράκλειαν ἐν τοῖς Μαριανδυνοῖς ἱδρύσθαι φασὶ, Μιλησίων κτίσμα . . . . Εἴρηται δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι πρότερον τὴν Ηράκλειαν κτίσαντες Μιλήσιοι τοὺς Μαριανδυνοὺς εἱλωτεύειν ἠνάγκασαν, τοὺς προκατέχοντας τὸν τόπον, ὥστε καὶ πιπράσκεσθαι ὑπὲρ αὐτῶν, μὴ εἰς τὴν ὑπερορίαν δὲ, κ. τ. λ. Omnes enim contradicunt. Xenoph. Ανάβασ. lib. VI, p. 374 ed. 1594: Τοῦτον παραπλεύσαντες ἀφίκοντο εἰς Ηράκλειαν, πόλιν ἑλληνίδα, Μεγαρέων ἄποικον, οὖσαν δὲ ἐν τῇ Μαριανδυνῶν χώρᾳ. Item Arrian. Peripl. Paus. Heliac. lib. I fin. Diod. Sic. lib. XIV ad Olympiad. XCIV, ann. IV. Apollonius Rhod. Argon. lib. II, et hos versus scholiastes qui Boeotos etiam scribit expresse huius coloniae deducendae participes cum Megarensibus fuisse, tum Scymnus Chius, lin. 230: Ηράκλεια, Βοιωτῶν κτίσις καὶ Μεγαρέων.

Nunc in imperii Mithridatici viscera ac quasi sacrarium penetremus: de Ponto loquor, quem e Geographicon scriptoribus scimus in plures et provincias et populos divisum. Nomenclaturam hic agemus et dioeceseon et πόλεων·

Provinciae	*Vrbes.*
Gadilonitis Pontica	Ibora.
Saramena	Amisus.
Pimolisene Pontica	Pimolis.
Phazemonitis	Phazemon.
Ximena	*Solitudines*
Phanaroea	Magnopolis.
Themiscyra	Themiscyrium.
Daximonitis	Amasea.
Zelitis	Zela.
Sidena	Polemonium. / Scauro-Sidena.
Tibareni	Cerasus.
Philires	Cordyla.
Drylae	*Sine urbibus*
Heptacometae, et cum his Mosynoeci	Caltiorissa.
Chalybes qui et Chaldaei .	*Sine urbibus.*
Macrones	Byla.

Multiplex in tot provinciis atque nationibus lingua; sed tres praecipuae in usu, Cappadocica, Cappadoco-Persica atque Graeca, haec ob colonias Graecarum urbium mari insidentes, illas ob Pontiearum gentium et Cappadocum veterem cognationem, quam et nominia communio (nam olim Pontus pars Cappadociae censebatur) indicat, et commendatissimi aoetores asseverant. Paphlagonicam quoque in Pimolisene et Gadilonitide placuisse suspicor, sed de hoc nihil affirmo. Tria praeterea videntur mihi remanere distantia a eaeteris idiomata, Soannarum nempe et Chalybum et Mosynoecorum. De singulis pauca libanda.

Soannas quidem minime exhibet tabulae nostra colnmna, quae provincias et gentes sistit; neque mappa ulla, nisi in Colehorum confiniis, tale nomen repraesentat. Sed memento Macronibus quoque nomen vulgare impositum Tzannos vel Sannos, quod et quibusdam scriptum Tzianni, Zianni, Tbianni. Quod si reputaveris praeterea Soannas vel Soanas, vel quemadmodum Plinius lib. XXXIII, cap. 3, et Ptolemaeus scribunt Suanos, qui supra Colchidem montivagi, monticolae passim degunt, hos quoque Zoanas et Zanos dici Procopio Hist. lib. I, item Agathias lib. V, iam ὁμωνυμίαν gentium suspicabere. Coniecturam certitudo excipiet, quum ad id Dionysii Perieg. vs. 766, 767:

> Μάκρωνες, Φίλυρές τε, καὶ οἱ μόσσυνας ἔχουσι
> Δωρατίους.

Eustathius subiicit Τούτους νῦν Σάννους φαμέν, ἰδιωτικώτερον δὲ Τζανούς. Porro Τζανούς per Τζ scriptura est barbara et infimae graecitatis, ut Τζέτζης, Τζούρουλλον, et id genus multa; et bos solos ὀρθογραφοῦντας rear, qui omisso τῷ T appingunt Ζανούς. Atqui sic ὁ ἐπὶ τῶν ἀπορρήτων Belisarii. Hinc identitas utriusque gentis videtur iam dubitationi impervia. Sed huius Zanoi in Caucaso, Eustathii Τζανοὶ cismontani. Sed interiacent montium iuga, et fluminum alvei interfluunt, et intervallum non minus quam trium graduum (40° 24' — 43° 35') quoad latitudinem; quoad longitudinem vero quatuor fere aequat. (57° 35' — 61° 2') Ergo Zannorum Caucasiorum colonia Zanni Pontici. Quod eo minus mirari aut negare est, quod maximis, si ad barbariem attenderis, opibus Zanni diu praestiterint, Strabo lib. XI: Πλησίον δὲ καὶ οἱ Σόανες (nempe Zanni; nam approbata supra est ἡ ταυτότης) οὐδὲν βελτίους τούτων τῷ πίνῳ, δυνάμει δὲ βελτίους, σχεδὸν δέ τοι καὶ κράτιστοι κατά ἀλκὴν καὶ δύναμιν· δυναστεύουσι γοῦν τῶν κύκλῳ τὰ ἄκρα τοῦ Καυκάσου κατέχοντες τὰ ὑπὲρ τῆς Διοσκουριάδος· Βασιλέα δ'ἔχουσι, καὶ συνέδριον τριακοσίων· συνάγουσι δ', ὡς φασι, στρατείαν καὶ εἴκοσι μυριάδων, ἅπαν γάρ ἐστι τὸ πλῆθος μάχιμον, οὐ συντεταγμένον. Παρὰ τούτοις δὲ λέγεται καὶ χρυσὸν καταφέρειν τοὺς χειμάῤῥους, ὑποδέχεσθαι δ'αὐτὸν τοὺς βαρβάρους φάτναις κατατετρυμμέναις, καὶ μαλλωταῖς δοραῖς· ἀφ'οὗ δὴ μεμυθεῦσθαι καὶ τὸ χρυσόμαλλον δέρας. Atque horum barbaricae opes ac libertas hactenus maosere. Vid. Malte-Brun, *Précis de la Géographie universelle*, tom. III, pag. 41 seq. et Pallas, (*Reise im mittoegigen Russland*) tom. I, pag. 419, (edit. German.) vix mutato nomine quod *Sunnes* nunc ut apud Plinium ae Ptolemaeum vulgo scribitur. Tum neque in Ponto duntaxat Zannorum colonias exstitisse conieeerim, sed ultra effusas, sive e Caucaso, sive

e Macronum castris et plaustris et pagis: nam apud Cappadocas Zoana urbs apparet ex Armeniae Minoris limitibus parum distans, quam praefluit Melas amnis: et haec mihi causa fuit, cur, quum de Cappadocia ago, pauca de Soania sparserim. His vero, seu Soannas, seu Zanos nuncupaveris, linguam fuisse credas a qualibet dissimilem. Nam primo, a Caucaso erant; quae origo nec Cappadocum, nec Thracum, nec Pelasgorum nec Persarum ullo modo similis videtur; hactenus vero, quidquid linguae excussimus, Cappadox, aut Thrax, aut Pelasgicum, aut Persicum fuit: secundo, quae barbarae ac remotae a caeterarum gentium contubernio turbae hominum victitant, his sua lingua diu perstat ἀμιγὴς et στάσιμος. Nec opus Strabonem iterum recitare quem supra allegavimus, dum causas assignaremus, quae in exili spatio linguas possunt aut creare, aut servare propemodum innumeras.

De Heptacometis et Heptacometarum ferocissimis Mosynoecis idem periculo nostro, non gravissimo illo quidem, affirmabimus. Nationum harum feritas satis hoc nomine arguitur, quod Hellenes viris dedere, idem nimirum sonanti cum *turrium incolis*. Quamquam et hybrida vox Μοσύνοικος, nam Mosyn aut Mossyn barbarum. Dion. Halic. lib. I, pag. 21: (edit. Oxon.) Οἰκοῦσιν ἐπὶ ξυλίνοις, ὡσπερὰν πύργοις, ὑψηλοῖς σταυρώμασι, μόσυνας αὐτὰ καλοῦντες. Et Apoll. Rhod. Argon. lib. II, vers. 379-384:

> Τοῖς δ' ἐπὶ Μοσσύνοικοι ὁμούριοι ἠλήεσσαν
> Ἐξείης ἤπειρον ὑπωρείας τε νέμονται,
> Δουρατέοις πύργοισιν ἐν οἴκια τεκτήναντες
> Κάλλινα, καὶ πύργους εὐπηγέας, οὓς καλέουσι
> Μόσσυνας· καὶ δ' αὐτοὶ ἐπώνυμοι ἔνθεν ἔασιν.

Potes et Dionysii meminisse, cuius locum modo citavimus. Magis expresse etiam Strabo lib. XII: Εἰσὶ δ' ἅπαντες μὲν οἱ ὄρειοι τούτων ἄγριοι τελέως, ὑπερβέβληνται δὲ τοὺς ἄλλους οἱ Επτακωμῆται· τινὲς δὲ καὶ ἐπὶ δένδρεσιν ἢ πυργίοις οἰκοῦσι· διὸ καὶ Μοσυνοίκους ἐκάλουν οἱ παλαιοί, τῶν πύργων μοσύνων καλουμένων. Cf. Xenoph. de Exped. Cyr. pag. 208, 209; (edit. Steph.) Amm. Marcell. lib. XXII, 8; Pompon. lib. I, cap. 19; Val. Flacc. lib. V, vs. 151 seqq. ubi perperam in libris praelio olim excusis *Mossynichi*, pro quo reponit Heinsius *Mossyni*; quem ad. ut et Bochart. Phaleg. lib. III, c. 12. Ad hoc, usum in iis inveniri nota, quod apud barbaros tantum reperitur, nempe illud quod vocamus *tatouage*. Nam sic meo iudicio intelligendus Noster, qui lib. VI, cap. 4: » Gentes Tibareni, Mossyni notis signantes corpora. « Tot consentientibus testimoniis, nec de feritate Heptacometarum dubitatio esse potest, nec de ἰδιογλωττίᾳ. Vnde venerint tamen, nil indicat. Quidni αὐτόχθονας credamus et solos fere in Ponto αὐτόχθονας, quum alios e Caucaso, Persia, Graecia, Thracia ortos constet? Nam αὐτόχθονες certe et in Ponto fuerunt; quorum pars melior coloniis sese adiunxit; quidam vero aegre laturi si alienigenas sibi miscerent, in sylvis et montibus de more suo mansere, nec pro dio laquearia, nec pro ferino et incerto victu epulas lautiores mutaturi. Horum linguam ergo ego libens dixerim Palaeo-Ponticam aut Haplo-Ponticam.

Chalybas nunc aggredior; quos aliquis forte indigenas contenderit, vel Graecogenas. Vtrumque frustra. Nam e mari procul degebant, quod nulli

Graecorum coloniae consuetum; quomodo enim μητρόπολις facile coloniam adivisset, ac nomen Chaldaei Chaldaicam satis indicat τὴν γένεσιν. Neque obiicies Chalybem Graecum esse. Immo χαλὺψ vox est Chaldaica, Graeciae dehinc recepta, ut tot Arabicae, Persicae, Libycae, ut Colocasium, Gaza, Byssus. Ferrariam illi artem antiquitus tractasse diruntur, ut Dionys. Perieg. auctor est et Valerius Flaccus, et ante hunc Apollon. Rhod. Argon. lib. I, vs. 1323, item lib. II, vss. 375. Cf. Strab. lib. XII, Scholiast. ad Apoll. et Amm. Marcell. et Berkelum ad Steph. pag 106, qui ex Menippo docet pro Χαλδαῖοι legendum Χάλδοι, in quo omnis constat variatio scripturarum, levis quidem et parvi momenti. De hac ita, in suis ad Strabonem optimis notis Gosselin:

« On a prétendu qu'au lieu de *Chaldéens*, Χαλδαῖοι, il faut lire *Chaldes* ou *Chaldi*, Χάλδοι, pour ne pas les confondre, dit-on, avec les Chaldéens de la Babylonie. Cette correction paraît être justifiée par Eustathe et par Etienne de Byzance. Néanmoins Xénophon place aussi les Chaldéens dans ces mêmes lieux. Quant à Eustathe et à Etienne de Byzance, ce qu'ils rapportent de ce peuple, bien examiné, ne signifie rien autre chose si ce n'est qu'on l'appelait plus communément du nom de *Chaldes* que de celui de *Chaldéens*. Au reste, pour le dire en passant, dans l'article d'Etienne de Byzance, où il est question de ces Chaldes, Saumaise s'est trompé en remplaçant ces mots altérés μέχρι τούτων τῶν Βάρων, par μέχρι τῶν Τιβαρηνῶν, *jusqu'aux Tibarènes*; il faut lire μέχρι τῶν βαρβάρων, *jusqu'à ces peuples barbares*. » Quibus sane praepositis, perspicuum est omnium testimonio Chaldaeos circa hos tractus habitasse; nam αῖος in Χαλδαῖοι terminatio est Graeca εὐφωνίας; ergo addita, ut in Αθηναῖοι, Ρωμαῖοι, etc. dum brevior perstat ἡ ῥίζα, nempe Αθην... Ρωμ... Sic et Χαλδαίων est a Χαλδ... meliusque scriberentur Χάλδοι, etiamsi qui Babyloniam incolebant. Ne dubites igitur et suam quoque Ponticis Chaldis linguam fuisse, et illius, quamvis sylvestrium hominum et, si fas iocari, Cyclopum fuit, non rudem Mithridatem; quippe qui tot bellis aut flagrantibus aut mox flagraturis, optimis armis egebat, ac singula, quanto magis illa quae ad rerum summam pertinebant! oculis ipse suis consueverat examinare.

Ergo tres linguae Ponto peculiares, Chaldaica scilicet, et Suannica, et Palaeo-Pontica; tres conterminis et imperiis et gentibus communes, Paphlagonica, Cappadocica et Cappadocico-Persica, una quae Asiam Minorem obtinuit quidem totam, sed apud tribules parum usitata est, Hellenica. His imbutus Eupator. Caeteras annumeres, circa quas hactenus sermo noster versatus est, tres praeterea habebis, Phrygiam nempe, aut Cappadoco-Phrygiam, cuius dialectos una Carica, item Galaticam, item Lycaonicam, tum et Syriacam, qua vel Syri vel Syrocilices ἀποικίαν condentes, Cappadocas donaverunt. Consumma, undecim iam sunt, quas sola peninsula intra Aegaeum, Euxinum et Magnum mare suppeditat; nec in id nos credes sedulo incubuisse, ut numerum idiomatum ultra verum proveheremus; quem contra elevari ac stringi magis concupivimus quam adaugeri, admissis διαλέξεσιν simul atque ὁμογλωττίαις in Caria, Cappadocia, Bithynia, Ponto.

Vndecim pariter restant de quibus nos agamus, Asiae Minoris orbem transgressi; sed unam amoveri protinus iam necesse est, cui cum caeteris nulla similitudo competit. Romana porro locutum Mithridatem nemo inficias iverit.

Nam cum ducibus romanis saepissime collocutus est, seu Asiam victor perambularet, seu de pace et foederibus tractaret, seu captivia insultaret, minas et probrum et mortem intendens; Romanos quoque inter subditos habuit, dum socium se atque amicum populi romani simularet; nec pauci ii fuerunt, siquidem uno die per Asiam centum millia Romanorum interfici iussit: cum Romanorum potestate in ipsius Italiae medullis ac visceribus colluctari mens huic erat, quum militibus campos, quum navibus suis mare invaderet; et quo tempore incognitus ac fere solus peninsulam totam invisit, quis credet illi neque visos neque compellatos Romanos? At Romani graece noverant! Esto de optimatibus, de primariis viris; sed gregarius miles, sed negotiatorum et argentariorum calones forte sua vix utebantur.

Caeterae decem ad magnam Asiam et Europse septemtrionalia pertinent, vel ut statim divisio apta fiat, ad Bosporum, ad Colchidem, ad Armeniam pertinent. De hac primum agemus, progressuri hinc ad Colchos; Bosporani clausula erunt.

Armeniae pars exilis, quae cis Euphratem est, Eupatorem domitorem et regem habuit, iunctaque est inde Cappadociae, inde Ponto. Quae Cappadociae adiuncta, hanc quatuor provinciis, sed exiguis constitisse res nota est, Lavisena, Melitene, Rhavene, Muriana; a quibusdam quinta adiicitur Cataonia, quam melius Cappadociae propriae attribui credidimus; nec disputandi σχολὴ ἐστί μοι, nec refert. Orbalisene Ponto adhaesit. Plus quam unam διάλεκτον hic inter accolas viguisse, si non in comperto est, certe κινδυνεύει; et in Armeniacae linguae unitatem eas recidisse, quae ab omnibus supra allegatis maxime distat, sceptici ipsi non dubitent.

Sed nos aliquandiu Zigopolis detinebit, oppidulum quidem parvum et incerti situs, sed quod inter Orbalisenen et Lavisenen exstitisse maxime probabile est, quamvis repugnat Strabo, lib. XII: Τῆς Ἑρμωνάσσης πλησίον ἡ Τραπέζους εἶθ' ἡ Κολχίς· ἐνταῦθα δέ πού ἐστι καὶ ἡ Ζυγόπολίς τις λεγομένη; nisi forte duae Zigopoles, quod non ego diffitear. Zigopolis vero, ut ex etymo vides et Steph. Byz. in voc. auctor est, putamus idem esse ac Zigorum urbem. Sed quinam hi Zigi? non facilis quidem divinatio, et in partes abiere docti, quibus barbari ac feri populi cura fuit. Neque enim olim auxilii satis fuerat, quo rem bene dispicerent, nec ad miras similitudines animum satis adverterant.

Primo quidem pauci Zigopolin noverant, aut notaverant, et Zigos cogitabant, sive mappam inspectantes, sive Colchidis descriptionem legentes; quorum supra oram populus vagatur λῃστὴς καὶ λιμώττων, cui nomen ut his videtur *Zygi* vel *Zygii*. Quum vero finitimos locos populi obtineant Graecae, ut volunt, originis, Heniochi, et Achaei (Strab. lib. XI: Φασὶ δ' ἀπὸ τῆς Ἰάσονος στρατείας τοὺς μὲν Φθιῶτας Ἀχαιοὺς τὴν ἐνθάδε Ἀχαΐαν οἰκῆσαι, Λάκωνας δὲ τὴν Ἡνιοχίαν, ὧν ἦρχον Ρέκας καὶ Ἀμφίστρατος οἱ τῶν Διοσκούρων ἡνίοχοι· καὶ τοὺς Ἡνιόχους ἀπὸ τούτων εἰκὸς ὠνομάσθαι), Zygios quoque illi suos a Graecia Caucasum delatos somniarunt, et a ζύγον nomen fecere, et hos optimos quoque in ducendis curriculis voluere. Sed refellit Zigorum egestas et barbaries, foedior contemptiorque quo Heniochorum civitas opulentiae et artibus propior. Nam Strab. lib. XI: Οἱ γοῦν Ἡνίοχοι τέτταρας εἶχον βασιλέας, ἡνίκα Μιθριδάτης ὁ Εὐπάτωρ, φεύγων ἐκ τῆς προγονικῆς εἰς Βόσπορον, διήκει τὴν χώραν αὐτῶν· καὶ αὕτη μὲν ἦν πορεύσιμος αὐ-

τῷ. Τὴν δὲ τῶν Ζυγίων ἀπογνοὺς διά τε τὰς δυσχερείας καὶ ἀγριότητα, τῇ παραλίᾳ χαλεπῶς ᾖει, κ. τ. λ. Refellit quoque doctus Lunemann, quum nomen innuens a Graecis minime profectum, ait debuisse nomen esse Αμαξόβιον vel Αμάξοικον· poeticum est enim a iugo, ζυγῷ, nec ipso curru appellationem peti, et per metaphoram obscure indicari quae nunquam satis patent. Sic tot nomina, Phthirophagi, Macropogones, Monommati vel Monophthalmi, quibus dilucide significatur quo cibo, habitu, involucro capitis uti soleret gens eo signata.

Ziechos illos Arrianus nominat in Periplo: ὅσπερ ποταμὸς (scilicet Αχαιοῦς) διοριζει Ζίχχους καὶ Σάνιχας. Vbi Σάνιχας prave pro Ανιχας, Ηνίχας, Ηνιόχας vel Ηνιόχους essa persuasum habeo. Ζεχχοὶ illi audiunt apud Byzantinos. Vid. Stritter, in *Memor. populorum*, art. *Zecchica*. Atque hodie hos optimi geographi volunt in Circassia durare: nempe qua Basania ad occidentem Ossetarum vergit; tres enim ibi φρατρίας, sive, ut vocant, tribus, Tchegemorum scilicet, Balcarorum, Karatchaorum; quorum primi a Georgianis quoque *Tchiki* vel *Dgiki* vocitantur (cf. Guldenstaedtii Geogr.) ab Ossetis vero Kasachi. Sed in hac nominum variatione quae nihil mirum aut pravissimum huc usque habet, in culpa nobis videremur versari, ni Zingos et Zigas nominaremus, quos Secundus, lib. VI, 7, sparsos ait circa Maeotin, hos quidem ultra flumen Tanaim, in Sarmatia Asiatica, illos vero in Europa citra amnem; tum Sigynnios quos lib. XI Παράδοξ. in Hyrcan. nominat Strabo, ac sic describit: Σιγύννιοι δὲ τἆλλα μὲν περσίζουσιν· ἱππαρίοις δὲ χρῶνται μικροῖς δασέσιν, ἅπερ ἱππότην μὲν ὀχεῖν οὐ δύνανται· τέθριππα δὲ ζευγνύουσιν, ἡνιοχοῦσι δὲ γυναῖκες, ἐκ παίδων ἠσκημέναι· ἡ δ' ἄριστα ἡνιοχοῦσα, συνοικεῖ ᾧ βούλεται; tum Sigynnos prope Istri ostium incolentes, de quibus sic Apoll. Rhod. lib. IV, vers. 309-320:

Ἴστρῳ γάρ τις νῆσος ἐέργεται, οὔνομα Πεύκη,
Τριγλῶχιν . . . . . .
. . . . . .
. . . . . παύεα λεῖπον
Ποιμένες ἄγραυλοι, νηῶν φόβῳ, οἷά τε θῆρας
Ὀσσόμενοι Πόντου μεγακήτεος ἐξανιόντα·
Οὐ γάρ πω ἁλίας γε πάρος ποτὶ νῆας ἔδοντο,
Οὔτ' οὖν Θρῄξι μιγάδες, οὔτε Σίγυννοι
Οὔτ' οὖν Γραυκίνιοι, οὔτ' οὖν περὶ Λαύριον ἤδη
Σίνδοι ἐρημαῖον πεδίον μέγα ναιετάοντες·

cui Herodotus suffragatur mox nobis citandus; tum alios Sigymnos Pontici littoris accolas, de quibus Pseudo-Orpheus Argon. 853-755:

. . . . . τρηχὺν δ' ἀγκῶνα Σινώπης
Καὶ Φίλυρας, Ναίτας τε, καὶ ἄστεα πυκνὰ Σαπείρων,
Βύζηράς τ' ἐπὶ τοῖσιν, ἰδ' ἄξενα φῦλα Σιγύμνων.

Porro quanquam longe Sigynnii a Sigynnis, ab utrisque Sigymni distent ac variantium scripturarum κακογραφία rem intricet, perspicuum est eadem nomina, eamdem gentem describi. Nam pariter Sigynnii, Sigymni, Sigynni, λῃσταὶ ἄνδρες, pariter pauperes ac sylvicolae, pariter feri a ἄξενοι,

et quod magis forte pretium operae est notari, eadem stirpe ortos equos possidebant. Quae si bene advertas, iam statues nihil hic esse praeter varias eiusdam gentis in Hyrcania scilicet, Ponto, Thracia, colonias atque sedes. Disputatio sola id manet, quis αὐτόχθων, quis patriae desertor, et coloniarum deductor; an e Thracia in Pontum, mox Hyrcaniam effusa gens, an contra ex Hyrcania in Euxini littus Ponticum, dein Thracicum, an forte inter Hyrcaniam ac Thraciam, medium principio tenens, hinc miserit colonias ad occidentalia, hinc πρὸς ἕω. Haec mox solvemus; interea neque hoc obliviscamur, Zigos esse in Colchidis montibus, cum amne Sigaunio (vid. Plin. lib. VI, cap. 6), Zigopolim in Orbalisene, Zingos aut Zigas in Europa, et in Sarmatia ultra Tanaim Zigas.

Sed ista diligenter, ut necesse est, inquirenti nonne venit in mentem de Zigeunorum deterrima item et miserrima gente, quae sub diversis nominibus per Europam, Asiam, Africam, pecudum ritu quas nec ingenio nec moribus superat, squalidissime palatur. Hi enim gallice audiunt *Bohémiens*, nempe, aiunt, quod, Boiohoemio transmisso, Alemanniam et Franciam invaserint, in Anglia vero *Gypsies*, in Hispania *Gitanos*, quasi Aegypto orti essent, in Perside *Lisech Hindou*, suo ipsorum saepe arbitrio *Pharaouni*, *Romi*, *Manousch* et *Gadzo*; at in omnibus fere europaeanis linguis nomen ferunt quod antiquorum Sigynnorum ὁμώνυμον est; nempe in Polonia *Zigani*, in Lithuania *Zigonas*, apud Walachas *Zingani*, italice, hungarice *Zingari*, ac Turcarum vernacula *Tchinganes*, τῷ *Atchingani* simillimum, quod in medii aevi scriptoribus frequentissime occurrit. De famoso hominum grege, de origine, de lingua, multa multi μαψιδίην; et iam desperatum et conclamatum videbatur, quum Cl. V. Buttner et Grellmann, *Hist. Zigeunorum*, 1787, Zigeunorum idioma edocti, in hoc stupuere, omnes ferme voces mere samskriticas, multanicas, bengallicas, industhanicas, paucis admissis quae a persica lingua, item slavonica, biarmiaca, finniensi, woguliana, hungarica fluxere. a La langue zigeune est une branche de cette famille des langues indoues, dont le sanscrit est, non pas la mère, comme s'exprime le vulgaire des savants, mais le type, le modèle le plus régulier et le plus connu. La langue des Véda's, des Pourana's, de orgueilleux Braminis et du profond Buddah retentit en Europe sous la tente de nomades que la société repousse'l a Malte-Brun, *Précis*, etc. tom. V, pag. 271. Id a Grellmanno atque amico prolatum, Adelungio deinde et Vatero in Mithridat. tom. II, pag. 247, tom. IV, pag. 85, receptum, omnes hodie certum habent.

Nec minus, quod uterque brevi de origine gentis divinavit: nimirum Zigeunos unam ex indicae infimis castis (sic ii classes et ordines civium designant) fuisse, quam res novae et gravissima in civitate mutatio arrabundam patria pepulit. Tria enim in hoc firmandum conspirant, nempe linguae characteres quos indicis idiomatibus convenire nullus potest inficias ire, tum habitudo corporis, ac facies, ac praeterea nomen quod sibi ipsi imponunt, caeteris sincerius, solemnius, antiquius, nempe *Sinte*; quod idem esse cum *Sind*, *Hind*, *Ind*, vel ignaro patet. Nam in mappis saepe *Sind* pro *Ind*, *Sindhy* pro *Indhy*, scriptum occurrit. Item graecum ὗς Latinis fuit *sus*, ἅλς sal, ἕρπω serpo, ὕλη sylva, et in urbium nominibus indiscriminatim Halmydessus, Salmydessus. Favet praeterea persica appellatio *Siseeh-Indou*,

hoc est, *Indus Niger*. Quoçirca unanimi hodie doctiores viri de Indica Zigeunorum origine.

At hoc pronum atque obvium fuit: quam ob causam et quo modo hi ex India in Europam venerint, decernere hoc opus, hic labor est; neque ullus huc usque feliciter tentavit.

Principio quidem vulgatior haec opinio fuit, ista errantium agmina versa in fugam, Timurlenghi saeculo, quum is Indiae victorem exercitum incubantem dirigeret. Creditur quoque in occidentali India his patriam fuisse ab Indo amne non procul. Sed Pallas, *Neue nordische Beitroege*, tom. III, p. 96, e Zigeunicae dialexeos verbis, structura, tenore coniicit eos a regno *Multan* oriundos. Iisdem contra Fr. Bartholomeo (vid. *Voy. t. III, p.* 197, *trad. franç.*), Zigeunos credit in Peninsula *Goudjerat* sedem habuisse, ac specialiter circa ostia Indi, qua urbem Tatta mare et amnis praefluunt; hic enim greges praedonum degunt, qui nomen *Tschingani*. Dr. Richardson in optimo commentario de Baziguris (*Asiatic researches*, vol. VII, pag. 751), in Baziguris indicis sibi videtur hos invenisse. Isti enim saltatores errabundi, histriones, circulatores, funambuli, quidquid sordidissimi artificii est, hoc studiosisime colunt. Suspicabatur Malte-Brun, eosdem esse cum his qui vocantur *Correwas* e populo *Soudras*. Vid. Valentyn, *Oud and Nieuw-Ostendien*, V, A, p. 88, *Kust-Coromandel*, B, lib. III, § 12. Sed moltiplex obiectio singulis obstitit, et ante idoneum examen receptas sententias funditus tollit. Audacior Behr (*Zusaetze zur allgem. Welthistor*, t. III, § 54), atque felicior in coniectura, et post eum, I. G. Hasse (*die Zigeuner im Herodotus*, Koenigsb. 1803), migrationem negant tam recentem. Neque enim ullo modo assequi possis, si anno 1400 Indiam Indi relinquerent, eorum greges innumeros tere per Walachiam, Hungariam, Poloniam, vagari, ne uno quidem spectabili agmine Persidem, Tatariam, Caucasum tenente. Zigeunos igitur putat dudum extorres et errabundos sensim versus occidentem tetendisse; hinc inde effusos, hic illic manentes, huc illuc cursitantes. Opem tulit vir eximius Lelewel, *Badania Starozytnoci geographii*, etc. h. e. quaesita de Veterum geographia (Wilna, 1817), qui demonstravit ante historiae tempora, Indicas quasdam gentes Bosphori Cimmerii accolas fuisse, et in Europa praecipue Thracia, diutissime habitasse. Namque infra Maeotas et Bosphorum in Euxini littore regio est, quam Siuticam vocant Strabo, Plinius, Ptolem. atque his longe antiquior Herodotus; sed certe librariorum incuria qui *S* nomini praepositum falso voluere. Vid. Herod. lib. IV, cap. 28 (ed. Wesel.), pag. 293, not. 7; ibid. cap. 86, not. Walckenaer. Haec regio in mappis quam Lelewel ipse confecit, inscripta est India Polnocznia (hoc est, India septentrionalis). Huius regionis incolas tradunt commercii gnaros, armis imbelles, corpore infames, impuros, feminarum omnium concubitus vagos, et plus quam meretriciam salacitatem; quod optime convenit Zigeunarum mulieribus, quae pudicitiam in propatulo habent, et venales ubique stant. Tum apud Macedonas, inter Strymonem et Nestum atque Pontum amnem, tractum Sinticum fuisse, unde Heraclea Sintica. Itidem in Lemno Sintias de quibus Vulcanus, quem pater

Ῥῆμε ποδὸς τεταγὼν ἀπὸ βηλοῦ θεσπεσίοιο.

Nam postquam casum suum descripsit, et sibi aegre spirandi vices durasse addit:

Ενθα με Σίντιες ἄνδρες ἄφαρ κομίσαντο πεσόντα.

Neo intra Asiam Minorem defnere; nam Caras inter et Cilices eos olim exstitisse monet Machabaeorum lib. I, cap. 8, vs. 8 (et regionem Indorum et Medos et Lydos de optimis regionibus eorum, et acceptas eas sbeis dederunt Eumeni regi) et fuse probavit Cludius in Commentario ad hoc, quem adi in *Repertor. für Biblische litteratur*, tom. XI.

Hisue quae doete et splendide tot viri summi disputarunt fas erit e nostro peuu coniecturam addidisse? qus nimirum explicetur gallicae vocis *Bohémien* origo. Non enim hanc causam nomini esse reor, quod Boioboemium Zigeuni ante traiecerint quam in Gallias dirigerent impetum; sed ipsi sibi inter tot nomina nomen Bohoemorum quoque circumdedere; et haec causa fuit: Boioboemum a Boiis olim debellatum et redactum in imperii ae civitatis formam adepta est vi et armis Slavorum gens quae appellabatur *Czech*, vel, si litteris gallicis sonum exprimi volneris, *Tchek*. Atqui in linguis perpetua est confusio inter *tz* et *tch*, quemadmodum inter *dz* et *dg*. Nunc memento Zigos esse Arriano Ζιγχοῦς, ubi syllsbae ῥίζα, *zicch*, quam pronuncias *tchicch*; memento et Ossetis nuncupari Zigorum sobolem *Kasachcs*, h. est, *Kasach*; ubi, si priorem vocalem eieceris, quae forte ab iuterpolatione est, vide quam similis iam appellatio *Ksach* cum slavica *Czech*, subinde evadet. Fortuitam quidem hanc similitudinem non negaverim; sed nihil refert, nam Zigeuni, intellecta nominum relatione a slavico *Czech*, ad Tentonicum Bohoemi transilire facillime debuerunt.

Hinc sequitur, tum ex India profectos greges homines passim occidentali Asiae, mox Sarmatiae, tum Germsniae et Frsnciae, diversis sane temporibus, sed iam ante incunabuls historiae in Graecia incubuisse; eos, qui *Sinti*, *Sindi*, *Hindi*, *Sudi*, *Sinties*, etc. prout accolae nomen exterum in pravum flectebant, eosdem esse cum Zigis, Zingis, Sigynnis, etc; Zigos igitur non alia e gente esse ortos quam ea Indica. Ergo in urbe Pontica Zigopoli, Indica lingua personuit: ergo Indicam dialecton Mithridstes coluit, calluit. Quae res sane ob id ipsum notsnda est, quod ab omnium, seu graecarum, seu mere asiaticarum linguarum formis illa distaret.

Ab Armenia nunc ad Colchidem feramur. Occurrit in via Moschica, cui id nominis a Moschicis montibus (*Aggidagh* et *Tekdagh*) obveuit. Ills Mithridaticis quoque armis missa sub iugum regio, e sylvis, eremis et snfractuosis saltibus maxime constitit; ac feras gentes complexa est multiplices, quarum tamen ad tres stirpes revolvebatur prosspia, Cappsdocas nempe vel Ponticos, Iberos et Armenios. Ergo dialexeon quoque vis multa, linguarum vero triplex genus: sed nomenclaturae huic nostrae una tantum subiungetur, Iberica haec, omissis et Pontica et Armeniaca, de quibus iam abunde dictum: iam in hac lite, ut in re forensi, lex est *ne bis in idem*.

Post Moschicam, et e montium iugis descendenti paululum in subiectas planities et ad mare, Lazi spectantur, et Colchis proprie dicta. Sed Lazi eo tempore nondum innotescebant, nec dubium quin linguam suam habuerint a finitimis longe discrepantem ac dissonam; sed fere erant et sylvestres, et

forte a mari remotiores, dum procederent ad occidentale Asiae latus. Hinc eos ex Albania et Caspiis littoribus ad Eusini oras processisse fere certum videtur; et peculiari aliquo aut tribus suae, aut ducis nomina tunc signatos, quum Albaniae fines tandem egressi essent.

Quod ad Colchos attinet, omnes norunt inter diversas, quae ad originem popularium faciunt, sententias, eam praecipue pervagatam in scholis et libris doctorum virorum, quae Aegyptiorum cognatos eos esse vult. Multus in hoc approbando Halicarnassensis, Calliope, ad quem te remittimus. Favet eximie Dionysius in Perieg. vs. 688 694:

Πὰρ δὲ μυχὸν πόντοιο, μετὰ χθόνα Τυνδαριδάων
Κόλχοι ναιετάουσι, μετήλυδες Αἰγύπτοιο,
Καυκάσου ἐγγὺς ἐόντες, ὃς Υρκάνιον περὶ πόντον
Οὔρεσιν ἠλιβάτοισιν ἀίξεται, ἔνθα τε Φᾶσις
Κιρκαίου κατὰ νῶτον ἑλισσόμενος πεδίοιο
Εὐξείνου ποτὶ χεῦμα, θοὴν ἐπερεύγεται ἄχνην
Αρξάμενος τὸ πρῶτον ἀπ' οὔρεος Αρμενίοιο.

Strabo quoque innuit nec vituperat, l. XI, ubi: Η δὲ λινουργία καὶ τεθρύλληται. καὶ γὰρ εἰς τοὺς ἔξω τόπους ἐπεκόμιζον· καί τινες βούλομενοι συγγένειάν τινα τοῖς Κολχίοις πρὸς τοὺς Αἰγυπτίους ἐμφανίζειν, ἀπὸ τούτων πιστοῦνται. Ergo linguam Aegypti, sive Copticam, licet Colchis et Mithridati assignare.

Nihil de caeteris populis aut urbibus iaciemus, quae Αξείνῳ sive Εὐξείνῳ Ponto adiacent: nam neque hae gentes Mithridatem regam habuere, cui vix milites aliquot furaces plus quam pugnaces missitabant; et Dioscurias quo emporio ter centenis linguis, teste Plinio supra allegato, res gerebantur, libera ac sui iuris fuit. Quid praeterea nos Achaei invant, et Heniochi, et Melanchlaeni, sive his, ut appellatio, sic origo vere graeca fuit, sive secus? Quid Zigi, nisi ob Zigopolim, de qua iam fusissime nos disputavimus? Quid Soanes, Tzoani, Tzanni, Sanni, nisi ob oppidi apud Cappadocas, Zoana, homonymiam? Num eo tendimus, ut *Phtirophagos* speculemur convivantes, et in Alpium suarum Caucasearum virgultis specubusque sordidissima entoma habentes in deliciis. Num Sindicam, de qua obiter dumtaxat hucusque sermo fuit, volumus peragrare, examinaturi, an palmariae his locis meretrices, Gaditanas Romae famosas lascivia et nequitiis superaverint, et ipsae ambubaiae, et ipsae saltatrices? Num Vali, Serbi, Arrechi, Psesii, Aspongetani placent, barbara ac romanis auribus minime placentia, nedum nostris nomina? De Cercetis tamen pauca dicenda, sed haec modo quum da Bosporanis agemus, quanquam et hi Colchorum fuerunt.

Bosporus vero ante Mithridatem iam in imperii formam redactus fuerat, variosque casus, prout regibus ingenium, natura, opes, et fortuna obvenarant, in vicem expertus erat, modo intra paludem Maeotidem coarctatus, saepe complexus provincias ac populos finitimos, interdum et Chersonesum Tauricam quam vocavimus diu *Crimée*, et Tanais ostia. Vltimus dynastarum Parysades, Scythis ingruentibus iam impar, Eupatorem regno donavit; qui, copiis fretus, Scythas subinde in Scythiam pepulit, mox admiratores sui fecit, et sibi foederibus, connubiis, ac quasi tutela iunxit. Scilicet illud semper initii fuit aequalium servitutem meditantibus, nomen primum magni

amici praetendera, mos tutatoris, dein arbitri ac legum latoris, si quid litis intervenerit: inde gliscere servitium; regna in provinciarum formam mutata exolescere; ac populi nomen et status e gentium numero sublati perire. Hoc serius ocius futurum, ni quid obstaret unde non timebatur, norat Eupator, et ad summam potestatem pedetentim grassabatur, Romanorum instar, qui Pergami, Aegypti ac Syriae reges amicos prius nuncupaverant, mox regno et fortunis deturbandos. Sic ille non paucos e Scythia et Sarmatia regulos in aulam arcessebat, libenter advolantes, et asseclas, comites, amicos fieri se valde gaudentes. Sic Rex Regum ab aulicis ferebatur. Ex his vero eos potissimum debuit subditos sibi credere, aut praedicare qui propiores erant. Hi vero fuerunt Iazyges, quos Polonica lingua Iadwinges dictitatos refert Sestrencewicz, Roxolani qui postea simplici vocabulo *Ross*, sed tunc et Rossia, vel Rosis et Alanis constabant (nam ii non auscultandi, qui derivantur a *Ross* et *land*; inter omnes enim convenit *Proto-Slavicam* hanc gentem), Tauros, Scythas et Maeotas. Singuli sun quodam idiomate utebantur, quanquam in his Slavicae linguae modo principatum, modo praesentiam deprehendas. Sed Iazygas scito, qui quoque Iaxamatae vocabantur, e Sarmatarum stirpe, magna ea quidem et numerosissima, oriri; Sarmatae vero, ut aiunt sagaciores Ethnographi, e Mongholo-Tataris; Mongholicam igitur dialexim adamatur, donec Oedipus exortus sit ad rem explicandam, Iazygicum vere sermonem fuisse. De Roxolanorum Ολο-πρωτο-Slavicismo si quis dubitaret, ne dignus quidem esset in quo refellendo horulae impenderemus unciolam. Tauro-Scythae, ut e nomine ipso apparet, habuere linguam non ἄκρατον, sed hybridam atque συμμεμιγμένην, coalescentibus nimirum Slavica Scytharum et Taurorum Thraco-Pelasgica. Maeotas vero Finniensium, aliter Tchudarum gentium stirpi adnectendos monet Malte-brun, dum Sarmatas, Scythas, Iazygas, Fennos, Herulos et celeberrimos omnium Chunnos vel Hunnos annumerat Finniensibus. Horum ergo lingua Maeoto-Tschudica esto.

Cercetas non praetereo, quos falso quidam cum Zigis eosdem censent. Illi omnino proavi, abavi, atavique sunt Tcherkassarum, quos gallice dicimus *Circassiens*. Nec mirere inversum gentis nomen. Nam c nostrum cum *e* et *i* Italis Orientalibusque omnibus fere est *tch*. Vna Albanarum linguarum sane fuit Cercetica; nec multum, ut reor, recessisset a Lazica; Albano-Cercetica interim prior vocetur.

Vna restat, nempe quae proprie Bosporana existimanda. Cimmeriam hanc reor fuisse, vel si placebit characterem vocabulo signari, Pelasgico-Cimbricam. Nempe Cimmerii a Cimbris nomen traxere: nam Cimmeri et Cimbri unum et idem, hoc apud Graecos imperante euphonia, ut sublata διὰ ἀφαίρεσιν vocali ε inter binas liquidas, quorum prior μ, posterior vero λ vel ρ, labialis primae (β) interpolatio sequeretur. Ea de lege tot insignium formarum miracula: μέμβλωκα pro μεμέλωκα; γαμβρὸς quasi a γαμερὸς, qui, si esset, veniret a γάμος, nuptiae; μεσημβρία, quasi a μεσημερία. Nec desunt exempla apud caeteras gentes. Nostrates a *numero* fecerunt (post *numro*, *nomro*, *nomre*) *nombre*; a *camera* (italice cubiculo), *chambre*; a *zemlia* (Rossice terra), *Zemble*, ut in geographica voce *Nouvelle-Zemble*. Hinc patet Cimmeros et Cimbros consonare. Ergo Cimbri a *Cimbrica* Chersoneso, quae est hodie *Sud-Jutland*, in Tauricam peninsulam commigravere, ubi Thraco-Pelasgica solitos loqui invenerunt; nec nihil e novo sermone, Ethno-

graphizantium iudicio, hauserunt miscueruntque vernaculo. Alii coloni accesserunt, sed hi Graeci et Ελληνο-Πελασγιστὶ dicentes. Nova tunc mixtio fuit Pelasgico-Cimbricae cum Helleno-Pelasgica. Vnde quum propter Pelasgicarum duarum cum una Cimbrica mixtionem non sit in promptu per unam vocem, nisi ἑννεακαιδεκάπηχυν, vel ut illa Aristophanica Acharn. plusquam ἑβδομηκοντασύλλαβος omnia exprimere, utriusque denominationis initialia omisimus, dicimusque linguam Bosporanorum Pelasgico-Cimbricam.

Ecce iam, si cui rursus numerare et cogere in summam quae hactenus dicta sunt libuerit, non minus quam duo et viginti linguas tenemus; nec διαλέξεων universitatem indigitavimus, quae plusquam duplex esse debuit.

Nunc tamen, ut melius constet quas gentes et quibus in locis, quibus linguis Mithridates sic affatus, bene credimus et λυσιτελεστάτως duos Πίνακας synopticos delineatum iri: quorum altero linguae indicabuntur non locorum ordine, sed stirpium (*Hauptstammen*) habita ratione; altero ordinem sequemur locorum et gentium, dicemusque ex professo ubi quaeque in usu apud proceres, apud plebem, apud milites fuerit. Caeterum in utroque de dialexibus quaedam iacimus, quae in Diatribe praetermissa e consilio sunt.

INDICVLVS PRIOR

Quo linguarum series ad suas stirpes retractarum vocatarumque explicatur.

I. E stirpe Pelasgica: 6

1. De ramo Thraco-Pelasgico:
   α) Paphlagonico-Hellenica, vel Paphlagonico-Cappadox,
   β) Bithynica,
   γ) Tauro-Scythica (ἐκ μίξεως cum Slavica),
   δ) Pelasgico-Cimbrica (ἐκ μίξεως cum Helleno-Pelasgica et Cymbrica.)
2. De ramo Helleno-Pelasgico: Hellenica (Ionica, Dorica, Lydia, Mysia, Achaeorum? Heniochorum?); Brigica (Carica, Cappadocica.)

II. E stirpe Etrusca: 1

Romana, seu Latina.

III. E stirpe Semitica: 3

Syriaca (vel Syriaco-Cappadocica, Cappadoco-Syriaca), Lycaonica, Chaldaica.

IV. E stirpe Farsica: 6

1. De Caucaseo ramo: Moscho-Iberica, Arméniaca, Suanica, Sindo-Cercetica, Mosynoecica.
2. De Farsico ramo; Cappadoco-Persica.

V. E stirpe Indica. 1

Zygica.

E stirpe Aegyptiaca: 1

Colchica.

VII. E stirpe Celtica: 1

Celtico-Galatica.

VIII. E stirpe Teutonica: (sed iam notata)

Pelasgico-Cimbrica; quam vid. supr. I, 1, δ.

IX. E stirpe *Proto-Slavica:* (quarum alterius iam mentio)

Tauroscythica (I, 1, γ) Roxolanica, Iazygica.

X. E stirpe Tchudica: 1

Maeotica.

INDICVLVS II

Quo in recensendis linguis locorum ordinem fere sequimur.

I. Romana seu Latina, Romanorum militum in insulis, Asia minore, etc. qui tamen graece docti, negotiatores, praefecti, graeca saepius utebantur ac libentius.

II. Graeca vulgaris, quae in Graecia tota, Thessalia, Macedonia, Epiro, Thracia, tum insulis Aegei maris fuit sola apud proceres et proletarios in usu. In Asia Minore omnes graece norant, et graece colloquebantur elegantissimi viri. Porro illius dialectus multiplex: hic eas duntaxat nominabimus, quibus potuit Mithridates in itineribus et bellis uti:

1. Ionica, in Aegei littoribus, Panionio multisque insulis.
2. Attica, Ionicae varietas.
3. Dorica, in Caria parte maritima, qua urbe Miletus et Halicarnassos.
4. Aeolica, in Aegaei littoribus, qua mari Lydia praetenditur.
5. Lydica.
6. Mysica.
7. Bithynica (quae in linguae dignitatem dialectos evasit).
8. Paphlagonica (quae et Paphlagonico-Cappadox, vel Paphlagonico-Hellenica).
9. Achaeorum, Heniochorum, Melanchlaenorum.

III. Brigica (seu Phrygica).

Phrygum olim fere omnium, et pertinens ab Haly fluvio ad Idam montem: sed coloniae a septemtriona, meridie, oriente et Hespero non procul confluxerant, et egressae e finibus suis Phrygiam intra limites coarctabant minus ac minus in diem latos. Inde linguae minor diffusio; quae in Catacecau-

mene dumtaxat et Caria ac Mysiae orientalibus valuit. Quadruplicem dialecton inde fluxisse eredimus, nempe:

α) *Megalo-Brigon.*
β) *Smicro-Brigon*, vel Mysorum.
γ) Isaurorum, Oroadensium.
δ) Caron.

IV. Lycaonica.

Lycaonum, et sola sui generis, quamvis aspera et τραχεία his regio, et latrociniis assueta gens victum quaeritare.

V. Celtico-Galatica, quam, ut in tres civitates, nempe Trocmorum, Tectosagorum et Tolistoboiorum divisa gens, ita in tres dialectorum formas: crederemus recessisse, ni Strabonis vetuisset auctoritas. Pessinunte, Tavii, Amorii, Dindymi, Ancyrae, Gangrae hac utebantur.

VI. Cappadocica, quam ita dividimus, donec manum solertior admoverit.

α) Morimenica.
β) Cammanenica.
γ) Colopenica.
δ) Tyanitica.
ε) Saramenica.

VII. Cappadoco-Persica, quae unde advenerit, quam sociam receperit, nomen ipsum innuit. Septemplicem putamus.

α) Sargarausenicam.
β) Cataonicam.
γ) Horsenicam.
δ) Phazemonitidicam.
ε) Daximonitidicam.
ς) Ximenicam.
ζ) Zeliticam.

VIII. Paphlagonica, quae et ipsa in quinque abit.

α) Olgasicam in monte Olgaso et provincia Gaudilonitide,
β) Pimolisenicam.
γ) Domanitidicam.
δ) Blaenicam.
ε) Timonitidicam.

IX. Syriaca, in Cilicia proprie dicta, tum Campestri, tum aspera, et Oropedio Cappadocico, quod circa Argaei montis iuga ae nives aeternas iacet. Quatuor ad minimum eius Cilyco-Syriacae censemus; sed una tantum Eupator usus, ea nempe quae in Cilicia Cappadocica usitata est et vocata nobis Syriaco-Persica.

X. Zoanica. 1° Soanum in Colchide; at 2°, Zoanae in Orbalisena.

XI. Chaldaica; haec Chalybum fuit.

XII. Macronica.

Sylvestrium hominum, qui Ponti orientalis pagis, castris, plaustris, turriculis habitaverunt. Quadruplex quoque dialexis.

α) Mosinoecorum.
β) Heptacometarum.
γ) Drylarum.
δ) Philirum.

XIII. Zinoanica, vel Zicevnica.

Zigorum fuit, qui Euxini littora ac finitimos locos supra Heniochon imperium pererravere; tunc in Sintica, quae a Zigis tendenti in septemtrionem est; tum Zigopoli in Cappadocia. In tres formas debuit mox abiisse:

α) Sindo-Maeoticam.
β) Sindo-Cerceticam, vel Sindo-Colchicam.
γ) Sindo-Cappadociam.

Ajasson de Grandsagne.

EXCVRSVS VI

DE ARTE MNEMONICA.

Ad haec Plinii verba, cap. 24:

Ars postremo eius rei facta est et inventa est a Simonide melico consummata a Metrodoro Scepsio, ut nihil non iisdem verbis redderetur auditum.

Eam artem quam e graeco memoriae nomine Mnemonicen Europaei vocant, diu neglectam, atque ignoratam, a quibusdam non ita pridem commendatam, mox ab istis irrisam quibus mos nova incessere et cachinnis excipere, tandem homines doctissimi scientiarum sodalitio adiunxerunt; neque quisquam est hodie, qui dum Mnemonicen irridet, huic nocet magis quam sibi et famae suae.

Inter hos qui de scientia optime sunt meriti primas sedes sibi vindicant I. Chr. *Freyherr* Von Aretin, qui multa de arte nova conscripsit, et inprimis suam Isagogen ad theoriam et praxin Mnemonices, etc. *Systematische Anleitung zur Theorie und Praxis der Mnemonick, Nebst den Grundlinien zur Geschichte und Kritik dieser Wissenschaft, Sulzbach* 1810, in-8°, et nostras Aimé Paris qui parem sibi famam, vix iuventutem ingressus, conciliavit praelectionibus publicis in Athenaeo et enchiridio classico, cui titulus *Exposition et Pratique des procédés mnémotechniques.*

Ille ad calcem operis sui analysin optimam Aretinianae historiae subiecit, cuius initium hic nos vertimus. s Nobilissimum virum Von Aretin non sequemur in suis investigationibus de origine Mnemonices in Oriente. Artis mnemonicae tentamina ille videt in hieroglyphica, in Peruvianis *Chipo*, in Iroquensium symbolica scriptura. In Isagoge nostra iam diximus vetustissimam simul et utilissimam huius scientiae Praxin in linguarum inventione stetisse; ergo quot sunt regiones in quibus linguae inventae sunt, tot Mnemonice incunabula habuit.

s Non eadem de tentaminibus dicenda, ad quae se quidam contulere, ut Mnemonices vias in corpus quoddam scientiarum et disciplinam redigerent. In hoc omnes consentiunt, ut Simonides primus memoriae arte comparatae systema aedificaverit; Aretinus tamen ad Pythagoram refert primos in hoc stadio gradus, neque ante Simonidem Pythagoram solum videt, sed artis principia credit a Dionysio sophista desumpta e Chaldaeorum bibliis. Antiquitas graeca quum nullum opus ad nos usque miserit, in quo de hac scientia peculiariter agatur, coniecturas, sed nihil praeterea, licet de statu artis in Graecia iaculari. Tamen a versu Nubium 483 colligitur, Mnemonices professorem Socratem fuisse. Notam hanc Platoni nullus inficias iverit, qui

eius libros perlegerit. Disciplinarum et musices partem eam esse Plutarchus fatetur, eam in Graecia tradi res est supra dubium sita. Novimus quoque e locorum quorumdam ordine et compositione practicas methodos derivari. Sed quaenam hae methodi? id forsan nunquam innotescet.

a Quidam volunere Aristoteli, quem diu universalem omnes crediderunt, hanc methodum quoque in scholis cultam et commendatam; et ex illius discipulis unus Theodectes hac usus dicitur fructuosissime. Aliquid tamen in Stagiritae, ut aiunt, λειψάνοις reperire, quod illius in Mnemonices scientiam iura demonstret, non minoris impedimenti res foret, quam si tentares e Thoma Aquinate locum quemdam excerptum ad huius Mnemotechnici systematis gloriam transferre.

a Romanos hac arte sexcenties usos multa probant, praecipue locus ex Horatio, Serm. lib. II, sat. IV, 1: « Non est mihi tempus aventi Pueros signa novis praeceptis qualia vincant Pythagoran, Anytique reum doctumque Platonem; » Ciceroniana quaedam, ut libr. ad Herennium tertii, num. 16-24, et de Oratore 85 87; item locus e Quintiliani Institutionibus. Ex his posset demonstrari, etiam deficientibus caeteris argumentis, solere Romanos imaginandi facultate ad hoc usos, locos sibi quosdam fingere, quos pro ordinationis numeris, aut, nam id unum et idem, pro recordationum notis (*points de rappel*) caperent, ibi collocatis phantasticis tabulis quae ideas repraesentarent; utilissimae artis praxin Romae eo provectam constat, ut omnes mirarentur. Causas nescimus quae scientiam retroegerunt.

a Caeterum illius talis ignorantia quinto saeculo, ut solus Martianus Capella de ea mentionem iniiciat. Vid. illius lib. V, cap. de Memoria.

a Alcuinus in Rhetorica ait, nihil methodi sibi innotuisse, quo memoriae auxilium feratur.

a Saeculo tertio decimo Mnemotechnia tandem rediviva aliquatenus resurrexit. Tractatum de arte memorativa conscripsit vir in scientiis eximius Roger Bacon. Mox Raymundus Lullus qui visus est Alchimistarum modo mentem humanam aggredi, et quaerere annon et intellectui lapis suus philosophalis esse posset. Prioris librum non legimus; Lulli opera, quibus titulus *ars magna* et *ars brevis*, frustra aggressi sumus. Neque enim in his libris aliquid vidimus, nisi tenebras et noctem sine luce, quasi id consilii auctori fuisset, ut omnia intelligeretur. De iis quae credidimus in illius systemate scholastico ad omnes scientias arripiendas nobis vere adspecta esse, nihil dicemus.

a Saeculo decimo quarto chronogrammata in usu fuere, ut res maioris momenti memoriae mandarentur. Aretinus exempla congessit.

a Monachus Graecii, cui cognomen Bartholomaeus a Sancto Concordio, natus anno post Christum 1262, ann. 1347 defunctus, et Pisae Dominici ordinem ingressus de Mnemotechnia solus egit. Exstat eius opus italico sermone conscriptum de memoria artificiali in bibliotheca Sancti Marci Florentiae; quod plurifariam et sub diversis titulis, typis mandatum est. Sed hoc nihil fere aliud quam italica versio Rhetorices ad Herennium.

a Saeculo proximo Publicii, Petri Ravennatis, Conradi, Celtis, et caeterorum laboribus Mnemonice ad verum scopum reversa est; dum et Raymundi Lulli et Rabbinistarum superstitionibus quas ne brevissima quidem

relatione dignas existimavimus, substituunt locos, sed meliore ordine dispositos, et notarum systema per alphabeticam seriem digestarum.

» Decimo sexto saeculo scribentium seges numerosior enituit. Gulielmus Leporeus Avallonensis et I. Rumberch Publicium et Celtem aemulati sunt, imitatoresque vel discipulos post se traxerunt, Gulielmum Gratarolum, P. Cosm Rossellium, Philippum Gesvaldum, et inprimis celeberrimum Lambertum Thomam Schenckellium Dusilvium, quem diu Mnemonices regeneratorem existimaverunt; *Jourdain* Brun, qui eas tantum revera scientias ratus quae astrologiae somniis innixae essent, locorum ope abiects, recordationum notas quaesivit in zodiaci signis eorumque divisionibus, Metrodorum secutus, qui ea signa in triginta partes secuerat.

» Saeculo decimo septimo, methodum iam videmus multis inventis I. P. Portae, Adami Bruxii Halensis, Winkelmanni, etc. locupletatam; nec dedignatus est Leibnitius qui artis principia in libro manu exarato concinnavit; porro codex ille in bibliotheca hanoveriensi servatur, et Aretino monstratus est.

» Per singula XVIII viginti lustra stetit Mnemotechnia nunquam sibi impar Iohannis Henrici Dobellii auxilio, item Iohannis Brancacii, Ricardi Grey, magistri L. M. H. Luberi Amburgensis, etc.

» Tum per prima quinque lustra saeculi huius decimi noni incuntis nominibus multis ars Mnemonices gloriatur, quales Graeffe, Von Aretin, Kestener et Fensigle qui philosophiam scientiae basim fieri summa diligentis curaverat. »

Operis nostri natura et fines iubent hoc loco Excursui modum statuamus. Gratum tamen haberemus nec inutile legentibus, si bibliographiam mnemotechnicam, parum quidem usque notam mantissae loco appenderemus. Invidiam deprecamur, si ad caetera, ut decet, properantes satis habemus ad eiusdem Aimé Paris opus legentem remittere, pag. 524 sqq.

Ajasson de Grandsagne.

EXCVRSVS VII

AN QVIS SAEPIVS QVAM CAESAR SIGNIS COLLATIS DIMICAVERIT ?

Ad ea Plinii verba, cap. 25:

Idem signis collatis quinquagies dimicavit.

Ne post Plinium crediderit lector ingenuus nemini toties pugnatum quoties Caesari. Nam tredecim annorum spatin tantum bella Caesar gessit. Quis vero dubitabit Attilae, Tschinghiskhani, Timurlenghi praelia et victorias quae tot annorum spatium occupavere (nempe viginti quatuor, triginta, quinquaginta) non impares numero esse Caesarianis praeliis? Sed historiae horum temporum absunt, nec potest quidquam certo definiri. Recentiore aevo quinquagies quoque dimicavit rex Scandinavorum Gustavus Adolphus, militarium virorum quos proxima saecula tulerunt, facile princeps, modo unum excipias, qui nimium diu supra capita nostra et totam Europam elatus regnavit. Ille signis collatis ac praesens, non legatorum vice, fere trecenties manum cum hoste conseruit, raro improsperam. Quarum pugnarum praecipuas licet hoc loco rescriberes

Pugna apud pagum *Millesimo*, 1796, provincia tunc dicta *Piémont*.
Praelium apud *Degn*, 1796, ibidem.
Pugna apud *Montenotte*, 1796, ibid.
Praelium apud *Castiglione* in Italia, 1796.
Vi capta urbs *Vérone*, 1796, ibid.
Praelium apud *Serravalle*, 1796, ibid.
Pugna apud *Roveredn*, 1796, ibid.
Praelium apud pontem urbis *Lodi*, 1796, ibid.
Praelium apud *Fombio*, 1796, ibid.
Rursus expugnata urbs *Vérone*, 1796, ibid.
Pugna apud *Arcole*, 15, 16 et 17 nov. 1796, ibid.
Praelium apud *Lonato*, *Castiglione* et *Solo*, 1796, ibid.
Pugna apud *Saint-Géorges sous Mantoue*, 1796, ibid.
Praelium apud *Bassono*, 1796, ibid.
Pugna apud *Mondovi*, quae mox vi capta, 1796, ibid.
Praelium apud *Governolo*, 1796, 23 sept. ibid.
Vi superatus amnis *Mincio* apud *Borghetto*, 1796, ibid.
Praelium apnd *Governolo*, 1797, 18 sept. ibid.
Pugna apud *Rivoli*, 1797, ibid.
Praelium apud *la Favorite*, 1797, ibid.

Praelium ad *Hundsmarck*, 1797, in Carniola.
Pugna apud amnem *Tagliamento* ad Valvasonem, 1797.
Capta *Melita*, 1798.
Captum *Alkairah*, in Aegypto, 1798.
Pugna apud *Chebrisse*, 1798, ibid.
Pugna apud *Alexandriam*, 1798, ibid.
Pugna apud *Pyramidas*, 1798, ibid.
Praelium apud *Kamanie*, 1798, ibid.
Pugna apud montem *Thabor*, 1799, in Palaestina.
Praelium apud *Korsoum*, 1799, in Syria.
Capta urbs *Gaza*, 1799, ibid.
Expugnata *Jaffa*, 1799, in Palaestina.
Expugnatum castellum *El-Aryoh*, 1799, in Syria.
Pugna apud *Aboukir* in Aegypto, 25 quint. 1799.
Expugnatum castellum *Aboukir*, 2 sext. 1799, ibid.
Impetus obsessorum e *Jaffa*, 1799, in Palaestina.
Pugna apud *Montebello*, in Italia, 1800.
Pugna apud *Marengo*, 1800, ibid.
Capta urbs *Vlm*, 1804, in Germania.
Pugna apud *Elchingen*, 1805, ibid.
Pugna apud *Austerlitz*, 1805, ibid.
Pugna apud *Iena*, 1806, ibid.
Praelium apud *Czarnovo*, 1806, in Polonia.
Praelium apud *Bergfrid*, 1807, in Borussia.
Praelium apud *Guttstadt*, 1807, ibid.
Praelium apud *Heilsberg*, 1807, ibid.
Pugna apud *Eylau*, 1807, contra Russos et Borussos, ibid.
Pugna apud *Friedland*, 1807, ibid.
Capta urbs *Madrid*, 1808, in Hispania.
Pugna apud *Abensberg*, 1809, in Germania.
Praelium apud *Landshut*, in Borussos, 1809, quae capta mox.
Praelium apud *Ratisbonne*, 1809, quae subinde expugnatur.
Pugna apud *Eckmühl*, 1809, in Germania.
Pugna apud *Essling*, 1809, ibid.
Pugna apud *Enzersdorf*, 1809, ibid.
Pugna apud *Wagram*, 1809, ibid.
Praelium apud *Smolensk*, 1812, in Russia.
Capta urbs *Moscou*, 1812, ibid.
Praelium ad amnem *Kalugha*, prope amnem *Moskwa*, 1812, ibid.
Pugna ad amnem *Moskowa*, 1812, ibid.
Traiiciunt vi flumen *Bérésina* ad *Studzanca*, 1812, ibid.
Praelium apud *Béresina* (*Russie*), 1812, ibid.
Praelium apud colles *Dohna*, 1813, in Bohemiae confinio.
Praelium apud *Langennersdorf*, 1813, in Germania.
Praelium apud colles *Peterswalde*, 1813, ibid.
Pugna apud *Wachau*, 1813, ibid.
Pugna apud *Hanau*, 1813, ibid.
Pugna apud *Lutzen*, 1813, ibid.

Praelium apud *Lowenberg*, 1813, in Germania.
Praelium apud *Dresde*, 1813, ibid.
Pugna apud *Dresde*, 1813, ibid.
Pugna apud *Wurschen*, 1813, ibid.
Praelium apud *Prielnitz*, 1813, ibid.
Praelium apud *Nangis*, 1814, in Francia.
Praelium apud *Montereau*, 1814, ibid.
Praelium apud *Montmirail*, 1814, ibid.
Praelium apud *Brienne*, 1814, ibid.
Praelium apud *Château-Thierry*, 1814, ibid.
Praelium apud *Craonne*, 1814, ibid.
Praelium apud *Arcis*, 1814, ibid.
Praelium apud *Champeaubert*, 1814, ibid.
Praelium apud *Reims*, 1814, ibid.
Transmittitur vi amnis *Sambris*, 1814, in Belgica.
Praelium apud *Troyes*, 1814, in Francia.
Praelium apud *Vauchamp*, 1814, ibid.
Praelium apud *Saint-Dizier*, 1814, ibid.

AJASSON DE GRANDSAGNE.

Monendus est Lector, in hac praeliorum tabella ordinem chronologicum minime servatum esse. *T.*

EXCVRSVS VIII

DE FEMINIS QVAE REGVM FILIAE, VXORES ET MATRES ANTE PLINIVM EXSTITERVNT.

Ad ea Plinii verba, cap. 42:

Vna feminarum in omni aevo Lampido Lacedaemonia reperitur, quae regis filia, regis uxor, regis mater fuerit.

Plinium miramur qui in perlegendis exscribendisque sive Graecorum, sive Italorum voluminibus tam pertinax et diligens semper fuit, in re non ita difficili hallucinatum. Nam ut frequentissimum apud recentiores fuit uni feminae id contigisse, ut mater et filia et coniux regum fuerit, sic et apud veteres non raro idem evenit. Ergo operae pretium forsan nonnullis videbitur, si ad hunc locum reginarum nomina attexuerimus quae Lampidus Lacedemoniae pares vel fuerant, vel fuerunt. Nec de iis mentionem iniiciemus quas Mythographi et poëtae solum narrant, quales Helene, Sthenoboea, Hecube Cissei, etc. aut de regum Iudaeorum coniugibus, quae Romanis non innotuerunt, nisi Pompeii et Caesaris temporibus.

1° Prima omnium regii sanguinis titulos sibi vindicat celeberrima Olympias, cui pater Neoptolemus rex Epiri, anno ante Christum natum 360 defunctus, postquam viginti annos imperaverat. Olympiadem duxit Philippus II, rex Macedonum notissimus, genuitque ex illa Alexandrum III, cui cognomen Magnus ob fortitudinem et multiplices de Dario victorias. Olympias pra[illegible] Alexandri alterius soror fuit, qui nempe Neoptolemi filius, imperio potitus est anno ant. Chr. n. 360, at anno 330 fato functus est. Ille cum Romanis in Italia triennio gessit bellum, dictitabatque se cum viris dimicare, cum feminis vero sororis filium. Posset et adiici aliquid de Arymba Alcetae filio Neoptolemique fratre, itaque avunculo Olympiadis, qui, mortuo patre, cum Neoptolemo regnum Epiri divisit, titulumque regis sibi quoque circumdedit.

2° Roxane Alexandri Magni uxor nominanda est quoque; quippe quam Darii Codomanni filiam plurimi volunt; quibusdam tamen placet Oxyarten satrapem illi patrem fuisse. Certe filium peperit, cui nomen et imperium patris delatum ab exercitus principibus; sed cum filio in arce Amphipolis clausa et interfecta, iubente Cassandro, est.

3° Laodice Syria iunior, quae Antiochi Soteris filia, Antiochi Θεοῦ soror coniuxque, Seleuci vero Callinici et Antiochi Hieracis mater. Hic quidem non regnavit, sed Seleucus, qui natu maior, summam rerum viginti annis rexit. Ergo Laodice filia, coniux materque regum. Soror quoque; sed de

hoc vix innuimus; namque eiusdem (Theu nempe), a et soror et coniux ut Orientalium more fuit.

4.° Berenice e Lagidis, quam Καλλίκομον nominabimus, ne cum aliis eamdem credas quae ante aut post eam vixere; nam quatuor fuerunt cognomines, e Ptolemaico quoque sanguine; nempe 1.° Soteris uxor, Magae et Philadelphi mater; 2.° Philadelphi filia, Theuque Antiochi uxor, mox (ann. ant. Chr. nat. 248) a Laodice rivali, de qua modo nos, interfecta; 3.° Lathyri filia, Alexandri I (h. e. Ptolemaei IX) avunculi uxor, post 19 dies neci tradita; 4.° Auletae (al. v. Ptolemaei XI) filia, Seleuci, mox Archelai ἀρχιερέως coniux. Sed redeamus ad Berenicen τὴν καλλίκομον. Parentes haec habuit Ptolemaeum Φιλάδελφον (h. e. II) et illam Arsinoen quae post mortam sub nomine Veneris Ζεφυρίτιδος templum et divinos honores habuit. Frater Evergetas (quem et in historiis recentiores vocant Ptolemaeum III) eam duxit, genuitque ea ea Magam et Philopatorem, qui in solium evectus fratrem matremque ense palam sustulit. De illius coma, quam nempe in templo ob votum conceptum suspendisset, Callimachus poëma composuit, quasi inter sidera relata.

5.° Cleopatra e Seleucidis quae Antiochi III, (sive Magni) Syriae regis filia, Ptolemaeo Epiphani (recentioribus V) nupsit, filiumque habuit Φιλομήτορα (Ptol. VI) matricidam.

6.° Cleopatra III e Lagidis, famosissima ingenio et impotentia mulier, quae et Cleopatra Cocce audit, ut distinguatur tum ab illa quae praecedit, tum et in Lagidarum gente ab Epiphanis filia cognomine, Philometoris sorore et coniuge, atque a Syriae regina quae Philometoris eiusdem filia, et de qua infra mentio sub numero 7. Cleopatra nostra III ex harum priore et Philometore procreata, posterioris vero soror fuit, nupsitque avunculo Physconi, quem et Evergeten II vel Ptolemaeum VII hodie dicimus, et huic duos filios peperit, quorum utrique dignitas regia contigit, huic sub Lathyri nomine, quem et Soterem II et Ptolem. VIII aiunt, illi sub Alexandri I; Cleopatra igitur patrem, maritum, utrumque filium et levirum (Demetrium Nicatorem; vid. inf. ad num. 7 Cleopatram II e Lagidis) habuit regio fastigio notabiles.

7.° Cleopatra II e Lagidis, Philometoris filia, Alexandro Balae[illegible]vi solio potitus est in Syria, mox Demetrio Nicatori, tum et Antiocho Venatori (Sideti) nupsit, filiosque peperit tres, duos nempe Nicatori, unum Sideti. Priores duo Seleucus V et Antiochus Grypus summa rerum potiti sunt, ille ann. ant. Ch. 127, hic ann. 124. Cyzicenius quoque regnavit quindecim annos in Coele-Syria, (112-97) tum in Syria tota per quadriennium. Cleopatra haec nostra igitur ut proavis edita regibus a numeravit inter regia nomina patrem, avunculum (Physconem), duos consobrinos (Lathyrum et Alexandrum I), tres maritos, et tres filios. Ipsa est de qua splendide nostras Corneille in tragoedia palmaria *Rodogune*.

8.° Selene quae et Cleopatra (ergo Cleopatra IV), Cocces quae praecedit filia et Physconis, nupsitque ter, nempe fratri Lathyro, Antiocho Grypo (non ut Appianus vult, Cyzicenio, quanquam et ille rex fuit in Syria) et Antiocho Eusebi; unde duo filii, Asiaticus sc. Antiochus, Seleucusque Cybiosactes; sed posterior non regnavit. Huic igitur, si omnia in delineando stemmate collegeris, erunt inter propinquos 9 reges; nempe: 1.° Physco,

pater; 2.° Philometor, avunculus; 3.° Ptolemaeus Alexander I frater; 4.° Lathyrus, frater et prior maritus, 5.° Antiochus Grypus, alter maritus (vel Appiano teste, levir); 6.° Antiochus Cyzicenius, levir (aut si Appiano credideris, maritus); 7.° Antiochus Eusebes, cui tertium nupsit; 8.° Antiochus Asiaticus, filius; 9.° Ptolem. Alexander II, fratris filius. Porro Physco, Philometor, Lathyrus, item uterque Alexander, in Aegypto; Grypus, Cyzicenius, Eusebes, Asiaticus, in Syria imperavere.

9.° Stratonice, quae filia Demetrii Poliorcetis nupsit prius Seleuco Nicatori, at mox privigno Antiocho cui postea cognomen Soter, Antiochique Theu mater evasit. Haec amore Antiochi inprimis nota, qui eam ita efflictim deperivit, ut gravem in morbum incideret, satagentibus frustra circa principem medicis, ni Erasistratum escipias qui pulsu venarum coram regina increbrescente causam morbi subodoratus est.

Quod ad recentiores spectat, tot in Europa nostra per quatuordecim saecula reges, Caesares, Czari vel Tzari, et, quodcumque dynastarum nomen sit, viri principes fuere ut minime mirari lector debeat feminas patre rege, viro rege, filio rege gavisas. Quod eo crebrius occurrere necessarium fuit quod iis praesertim temporibus, ut inter optimates et patricios tantum nubere optimatibus licuit, sic nefas e rege natam aliis collocari, quam regibus aut regum filiis. Et hoc nostras supra allegatus P. Corneille exprimit in tragoedia, nescio utrumne Hispana magis dixerim an Gallica, *le Cid*.

Ajasson de Grandsagne.

EXCVRSVS IX

NVMISMATVM DVORVM QVAE SVNT INSCRIPTA LITTERIS, VT VOCANT, SAMARITICIS, INTERPRETATIO.

Ad ea Plinii verba, cap. 57:

Litteras semper arbitror Assyrias fuisse.

Ex omnibus numismatibus, quae vulgo dicuntur Samaritica, quaeque visa sunt hactenus, nulla tanti arbitramur esse momenti ad eruditionem, quanti sunt duo e Cimelio D. de Boze in hac civitate Parisiensi; quamvis a nemine, quem quidem noverim, commemorentur eorum, qui de nummis Samariticis, ab annis iam amplius centum quinquaginta aliquid scripto prodiderunt.

Prius est ex aere mediocri: ex una parte palmam exhibet Iudaeae symbolum, cum hac epigraphe trium vocabulorum totidem versibus, nec rectis quidem, sed incurvis. Haec vocabula totidem isthic litteris Hebraicis repraesento, quippe quarum eadem ac Samariticarum vis et potestas est, tantum forma dispar: sed Hebraicarum notior haec legentibus:

שמעון
נשיא
ישראל

hoc est, *Simeon Princeps Israel.* Duae priores cuiusque nominis litterae ad palmae arboris laevam, reliquae ad dexteram sunt positae. Inferius sinistrorsum adiecta praeterea est littera ש: id quod huius numismatis proprium ac peculiare est, ut infra dicemus. In parte nummi postica est pampinus, symbolum regionis, in qua percussum numisma est, hoc est, regni Iuda, quod fuit vini ferax, ut in ipso Iacobi vaticinio dicitur, Gen. XLIX, 11. Epigraphe in ambitu has duntaxat voces ac litteras exhibet:

. . . . ת לגאלת ישראל

desunt tres priores litterae, quas typus aberrans non expressit: sed quae priores leguntur hic litterae duae, certissime indicant, integram hanc fuisse epigraphen:

שנה אחת לגאלת ישראל

quemadmodum integra ipsa legitur in alio numismate ex Gaza Regia. Sententia est: *Anno primo redemptionis Israël.*

Nihilo levius momentum in altero numismate est, quod ex aere minimae formae est, sed nitidissimum, et omnis expers vitii. Ex una parte palma arbor est, ut in priore: sed epigraphe versus duos facit, ignotis prorsus characteribus. Posticam nummi aream uva occupat. Epigraphe constat litteris, ut vocant, Samariticis, prorsus eadem atque in priore numismate:

שנה אחת לגאלת ישראל

Anno primo redemptionis Israël. Quid ignoti isti valeant characteres, probabiliter indicare, hic labor est. Nam si de illis iudicium feras ex similitudine aliqua vel affinitate cum litteris similibus, erunt ioanes eae ac futiles coniecturae. Firmioribus ad probandum indiciis vel argumentis opus. Nobis quidem ignota haec epigraphe duo priora dumtaxat prioris numismatis vocabula videtur exhibere: שמעון נשיא *Simeon Princeps.* Nam ut ita existimemus, his argumentis adducimus, 1.° Quod ut in illo numismate, sic et in isto, versus duos voces hae duae efficiunt. 2.° Quod idem numerus litterarum utrobique est: nimirum quinque, quae nomen *Simonis;* et quae *Principem* significent, quatuor. Nam quod inde sequeretur litteram *nun* in hac scribendi forma ignota biformem fuisse, et litteram *sin* diversam a *schin*, nihil istud mirum videri debet: quum apud Arabes ipsimet hi characteres, pro varia situ, dissimilis formae sint. 3.° Denique numismata omnia, quorum inscriptio est ex una parte, *Libertatis Ierusalem*, *Redemptionis Israël*, *Redemptionis Sion;* vel ut in novem numismatibus vidimus apud D. de Boze, *Libertatis*, sive *Liberationis Sion*: haec, inquam, omnia numismata ex altera parte nomen *Simonis* vel solum exhibent, vel adiecto titulo, *Principis Israël;* aut annum saltem, quo *ablatum est iugum Gentium ab Israel*, ut scriptor sacer loquitur, Machab. I, XIII, 41. Annon igitur simillimum veri est, quum iam annus istius liberationis perspicue sit in posteriore huius nummi parte adnotatus, ut est in posteriore pagina nummi prioris; epigraphen quoque partis anticae ad eam accedere proxime quae legitur in priore: quum praesertim eadem quoque fere in ambobus symbola sint?

Quaecumque vero reipsa potestas ac significatio sit harum litterarum, quae tantopere discrepant a Samariticis ex adverso positis, nobis eae esse Babyloniae videntur: quae vero Samariticae vulgo nuncupantur, Assyriae sunt, quibus utebantur Cuthaei: quaeque quot sunt et apud Hebraeos, in numismatibus deprehenduntur, praeter quinque. Praebere huic coniecturae locum ipsamet videtur Scriptura sacra, Reg. libr. IV, cap. XVII, 24, ubi rex Assyriae dicitur, quum in ditionem suam Israelitas transtulisset, misisse in Samariam colonos de Babylone, et de Cutha, ac de tribus aliis locis: sed sunt priores hae duae regiones spectabiliores, et (ut apparet) inter se vicinae: nam eas dignitatis ordine appellasse scriptor sacer videtur. Vt cum Iudaeis atque Israëlitis Babylonii isti Cuthaeique iungerent commercium, potuere decursu temporis, salvo nihilominus patrio sermone, linguam Hebraeam perdiscere. Sic enim Abraham ipse quoque tunc didicit, quum in terra Chanaan domicilium collocavit rerum suarum, ubi lingua Noe et ipsiusmet Adami, hoc est, Hebraea ipsa quam legimus, integra perstiterat cum Hebraeis simul characteribus: eo quod Chananaei hanc regionem occuparant, ante confusionem linguarum, quae in Babel contigit, quo se Chananaei non

contulerant, ut in tractatu de Paradiso terrestri ostendimus, ex Gen. X, 18, 25.

Sic Babylonii Cuthaeique suum quique morem scribendi servarunt; quoniam haud facile possent adduci coloniae integrae, ut hunc mutarent, alienum adsciscerent, quum ius in eos, praeter quam regi suo, nemini esset. Nam neque sacerdos ille, quem ad eos Salmanasar rex Assyriorum misit, qui ritum eos doceret colendi veri numinis; neque is, inquam, illis scribendi, aut legendi praeceptor fuit: idem illis sermo, eadem scriptura, ac prius. Ipse ille eorumdem lingua apud eos verba faciebat: moram quippe in Assyria satis diuturnam egerat ad linguam eam percallendam. Quum tota Samariae potestas eorum esset, Israëlitae verius, qui singulatim fere ac vix manipulatim ex Assyria eo remigrabant, scribendi morem adsciscere cogebantur eum fortassis, quem novi incolae adduxissent in eam regionem, ac multitudini cedere.

Non eadem conditio Iudaeorum fuit, quos abduxit Nabuchodonosor in Babylonem. Quum enim turmatim redituros se esse universos in patriam post annos septuagiuta ex oraculo divino pro certo haberent, veterem scribendi modum, patriique sermonis consuetudinem constantissime tenuerunt. Neque vero fuit Esdras auctoritate aliqua conspicuus, quae vel unum aliquem privatum hominem, nedum gentem universam discedere coëgeret a vetusto scribendi more. Ac praeter Iudaeos, caeteri quoque Israëlitae, tum e decem tribubus qui ex Assyria revertebantur, tum qui degebant in provinciis, rerum novarum molitorem eum esse ioclamassent, si receptos a Mose et Abrahamo ipso characteres, quos patriarchae ac prophetae pro sacris habuissent, et quos Deus ipsemet scriptis Decalogi tabulis consecrasset, hos Esdras ad profanos usus deiicere, aut ad falsorum numinum cultores, quales erant Cuthaei, ablegare decrevisset. Veterem scripturam illi e contrario, Iudaei aeque atque Israëlitae, in libris sacris praesertim, omnes summa religione tenuerunt; etiam ii qui dudum ante Esdrae aetatem erant per universum orbem dispersi: qua nimirum religione eamdem etiamnum obfirmate retinent, ubicumque gentium degant.

Post reditum igitur Israëlitarum, fuere duo scribendi genera diversa inter se, in Samaria proprie dicta, quam subditis suis popularibus rex Assyriorum colendam dederat: non tamen extra eam regionem: nam in reliquis Terrae sanctae partibus Hebraea scribendi forma fuit una fere in usu usque ad Seleucidas. Fuere illa scribendi genera duo, Assyrium et Babylonium: nec fere aliud praeterea ex Assyria potuit proficisci. Nam quod Rabbini aiunt, Hebraeum characterem, qui nunc quoque in usu est, Assyrium esse, non ita accipiendum est, quasi ex Assyriis profluxerit; sed quod dici Assyrius possit, hoc est, beatus, quippe quem Deus ipse consecrarit, dum in scribendis decalogi tabulis eumdem adhibuit: quoniam quae vox *beatum* hebraice, eadem Assyrium significat. Ita certe dictum istud Maimonides, aliique permulti accipiunt. Quod vero Iudaeus alter prodidit in suis super Mischna commentariis, id est multo verius certiusque: characterem scilicet, quem Samariticum plerique vocant, reipsa Cuthaeum esse. Hebraica enim nomina Cuthaei suo, hoc est, Assyrio charactere scribere consueverant, quo plane modo Graeci hodie Turcica nomina graece scribunt.

In magnam certe gloriam cedebat summo Sacerdoti et magno Duci gentis Israëliticae, quod numismata cuderentur honori suo, gentium duarum scriptura, quae genti suae fuissent olim infensissimae: haberetque subiectos sibi ex utraque ea gente colonos; nempe Babylonios, Cuthaeosque ex Assyria. Hoc vero illud ipsum est, nostra quidem sententia, quod horumce duorum numismatum posterius exhibet. Sic ille triumphum agebat de linguis duabus ex tribus illis, quas hactenus sibi infestissimas Iudaei erant experti. Nam *lingua tertia*, lingua sive gens Graecorum fuit, ut in Commentariis nondum praelo editis ad caput XXVIII, 16, 19, Ecclesiastici diximus.

Haud aegre certe assentientur ii, qui aliquam numismatum peritiam habent, ignotum huiusce nummi characterem ei fuisse magistratui familiarem, cuius est iussu percussus: quemadmodum in aliis, qui Samaritici dicuntur, pars illa certissime potior est, in qua nomen est principis scriptum. Hic vero magistratus non fuisse Israelita videtur, hoc est, non ex Iacobi posteris, aut religione Iudaeus. Enimvero eam ob causam, si recte quidem coniecimus, *Simeon Princeps* dumtaxat scripsit, non adiecit *Israel*, quae vox in caeteris perpetuo legitur, in quibus *Simeon Princeps* est; quoniam alterutro charactere satis fuit Principem Israel nuncupari. Fuit nimirum Simoni obnoxius ille magistratus, nec tamen iisdem addictus sacris, aut ex eadem gente oriundus; quamvis erat fortassis ex eorum numero Gentilium, qui Hierosolymam *ascendebant, ut adorarent in die festo* Paschae, teste Ioanne, cap. XII, 20. Erat enim is magistratus unius e tribus oppidis Samariae, quae Demetrius Syriae rex Ionathae sacerdoti Simonis fratri ac decessori donaverat, uti narratur in libro primo Machabaeorum, cap. X, 30, et cap. XI, 34. Itaque noluit is in ea numismatis parte scribere, *Simeon Princeps Israel*; quum ipse character aliam ab Israelitica gentem designet, quamvis et ipsam principatui Simonis obnoxiam: praesertim quum alterius partis epigraphe principis gentem ac religionem satis conspicue designet, posito nimirum *anno primo redemptionis Israel*.

Ne Samaritanus quidem oppidorum horum magistratus verius fuit, quam Turcicus praefectus, qui iuri dicundo praeest in civitatibus Graeciae, appellatus est, aut appellandus aliquando Graecus. Quin immo recentes isti Samariae incolae secernuntur a Samaritanis, Reg. lib. IV, cap. XVII, 29. Hic *stultus populus* ille est, *qui habitat in Sichimis*, ut quidem scripsit Ecclesiasticus, annis circiter 26 ante percussa haec duo numismata; sed Samaritanum non appellat. Neque enim Samaritani fuere alii, praeter Israelitas a Iudaeis schismate divisos, qui Hierosolymis adorare Deum nollent cum reliqua gente: nec alios Scriptura sacra in Evangelio aut alibi Samaritanos agnovit, praeter istos. Itaque non sunt ista numismata, si quidem proprie loquimur, Samaritica: neque enim sunt ea a Samaritanis percussa: quamvis Samaritica, si lubet, eo nomine possint appellari, quod ex Samaria prodierunt. Cuthaei videlicet, Babyloniique, qui in ea regione consederant, ea percusserunt principis illius iussu, cuius sub potestate essent, quique inscriptum esse nomen suum in nummis percuperet, regum more, qui cum imperio praeerant vicinis provinciis. Id vero impetrare neque a Iudaeis Hierosolymitanis potuerat; nec magis posset a Samaritanis Israelitis, quibus utique haud minor religio, hac certe in parte, quam Iudaeis, foret.

Non est arbitratus Simon sacerdos se legem perfringere, si rerum a Deo

creatarum effigies in nummis insculpi ab alienigenis iuberet: sed postquam annis ipsis quatuor populo obstitisset, cedere demum coactus est. Nam ultra annum quartum nummismata, quae dicuntur Samaritica, nulla visuntur, aut conspecta umquam alicui fuere: quamvis Spanhemius asserat, sed sine teste, et ex falso certe rumore, annum quoque sextum in aliquo numismate esse consignatum. Hierosolymorum certe rudera potuere saepenumero excuti; numquid effossum ibi numisma quodpiam sincerum est, alterius nomine, quam Simonis, aut ultra annum quartum ipsius, inscriptum? Cur, praeter illum, neminis alterius nomen in nummis illius gentis apparet? Vt Davidem aileamus et Salomonem, regesque tum Iuda, tum Israel, ad unum omnes; cur nullus Ioannis saltem nomen nummus praefert, quum fuerit in tum sacerdotio post patrem Simonem inclytus, tum rebus gestis commendatissimus, ut sacri libri produnt? Cur neque cuiusquam nomine posterorum eius nummus visus adhuc est?

Nulli quidem ambigimus, quin reverentia legis, prohibentis utique ne similitudo quaepiam fieret rei a Deo creatae in privatos usus, Iudaeos cohibuerit, ne nummos ipsimet aliqua effigie consignarent. Sed alia praeterea firmissima certe causa Simonem pontificem adegit, ut ad percussuram propriam numismatis cum suo nomine faciendam alienigenarum operam adhiberet, eorum scilicet qui sibi subiecti forent: alii enim in circuitu infensi admodum ei fuere. In causa fuit populus ipse Iudaicus, maximopere tenax sui iuris, ac suae libertatis. Fuit enim Hierosolymorum, aeque ac caeterarum Terrae sanctae urbium regimen democraticum: ut initio Commentariorum in Ecclesiasticum diximus: ex quo nimirum suprema clade regum Iuda et Israel visus est praepotens Deus reges ibi esse nolle usque ad adventum Messiae, qui futurus erat rex regum, et dominus dominantium. Docet istud historia Bethuliae obsessae in libro Iudith: primus liber Machabaeorum, cap. XII, 6; XIII, 36; XIV, 20; XV, 2. Et secundus, cap. I, 10; Matthaeus, cap. XXVII, 20; Marcus, cap. XV, 15; Ioannes, cap. I, 19; Lucas in Actis, cap. II, 14, 23: praeter alia multa sacrae Scripturae loca. Quantumvis igitur plurimum sibi a Iudaeis tribuendum esse Simon pontifex non nesciret; nam ipse cum fratribus collapsam restituerat rem: veritus tamen nec temere est, ne si ius sibi sumeret summorum dominorum; nempe si suo nomine nummos percuti iuberet, more Syriae Aegyptique regum; impatientem regiae potestatis populum offenderet, cui et ea res esset hactenus inaudita, nec servitium ullum tolerabile. Certo sacri libri, qui *populum Israel* narrant *scripsisse in tabulis et gestis publicis, Anno primo sub Simone summo sacerdote, magno duce, et principe Iudaeorum*, de nummis plane silent: quod idem esse atque eos improbasse credimus. Tanta populi quidem fuit erga Simonem et fratres eius reverentia, ut nomen ipsorum suo praeponi sineret in litteris, quae Reipublicae Iudaicae nomine scriberentur. Vt Mach. I, VIII, 10: »Iudas Machabaeus, et fratres eius, et populus Iudaeorum.« Cap. XII, 6: »Ionathas summus sacerdos, et seniores gentis, et reliquus populus Iudaeorum.« Cap XV, 17: »Simon princeps sacerdotum, et populus Iudaeorum.« Sed mox ius suum et locum populus recepit, quo privatum quemlibet, etiam sacerdotii summi dignitate conspicuum, anteibat. Itaque quod in tribus istis fratribus ferendum utcumque populo visum est, ad posteros non est transmissum. Certe summus sacerdos Iudas, Simonis nepos, in epistola anno post

avi obitum undecimo scripta, post populum et post senatum, qui pars populi fuit, iste postremus, ut privatus quilibet, appellatur, Mach. II, 1, 10: « Populus qui est Hierosolymis, et in Iudaea, senatusque, et Iudas. » Neque tunc amplius, ut sub Simone factitatum fuerat, anni scribebantur summorum pontificum in tabulis gestisque publicis.

Haec igitur ratio verisimillime Simonem adegit, ut demum populo cederet, abstineretque post annum quartum a percussura proprii numismatis: certe nullum simile apud Iudaeos ulla visum aetate est. Nam quae nec Simonis habent nomen, nec annum notatum, sed pretii notam dumtaxat, adeo perspicuum est, esse ea eiusdem officinae (nam id omnino suadet indiscreta fabricae similitudo), ut obstinatae pertinaciae sit, eo tantum argumento contendere, alio tempore potuisse ea cudi, quoniam nullum certum habent annum notatum.

Caeterum non fuit haec Simonis pontificis pecunia in usu extra ditionem ipsius, aut extra ipsammet Samariam. Et regi Antiocho Evergetae id summopere displicuit; quippe qui beneficiario iure obstrictam sibi Iudaeam esse credi vellet; unde et ipse, et ante ipsum Alexander Antiochi Dei filius, Evergetae nomen accepit. Quoniam autem e re sua esse intelligeret mitius cum Simone agere, voluit saltem id sibi eum veluti clientem debere. Itaque quum iam ante annos tres id iuris Simon sibi sumpsisset; edicto ei concessit, ut pecuniam publicam cuderet, sed quae in Iudaeae usu tantum esset. « Permitto tibi, inquit, facere percussuram proprii numismatis in tua regione. » Machab. I, xv, 6.

Denique quod ex ignoto huiusce numismatis charactere potissimum ac perspicue colligitur, istud est, non fuisse illud Hierosolymis percussum, idque extra omnem dubitationem esse. Neque ipse igitur charaeter alter, qui Samariticus dicitur, et in altera legitur nummi pagina, Hierosolymis quoque cusus est; neque alii proinde, qui nummi vulgo Samaritici nuncupantur. Fuit ergo Iudaeis peregrina utraque forma scribendi; nec fuit umquam Samaritica ab ipsis recepta, sive in uso sacro, sive in communi. An enim Iudaei patienter ferrent in uno eodemque numismate eum profanis alienigenarum characteribus coniungi sacrum suum sive sermonem, sive characterem? Sunt itaque hi duo diversi characteres unius civitatis, in qua gentes duae degerent ita concordes, ut suum tamen avitumque scribendi morem quaeque servaret. Sic numismata multa videmus inscripta graece simul et latine. Graeca litteratura civitatem ibi seu veterea incolas denotat. Latina Romanum Imperatorem, vel magistratum, coloniamve eo deductam. Eiusdem formae est eximius ex auro nummus, quem Vredus affert, pag. 27, Balduini I, qui latine ex una parte titulum imperatoris exhibet; ex altera, despotae titulum graece. Non igitur Hierosolymis percussa ea numismata sunt: quandoquidem Hebraeus character, quem in Bibliis legimus, solus ibi fuit in usu. Nisi forte quis existimat, etiam quod hebraice scribi in titulo Crucis iussit Pilatus, eo charactere scriptum fuisse, quem in Simonis pontificis nummis cernimus, annis ante Pilatum 130. Exstat Herodis regis, cuius principatu Christus natus est, Graecum numisma; et illud in Iudaea quidem, at Caesareae a Graecis percussum, non a Iudaeis Hierosolymis.

Non alia igitur causa quaerenda est, quamobrem Simonis pontificis peregrinis characteribus percussa numismata sint, nisi quia percussa in Samaria:

quemadmodum haud alia est inquirenda causa cur plurima Romanorum imperatorum numismata inscripta sint graece, quam quia cusa in Graecia sunt. Praesertim quum Samaritanae scripturae vestigium, Simonis numismatibus antiquius, nullum sit, aut conatare ullo argumento possit, vetustiorem eam in Terra sancta esse, quam sint deductae in Samariam coloniae Cuthaeorum. Phoenicia certe ea scripturs non est: nam Phoeniciae litterae, quae visuntur in nummis Tyri et Sidonis, earum similitudinem habent, quas Samariticas vocant, ut Graecae habent Arabicarum.

Ducit ergo nos in cognitionem rei dignae scitu ille ipse qui ignotus nobis est character nummi posterioris. Sed priorem maxime commendat, quod ipsam exhibet notatam perspicue civitatem Samariae, in qua percussi nummi fuera, quos Samariticos vocant. Nam littera ש quae in ima parte prioris areae latere sinistro conspicitur, non alio fine ibi potuit collocari, quam ut civitatem designaret, ubi percussus nummus est. *Sichem* nimirum ipsa est, caput Samariae, ubi *stultus* ille *populus* fuit, *qui habitabat in Sichimis*, ut dictum est superius: hoc est, addictus cultui inanium deorum; qui tunc saltem plus ibi poterat, quum ita sacer auctor scriberet. Imitari praefectus monetae in hoc numismate voluit formam nummorum, quos percuti iubebant vicini reges, in primis vero Syriae. Nam in his ea aetate sola littera A Antiochiam denotabat, et quidem eo interdum loco vel situ collocata, quo iathic conspicitur littera ש. Qui character igitur Samariticus vulgo nuncupatur, is primaeva origine proprius gentis fuit cultricis idolorum, aeque atque alter, qui in aversa alterius nummi area ei coniungitur. Is demum est, quem ex Assyria Cuthaei detulerunt, qui Sichimam occuparunt; hae *Assyriae litterae*, quas *fuisse semper* Plinius *arbitratur*: ut haec nostra super ea re disputatio, ni fallimur, perspicue docet.

Haao.

EXCVRSVS X

AN ANAXIMANDER SPHAERÆ INVENTOR?

Ad ea Plinii verba, cap. 57:

Sphaeram in ea Milesius Anaximander.

Non absurde Plinius, si temporum et astrorum ignorantiae memineris, ab Anaximandro sphaeram inventam asseverat. Tribus sphaeris apud Veteres ante Christum natum contigit celebritas, quarum auctores Archimedes, Eudoxus, et Milesius vir. Porro patet neque ad Archimedem, neque, ut plurimi voluere, ad Eudoxum primae inventionis decus pertinere. Nam bi diu post Anaximandrum floruerunt. Sed Anaximandro quoque nonnulli abiudicavere, argumentis nempe iisdem nixi quae contra Eudoxum sic protulit nostras Francoeur, nescimus an de proprio penu deprompta, in commendato opere, *Uranographie*, pag. 274 et 275, 3 edit. 1821:

« Au rapport d'Hipparque, Eudoxe affirme que, de son temps, le pôle était occupé par une étoile: il ne peut être question de la polaire, qui alors en était fort éloignée. Le cercle dont le centre est au pôle de l'écliptique, et qui passe par celui de l'équateur, indique à peu près les divers points de la sphère céleste qui tour à tour occupent ce dernier pôle, lorsque le mouvement de précession porte lentement les étoiles vers l'orient. Sur ce cercle, x du Dragon peut seule avoir fourni l'observation dont il s'agit, attendu qu'elle est remarquable à la vue simple. La longitude de cette étoile était, en 1819, de 133°-50' 36"; sa latitude de 61° 45' 6". Pour qu'elle occupe le pôle, ou que sa longitude soit de 90°, il faut que son cercle de latitude passe par le solstice d'été: la différence entre ces deux longitudes est de 43° 8433; c'est le mouvement dû à la précession. Mais à raison de 1°, 39. par siècle, cet arc n'est produit qu'en 3154 ans; et comme on sait d'ailleurs qu'Eudoxe vivait il y a 2150 ans, on voit que ce savant a décrit une sphère antérieure de mille ans, et dans laquelle le solstice était au milieu du Cancer.

« On suppose que cette sphère est celle que Chiron a donnée vers le temps du siége de Troie. On pourrait aussi croire que les Egyptiens, ayant depuis long-temps négligé les observations du ciel, avaient conservé la tradition d'une sphère ancienne qu'Eudoxe leur a empruntée. Au reste, ce qui confirme notre calcul, c'est que l'obliquité de l'écliptique était alors 23° 54' 35"; quand la longitude est de 90°, le cercle de latitude est aussi cercle de déclinaison: ajoutant donc la latitude 61° 45' 6" qui reste constante, on a 85° 40' pour la déclinaison de x du Dragon il y a 3154 ans. Ainsi cette étoile n'était qu'à 4° 20' du pôle, distance peu sensible, surtout pour des hommes qui n'avaient pas des instruments très-parfaits. »

Haec contra Anaximandrum quoque posse congeri patet; videturque hinc concludendum non Hellenici ingenii inventis sphaeram appendendam.

Minus nobis audaciae est; atque ut neque ad Anaximandrum, neque ad

ullum alium e graecis viris τοῦ εὑρήματος gloriam revocabimus, sic eos iniuste et de arbitrio fraudare relligio erit.

Sphaeram fingentis quid proprium fuit ac singulare? non, me quidem indice, astra et ut vocant asterismos sculpsisse, servata distantiarum et ordinis ratione, sed et caeli convexa σφαιροειδῶς repraesentavisse, et circulis fictitiis ad motus et situs relationesque siderum explicandas viam stravisse. Atqui potuere ante Anaximandrum varii variis locis astra pauca, forte multa, describere, ac marmori insculpere, aut metallo. Sed hoc, quamvis diligentiae et ingenii non parum postularit, facillimum videbitur, si contuleris hanc imaginandi vim, hanc intellectus plus quam humani praestantiam, hanc abstractivi et realis indagatricem pervicaciam, qua inventori opus fuit ut sphaericam sibi persuaderet caelo formam convenire, tum variis circulis orbem hunc suum prius quidem quadrifariam, mox in plurimas partes divideret, nempe aequatore, meridiano, dein parallelis et caeteris meridianis, tum tropicis et polaribus, demum coluris et ecliptico Esto quorumlibet prima siderum descriptio, non tanti haec gloria de qua Graeci rixentur; at ipsam sphaeram non sine iurgio ac vindiciis patientur in hos abire qui nihil afferunt argumenti.

Caeterum probi et neutram in partem inclinantis viri fidem professus, non praeteream hanc Indiae Brachmanas laudem sibi vindicare et Sinas ad imperatores suos referre, sive Hoang-ti, qui anno 2602 ante Christum natum rerum summa potitus est, sive Chun, qui Yao mortuo suffectus est ant. Ch. 2255.

Ajasson de Grandsagne.

C. PLINII SECVNDI
NATVRALIS HISTORIAE

LIBER VIII.

I. (1.) Ad reliqua transeamus animalia, et primum terrestria. Maximum est elephas, proximumque hu-

I. *Maximum proximumque.* Hisce verbis Plinium octavo libro initium fecisse semper conieceram; unde aliqua in septimi fine, vel in octavi initio redundare suspicabar. Verum quum ab Harduino allata in omnibus cusis exemplaribus appareant, monere tantum lectorem volebam de dubiis iteratisque. Neque enim Plinium verborum parcissimum decent repetita et proxima. Coniecturam sors iuvit, quum lacinia undique desideretur in Mediolanensi, sive Ambrosiano II codice, et exhibitam scripturam ad unguem referat. Ita sane hoc volumen superioribus incomparabili brevitate alligatur. Rezzon.

Proximum humanis sensibus. Hyperbole, ut in his quae de elephantis ingenio vulgo iactata. Neque enim hic vastissimus quadrupedum intellectu canem praestat; nec, si quid infectum equo aut cani usquam facit, sine proboscidis auxilio id facit; quod organum singulare vere et sui generis, sensibile alioquin et validum, et forcipe quadam ad minutissima quaeque carpenda maxime idonea terminatum, in omnes partes flectitur. Quanquam et canes non raro et equos eadem labris patrantes videmus. Sed ex India haec hausta, narrantibus indigenis, et male credulis viatoribus; talia enim, utut supra verum, de suo elephante Indi rentur. Caeterum quae de erga Deum amore et cultu sequuntur confutare, neutiquam necessarium est. Cuvier.— De elephantorum sagacitate et ingenio, vide Strabon. ad lib. XV, et Arist. de Hist. An. passim, at praesertim lib. IX, cap. 46, ubi sic: Πάντων δὲ τιθασσότατον καὶ ἡμερώτατον τῶν ἀγρίων ἐστὶν ὁ ἐλέφας. Πολλὰ γὰρ καὶ παιδεύεται καὶ ξυνίησιν ἐπεὶ καὶ προσκυνεῖν διδάσκονται τὸν βασιλέα· ἔστι δὲ καὶ εὐαίσθητον, καὶ συνέσει τῇ ἄλλῃ ὑπερβάλλον, etc. Aj.

manis sensibus: quippe intellectus illis sermonis patrii, et imperiorum obedientia, officiorumque, quae didicere, memoria: amoris, et gloriae voluptas: immo vero (quae etiam in homine rara) probitas, prudentia, aequitas: religio quoque siderum, Solisque ac
2 Lunae veneratio. Auctores sunt, in Mauritaniae saltibus ad quemdam amnem, cui nomen est Amilo, nitescente Luna nova, greges eorum descendere: ibique se purificantes solemniter aqua circumspergi: atque ita salutato sidere in silvas reverti, vitulorum fatigatos prae se ferentes. Alienae quoque religionis intellectu, creduntur maria transituri non ante naves

Quippe intellectus illis sermonis patrii, et imperiorum, etc. Legendum *Quippe intellectus illis sermonis patrii, et in priorum obedientia officii, eorum quae didicere memoria, amoris et gloriae voluptas.* Intellectus, inquit, illis sermonis patrii et officii in priorum obedientia, τοῦ καθήκοντος ἐν τῷ ὑπακούειν τοῖς πρεσβυτέροις. Priores aetate elephantos intelligit, quibus minores obedientiam praestant, officii intelligentes sunt in priorum obedientia. Salm. — Salmasio minime assentimur. MSS. omnes ad unum cod. et impressi libri, ut noster textus exhibet, habent: *et imperiorum obedientia officiorumque*, etc. nisi unus qui *imprimis* pro *imperiorum*, et Ch. *obedientiae* pro *obedientia*. Aj.

Religio quoque siderum. Vid. Plut. lib. de Sol. Anim. pag. 972; Aelianus, Histor. Animal. lib. VII, cap. 44, et lib. IV, cap. 10. Harn.

Veneratio. Non iuvenustum Io. Lasseratii carmen caeteris quae subsequentur notis praemissum ab Harduino, nos ad calcem libri reiiciendum (excursus I) putamus; non inutile utique, quum merae sint Plinianae orationis de elephantorum natura ingenioque parsphrases, quae ipsae commentarii vice esse possint longioris. Tum et Manuelis Philes carm. de Eleph. Aj.

Amilo. Dio ait pergere πρὸς ὕδωρ ἀεινὸν, *perennem aquam.* Vetusti quidam cod. habent *Annulo*, quae vox a graeca ἀεινὸς forsan depravata est. Non placet Harduino haec coniectura Rhodigini legentis *Annulo*, eamque vocem ex graeca deducentis, Antiq. Lect. lib. XIII, cap. 18, et putat ipse eumdem fortassis amnem esse cum eo cui nomen est *Valo* apud Ptolem. lib. IV, cap. 1; quique ex montibus iis egredi fertur, quos *septem fratres* appellari supra dictum est, lib. V, cap. 1. Aj.

Salutato sidere. Salutata luna ut quidem interpretor. Solinus tamen de sole accipit. Harn.

Vitulorum. Fetus maiorum animalium vitulos passim vocat. Sic de balaenis, lib. IX, cap. 5: *Irrumpunt orcae in secreta, et vitulos earum lancinant morsu.* Hard.

Alienae quoque religionis. Non modo, inquit, suam habent elephantes

conscendere, quam invitati rectoris iureiurando de reditu. Visique sunt fessi aegritudine (quando et illas moles infestant morbi), herbas supini in caelum iacientes, veluti tellure precibus allegata. Nam quod ad docilitatem attinet, regem adorant, genua submittunt, coronas porrigunt. Indis arant minores, quos appellant nothos.

religionem: sed, quod maioris admirationis est, intelligere alienam quoque videntur: quandoquidem non antea navem creduntur conscendere, quam suo iureiurando rector eorum ad reducendos eos sese obstrinxerit. Haan. — Cod. vet. *alienae quoque regionis*, habet pro *alienae quoque religionis*. Ai.

Herbas supini. Aegritudinis impatientia iaciunt supini interdum in caelum herbas, ceu deorum opem, tellure ipsa in partem et subsidium precum assumpta atque adhibita, ita implorantes. Haro. — *Per herbas supini in caelum iacentes*, vet. habet et Ch. *iacentes*; melius placet textus noster. Vid. not. seq. Ai.

Herbas supini.... tellure precibus allegata. Ita Reg. 2, aliique. At Reg. 1, et Paris. ac vetustae editiones omnes ante Gelenium, *alligata*, quae vox satis probabilem sententiam habere potest: ceu tellore sibi irata, et tamquam obstructa, surdaque ad eorum preces, deos ita invocent. Aelianus, a quo haec eadem referuntur, Hist. Animal. lib. V, c. 49, nihil fere adiuvat: ait hunc morem iis esse, ut herbas in caelum, seu pulverem proiieiant, quum ex accepto vulnere morti se proximos sentiunt, tamquam deos ob ea quae tum iniuste patiuntur, ita obtestantes· ὡσπερεῖν τοὺς Θεοὺς μαρτυρόμενοι, ἐφ' οἷς ἀδίκως τε καὶ ἀνοσίως ὑπομένουσιν. Sabellicus legit *ablegata*, eodem plane intellectu, hoc est, remota alienaque ab eorum precibus tellure. Haro.

Nam quod. Id quoque Arist. Dio, l. XLVIII: Πολλῶν δὲ ἐλεφάντων λαμπάδας φερόντων, ἐκομίσθη. *Multis autem elephantis faces ferentibus deductus est.* Et Martialis, in Spectac. epigr. XVII: *de supplice elephante:* " Quod pius et supplex elephas te, Caesar, adorat, Hic modo qui tauro tam metuendus erat, Non facit hoc iussus, nulloque docente magistro: Crede mihi, numen sentit et ille tuum. Haro.

Genua submittunt Facillime elephas docetur anteriores pedes flectere. Quocirca his cave fidem adhibeas qui elephantem asseverant non eum esse qui membrorum possit flectere articulationes. Cuvier.

Indis arant. Arat India, inquit, minoribus elephantis. Sic lib. VI, c. 22, de iisdem: *Iis arant, iis vehuntur.* Parm. editio, aliaeque vetustae, *Indicis Arabici minores.* At Sigism. Gelenius, codicum MSS. fidem secutus, sinceram lectionem restituit: quam nos rursum ex Solino defendimus. Sic enim ille, cap. LII, de Indis, p. 78: *Elephantos venantur, quibus perdomitis ad mansuetudinem, aut arant, aut vehuntur.* Et vero quis Arabicorum aliquando elephantorum mentiuit? Haro. — In quodam Par-

II. (II.) Romae iuncti primum subiere currum Pompeii Magni Africano triumpho; quod prius India victa, triumphante Libero Patre, memoratur. Procilius negat potuisse Pompeii triumpho iunctos egredi porta. Germanici Caesaris munere gladiatorio, quosdam etiam inconditos motus edidere, saltantium modo.

mensi cod. legitur: *Indi arant minores*; malim *Indis* etc. Ai.

Arant minores, quos appellant nothos. Solinus, cap. XXV, pag. de elephantis: *Duo eorum genera sunt: Nobiliores indicat magnitudo: minores nothos vocant.* Haan. — Sunt in India maxime dissimiles elephantium gentes. In Hypergangii regionibus *Cochinchine* et *Tonquin*, quidam in 16 pedum altitudinem excrescunt; in *Hindusthani* eicures 8 aut 9 raro superant, teste Cl. V. *Corse*, qui diu sodalitii Anglo-Indici elephantibus praefuit. Caeterum una tamen species, plurima varietas. Variant quoque et statura, et pedum altitudine, et eboris sui magnitudine. Cuvier.

II. *Romae iuncti.* Refert idipsum Plutarchus in Pompeio. Alii quidem ante Pompeium elephantos in triumpho duxisse leguntur: iunxisse vero, qui currum subirent, ante Pompeium nemo. Haan.

Quod prius India victa, triumphante Libero. Qui currui elephantos iunxisse Bacchum scripserint, adhuc auctores desidero. Diodorus Siculus lib. IV, p. 214, nihil de vehiculo, nihil de pluribus elephantis: tantum egisse primum omnium triumphum super Indico elephante, cui is insideret, testatur: πρῶτον τῶν ἁπάντων θριάμβον ἐπ' ἐλέφαντος Ἰνδικοῦ καταγαγεῖν. Nonnus pariter lib. XXVI, Bacchum, sublimium elephantorum cervicibus insidentem repraesentat: Πλεβάτων λοφιῆσιν ἐφεδρήσσων ἐλεφάντων· Sed auctorum vice, qui desiderantur, haud paulo luculentius monumentum in nummis exstat, quo currui iunctos a Libero Patre elephantos credamus. Vidimus enim in Cimelio christianissimi regis, Antonini Pii et Commodi numismata duo, quibus Nicaeenses curru vectum signavere Bacchum, quo urbis suae conditore gloriabantur, subeuntesque currui quatuor elephantos, adiecta epigraphe, ΤΟΝ ΚΤΙΣΤΗΝ ΝΙΚΑΙΕΩΝ. Haan.

Iunctos egredi porta. Sic Reg. 1, 2, Paris. Chiffl. aliique omnes, vetustae editiones ante Hermolaum, qui *ingredi portam* reposuit. Nos lectionem tot testimoniis confirmatam repudiare ausi non sumus. Portae enim angustias declarat, quae fuere eiusmodi, ut quum in Vrbem ingressi singuli elephanti fuissent, iuncti curru, bigarum instar, egredi porta nequiverint. Haan.

Germanici Caesaris. Aelianus hosce elephantorum ludos in Germanici munere editos fuse describit, Hist. Animal. lib. II, cap. 11. Martialis l. I, epigr. 105: *Et molles dare iussa quod choreas, Nigro bellua nil negat magistro.* Aethiopi scilicet ductori. Haan.

Quosdam etiam inconditos. Salm. et vet. cod. Quidam vero codd. ablato τῷ *etiam*, *quos inconditos.* Ai.

Vulgare erat, per auras arma iacere non auferentibus ventis, atque inter se gladiatorios congressus edere, aut lasciviente pyrrhiche colludere: postea et per funes incessere, lecticis etiam ferentes quaterni singulos puerperas imitantes plenisque homine triclinii accubitum iere per lectos ita libratis vestigiis, ne quis potantium attingeretur.

Vulgare. Familiare illis fuit ea arte, atque solertia, in altum arma iacere, ut eadem deinde decidentia exciperent, uti nos pilas solemus, nec vento quidem auferente ea. Simile illud est quod refert cap. 7, de elephante quodam: *Arrepta scuta iaciens in sublime, quae decidentia spectantibus voluptati erant, in orbem circumacta, velut arte, non furore belluae iacerentur.* Similes quoque ludos edi nostra vidit aetas, non sine ingenti voluptate, in Regio nemore Versaliis, ab elephante eximiae magnitudinis. Haan.

Aut lasciviente pyrrhiche colludere. Qui *pernicitate* reposuere in editione Parmensi aliisque, lapsi sunt in errore codicum nonnullorum vitio, in quibus *pernice*, ut in Reg. 1, Colb. 1, 2. et Paris. pro *pirrice*, ut in Reg. 2, scribitur; quam vocem primi editores Plinii haud satis videntur percepisse. Quid porro magis ab elephantorum tarditate abhorrens, quam ipsa pernicitas? Haud ita vero aspernanda vocis sequentis lectio, quam Reg. 2, et Tolet. exhibent: *collidere*, nimirum, quod verbum armatae illi saltationi, quam Pyrrhichen vocabant, perquam accommodatum videtur. At in Reg. 1, et Paris. qui melioris notae, *colludere. Pyrrhiche.* Saltatione armata, de qua dictum est libro superiore. Haan.

Per funes incessere. De funambulis elephantis, multi (vid. not. inf.) Visum a se, qui saltaret, et pila luderet, elephantum scribit Busbequius, epist. 1, fol. 27. Haan. — Mira, et quae vix esse posse credideris; necesse tamen credere, quum suffragentur Annaeus, Ep. LXXXV: *Elephantem minimus Aethiops iubet subsidere in genua et ambulare per funem.* Sueton. Galb. cap. VI: *Novum spectaculi genus, elephantos funambulos edidit.* Dio lib. LXI, sub fin. Aelianus qui docet quo modo hi instituti elephantes quos edidit Romae Germanicus, addit et hoc, illos Romae natos. Cuius in sententiam Columella it, de Re Rustica, lib. III, cap. 8: *Quum inter moenia nostra natos animadvertamus elephantos.* Quod si reputavissent recentiores, non dictitassent tamdiu non gignere captivos elephantos; quam fabulam et nuperis supra laudati *Corse* experientiis confutatam vid. in *Transact. Phil.* 1799. Cuvier.

Lecticis... puerperas. Quaterni eorum, inquit, lecticis singulos gestaverunt elephantes, qui puerperarum instar a partu recentium, in iis lecticis iacebant. Haan. — *Lecticas etiam ferentes quaterni singulas*, M. et *lecticis etiam ferentes quaterni singulas* quoque reperitur: sine dubio, ut intelligatur *feminas elephantes*, sed inutile. Aj.

Plenisque homine triclinii accubi-

III. (III.) Certum est unum tardioris ingenii in accipiendis quae tradebantur, saepius castigatum verberibus, eadem illa meditantem noctu repertum. Mirum maxime, et adversis quidem funibus subire, sed regredi magis utique pronis. Mucianus ter consul auctor est, aliquem ex his et litterarum ductus Graecarum didicisse, solitumque praescribere eius linguae verbis: Ipse ego haec scripsi, et spolia Celtica dicavi. Itemque se videntе Puteolis, quum advecti e nave egredi cogerentur, territos spatio pontis procul a continente porrecti, ut sese longinquitatis aestimatione fallerent, aversos retrorsus isse.

tum iere. Exarati manu libri, quotquot vidimus, cum Chiffl. et Dalec. codice vetere, hanc lectionem exhibent, quam nos edi curavimus: non uti vulgo impressi, *plenisque hominum triclinis accubitu*: etsi hanc postremam vocem Pellicerius in notis MSS. improbat, mavultque *accumbentium*. Nobis autem religio fuit a vetere lectione, non tot codicum modo testimoniis, sed et Aeliani ipsius auctoritate corroborata, discedere: quum praesertim loci huiusce sententiam vel unius voculae immutatio labefactet. *Plenis homine* dictum a Plinio, ut a Marone, *late loca milite complet*. Quum in theatri arena, inquit, strata triclinia essent, eaque coenantium hominum confertissimo coetu plena, venere tamen elephantes in partem convivii, accubitumque simul iere cum hominibus, ita libratis vestigiis, ut ne quis hominum compotantium vel leviter attingeretur. Ita fere Aelianus loco proxime appellatu, unde lux maxima orationi Plinianae accessit. Ab elephantis quoque lychnuchos in illis conviviis non raro quoque gestatos narratur, apud Sueton. in Iulio, c. XXXVII.

III. *Certum est.* Romae hoc accidisse narrat Plutarchus, lib. de Solert. Anim. ubi plura subiungit elephantum docilitatis exempla. HARD.

Noctu. Ad Lunam. Plutarchus: ὤφθη νυκτὸς αὐτὸς ἀφ' ἑαυτοῦ πρὸς τὴν Σελήνην ἀναπαττόμενος τὰ μαθήματα, καὶ μελετῶν: *Noctu sua sponte ad lunam deprehensus est se exercere, hic veluti meditari.* HARD.

Funibus subire. Apud Labeonem iurisconsultum his verbis: *Si per catadromum servus curreret*, funis protensus intelligitur, per quem histriones ac etiam elephanti ingrederentur ac currerent. Apud Suetonium in Nerone, notissimus eques romanus, elephanto supersedens per catadromum decurrit. Brod. III, cap. 6. DALEC.

Graecarum. Et latinarum Aelianus, Hist. Anim. lib. II, c. 11. HARD.

Ipse ego. Quae verba si graece scribantur, versus heroicus constituitur hoc modo: Αὐτὸς ἐγὼ τάδ'

IV. Praedam ipsi in se expetendam sciunt solam esse in armis suis, quae Iuba cornua appellat, Herodotus tanto antiquior, et consuetudo melius, dentes. Quamobrem deciduos casu aliquo, vel senecta, defodiunt. Hoc solum ebur est: caetero, et in his quoque, qua corpus intexit, vilitas ossea. Quanquam nuper ossa etiam in laminas secari coepere penuria. Etenim rara amplitudo iam dentium, praeterquam ex India, reperitur: caetera in nostro orbe cessere luxuriae. Dentium candore intelligitur iuventa. Circa hos belluis

γράψα, λαφυρά τε Κλτ' ἀνέθηκα. Harn.

IV. *Cornua.* Varro quoque de Ling. Lat. lib. VI, esse cornua putavit. Qua de re infra ad cap. 10. Dalec.

Consuetudo melius: Melius sane: cornua enim exterius per frontem exeunt, et in ea protuberant: at dentes et ebur per os exeunt, et in gingivis radices habent. Deinde cornu translucet, si per tenues laminas secetur et levigetur: ebur non translucet. Cornu per ebullitionem in aqua fervente mollescit, et sic ductile: ebur minime. De eodem argumento concertationem habet elegantem Philostratus, de Vita Apoll. lib. II, cap. 6. Herodoto Plinioque Aristoteles suffragatur, de Hist. Anim. lib. II, c. 11, atque alibi passim. Alicubi tamen Plinius ipse, ut rhinocerotis, ita elephanti cornua appellat. Haan.

Dentes. Iuvenalis, Sat. II: *Dentibus ex illis, quos mittit porta Syenes, Et Mauri celeres, et Mauro obscurior Indus, Et quos deposuit Nabathaeo bellua saltu, Iam nimios, capitique graves.* Dal. — *Quae Iuba cornua appellat... dentes.* Mota olim et nostris etiam diebus renovata de elephanti armis lis (nam Iubae, ergo et Pausaniae in sententiam quidam Recentiores ivere), Herodotum tamen victorem sistit. Namque parum est differentiae ebur inter et intimam dentium substantiam quae ossea vulgo dicitur; et arma in osse intermaxillario radicem habent, quod plerumque incisivos dentes gerit. Non necesse est ego adiiciam ex Indorum praeiudiciis ea quoque hausta quae mox sequuntur de armorum cura in elephantes et iis, quas, si quis sequatur, usurpant, artibus. Cuvier.

Defodiunt. Invidia scilicet, odioque nostri: ne quod cum tanta eorum iniuria quaerimus, assequamur. H. — Vid. Excurs. II, auctore Cuvier. Aj.

Caetero, etc. Praebent ebur, inquit, tantummodo dentes, quanquam nec ipsi etiam toti ebore constant: quandoquidem qua parte latent obducti ipso belluae corpore, maxillaque tecti, ossei, ac viles hi quidem sunt, nec eboris pretium obtinent. Harn.

Penuria. Scil. eboris. Aj.

Cessere luxuriae. Luxuria nostra, inquit, absumpsit omne ebur huius nostri orbis: adeo ut iam id ex India petere propemodum necesse sit. H.

Dentium candore. Haec totidem fere verbis, de candore curaque den-

summa cura: alterius mucroni parcunt, ne sit praeliis hebes: alterius operario usu fodiunt radices, impellunt moles: circumventique a venantibus, primos constituunt, quibus sunt minimi, ne tanti praelium putetur: postea fessi, impactos arbori franguntur, praedaque se redimunt.

V. (IV.) Mirum in plerisque animalium, scire quare petantur: sed et per cuncta quid caveant. Elephas homine obvio forte in solitudine, et simpliciter oberrante, clemens placidusque etiam demonstrare viam traditur. Idem vestigio hominis animadverso priusquam homine, intremiscere insidiarum metu, subsistere ab olfactu, circumspectare, iras proflare, nec calcare, sed erutum proximo tradere, illum sequenti, nuntio simili usque ad extremum: et tunc

tium, Plutarch. lib. de Solert. Anim. pag. 966. Solinus item hunc locum transcribens, cap. XXV, pag. 47: *Candore dentium intelligitur iuventa: quorum alter semper in ministerio est: alteri parcitur, ne hebetatus assiduo repercussu, minus vigeat, si fuerit dimicandum.* Ita etiam Aelianus, Hist. Animal. lib. VII, c. 56. Harn.

Quibus sunt minimi. Quibus sunt dentes exigui. Hard.

Impactos. Solinus loco citat. *Quum venatu premuntur, pariter affligunt utrosque, ut ebore damnato non requirantur: hanc enim sibi causam inesse periculi sentiunt.* Hard.

V. *Mirum in plerisque animalium,* etc. Lege: *Mirum in plerisque animalium scire quare petantur, sed et fere cuncta quid caveant.* Salm. — Sensus vero hicce est: Mirum est, animalium pleraque intelligere quare petantur: cuncta vero scire, quid sibi sit cavendum. Hard.

Sed et per cuncta. Ita Paris. cod. et editi omnes. Reg. 1, *sed per cuncta.* Reg. 2, *sed cuncta.* Salmasius, p. 306, *sed et fere cuncta.* Si quid invat indulgere coniecturae, mallem, *sed super cuncta,* quam *fere cuncta,* quoniam ad vestigia veteris scripturae propius id accedat. Hard.

Elephas. Haec quoque Solinus ex Plinio, cap. XXV, p. 47. Sed *homini* malim, et *oberranti* legi, quam *homine* et *oberrante.* Hard.

Iras proflare, nec calcare, sed erutum proximo tradere. Constantius Fanensis non *erutum* hic, sed *cretum* scribit, sensum Plinianis verbis accommodans parum, ut sentio, congruentem, quum tamen et romana et caetera impressa exemplaria, Salmanticensis item codex *erutum* habeant. Hermolaus quoque *erutum:* propius veram lectionem, sed sensu inepto et falso. Apogr. Tolet. eximie hic ut in plerisque omnibus, *derutum,*

agmen circumagi, et reverti, aciemque dirigi: adeo omnium odori durare virus illud, maiore ex parte ne nudorum quidem pedum. Sic et tigris etiam feris cae- 2
teris truculenta, atque atque ipsa elephanti quoque spernens vestigia, hominis viso transferre dicitur protinus catulos. Quonam modo agnito? ubi ante conspecto illo, quem timet? Etenim tales silvas minime frequentari certum est. Sane mirentur ipsam vestigii raritatem: sed unde sciunt timendum esse? Immo vero cur vel ipsius conspectum paveant, tanto viribus, magnitudine, velocitate praestantiores? Nimirum haec est natura rerum, haec potentia eius, saevissimas ferarum maximasque nunquam vidisse quod

agnoscit. Petendusque est sensus horum verborum ab Aeliano, libro de Natura Animalium primo, ubi de elephantis ad hunc modum disserit: *Tum etiam sagacissime odorantur, tum acerrimis sensibus existunt, tum vero ex his partim antegredientes, partim subsequentes ordinatim eunt. Atque horum primus narium sagacitate herbam ante pedes suos positam, sentiens humanis vestigiis esse transitam, eam evellit, et ei qui a tergo proximus, odorandam tradit. Is rursus alteri qui post eum stat, ac deinceps per omnium quasi manus sagaciter contrectatur, quoad ad illum ipsum qui extremum agmen ducit, perventum fuerit. Is simul ac olfecerit, barritum vastum edens, quasi signum ad fugam dat.* Pint. — *Sed erutum alteri tradere.* Ita MSS. omnes, Reg. 1, 2, etc. Quanquam nonnulli *cretum* malunt, hoc est, visum vestigium alteri subsequenti referre ac nuntiare. Sed ii sunt qui obsoleta verba sectantur, et dictionis obscurae ambagibus oblectantur. Monetque Pint. rem eximie Aeliano, Hist. Anim. lib. IX, c. 9, expressam. In sensu, vestigium subintellige: hoc est, herbam, aliamve rem simile, cui hominis planta institerit. Hard.

Adeo omnium. In tantum viget, inquit, virus illud humani vestigii, ut a priore ad extremos usque, ceu per manus traditum, nares omnium iuxta infestet: quodque magis mirari conveniat, non nudi pedis plerumque id vestigium est, sed calceati: a quo minoris efficientiae odor dubio procul emittitur. Hard.

Nudorum quidem pedum. Sed calceis tectorum, qui efflatum humani corporis impediunt. Dalec.

Hominis viso. Subintellige, vestigio. Quoad scripturam, secuti tenaciter sumus codices Reg. 1, 2, Paris. Chiffl. etc. spreta librorum editorum lectione, *homine viso*, haud dubie vitiosa. Sic extremo capite, quum prius legeretur, *et statim intelligere cur sit timendum*, eorumdem codicum admonitu, atque ad Plinii mentem apposite, *quum sit timendum.* Hard.

dubeant timere, et statim intelligere quum sit timendum.

(v.) Elephanti gregatim semper ingrediuntur. Ducit agmen maximus natu, cogit aetate proximus. Amnem transituri minimos praemittunt, ne maiorum ingressu atterente alveum, crescat gurgitis altitudo. Antipater auctor est, duos Antiocho regi in bellicis usibus, celebres etiam cognominibus, fuisse; etenim novere ea. Certe Cato, quum imperatorum nomina Annalibus

Sane mirentur ipsam.... timendum. Non illi vere sciunt, at timent eo vehementius quod nesciant: et in inscitia rerum omnium, omne ignotum pro terribili est. Et hoc omnibus fere qui in rerum natura sunt animantibus usitatissimum est. Solam nos exceptionem nuvimus e celeberrimo viro Denham, qui dum peregre profectus lacum *Tsad* visit, innumeras prope et omnimodas volucres adspicit quae adventantem Afrum, nec timere videntur, nec fugiunt. Audiamus miserrimum viatorem, his fere, at anglice, visa narrantem (*New Discovery*, etc. Lond. 1826): *Oriente sole, ad lacus oras iam veneram armatus, atque avium numerosissimas turbas interfecturus; quae mei consilii prorsus insciae, videbantur ad nostrum adventum celebrandum confluxisse. Anatum et anserum multitudinem prope ad pedes videbam, quibus pulcherrimis coloribus gemmantes alae, et haec sola cura, cibum quaerere. Me, non aerem et immisericordem, utrumque enim semper convenit, venatorem, pigebat consilii, et a caedenda gente parum aberat quin desisterem. Vbi inter alatas phalanges processeram, a sinistra ad laevam evolabant, ne hostilem quidem animum suspicatae: res adeo nova atque oculis meis nova, ut diutius contemplaturus sederem; religio erat innocuarum animantium bona fide male uti. Pelicanos, grues, quatuor vel quinque pedum altitudine, cinereo, albo, mixta calore, aliquot decempedis obambulare; in aquis iocari aves scolopaci simillimas, sed illa maiores, spatulas proceras, fuas, charadrios, pedibus fulvis, speciesque alias quas neque ego noveram, neque ulla forsan in Europa animantium sylloge habet, res dulcissima erat; nec, nisi post longum tempus, ita me recepi ut lacum incolentium pacem missili igne demum turbarem.* As.

Elephanti gregatim semper ingrediuntur. Ducit agmen, etc. Haec iisdem verbis Solinus, cap. xxv, p. 47; Plutarchus, lib. de Solert. Anim. p. 968; Aelian. Hist. Anim. lib. VII, c. 15. Hard. — Res vera. Nam silvestres gregatim eunt, ducentibus agmen et tutantibus natu maximis. Cuvier.

Amnem. Praeter auctores laudatos, hoc etiam Philostr. natat, de vita Apollonii lib. II, cap. 8, pag. 75 et 76. Hard.

Novere ea. Novere sua quisque cognomina. Hard.

Quum imperatorum nomina annalibus detraxerit. Auctoris mentem assequi quum minime possent Plinii editores, hanc postremam vocem cor-

detraxerit, eum qui fortissime praeliatus esset in Punica acie, Surum tradidit vocatum, altero dente mutilato. Antiocho vadum fluminis experienti renuit Aiax, alioquin dux agminis semper. Tum pronuntiatum, eius fore principatum qui transisset: ausumque Patroclum, ob id phaleris argenteis, quo maxime gaudent, et reliquo omni primatu donavit. Ille, qui notabatur, inedia mortem ignominiae praetulit. Mirus namque pudor est, victusque vocem fugit victoris: terram ac verbenas porrigit. 4

Pudore nunquam nisi in abdito coëunt: mas quinquennis, femina decennis. Initur autem biennio, quinis 5

ruptam rati, scripsere, *quum imperatorum nomina annalibus describeret*, contra fidem codicum Reg. 1, 2, caeterorumque melioris notae, a scriptoris mente longissime aberrantes, cujus haec sententia est: Cato, inquit, imperatorum punicorum nomina annalibus suis apponere neglexit: idem tamen, quod nomen elephanti esset, qui tunc fortissime praeliatus, referre operae pretium duxit. H.

Eum qui. Eum elephantem, qui, etc. H.

Renuit Aiax. Id elephanto nomen fuit: eiusmodi fuisse et illi qui pro rege Poro adversus Alexandrum pugnavit, Philostratus est auctor, de vita Apollonii lib. II, cap. 6, p. 70. Hard.

Agminis semper. Mallet Pellicerius in MSS. *dux agminis, praetor.* Sed nulli ei codices favent. Hard.

Victusque vocem. Arist. Hist. lib. IX, cap. 2, pag. 1010: οὐχ ὑπομένει τοῦ νικήσαντος φωνήν. Hard.

Terram ac verbenas. Quo ritu solent et homines herbam victi porrigere, ut dicetur inferius, lib. XXII, c. 4. Hard.

Pudore nunquam.... coëunt. Arist. Hist. lib. V, cap. 2, pag. 524. Refert etiam Aelianus, Hist. Anim. lib. VIII, c. 47, et de camelis item lib. VI, c. 60. Hard. — *Pudore nunquam nisi in abdito coëunt.* Quam falso haec de bellinae pudore circumlata, demonstravere iam elephantes duo, mas et femina, qui diu in Museo regio simul vixerunt. Tum et supra nominatus *Corse* eo venit, ut cicures ad coitum, immo non sterilem, inducerent. Cuvier.

Mas quinquennis. Ex Plinio Solinus, c. XXV, p. 47. Hard. — Perperam; namque Aristoteles, qui rem perspexerat, Hist. Anim. lib. VI, c. 27 init. tradit, non nisi ante vigesimum annum coire, aut gignere: ὁ δὲ ἐλέφας ὀχεύει καὶ ὀχεύεται πρὸ τῶν εἴκοσιν ἐτῶν. Veritatem proximus. Ar. — *Mas quinquennis, femina decennis.* Duplex error Plinianus. Nam nec ante mas veneri idoneus quam femina; neque haec ante annum quintum et decimum inire potest. Cuvier.

(ut ferunt) cuiusque anni diebus, nec amplius: sexto, perfunduntur amne, non ante reduces ad agmen. Nec adulteria novere: nullave propter feminas inter se praelia, caeteris animalibus pernicialia: non quia desit illis amoris vis: namque traditur unus amasse quamdam in Aegypto corollas vendentem, ac, ne quis vulgariter electam putet, mire gratam Aristophani, celeberrimo in arte Grammatica. Alius Menandrum Syracusanum incipientis iuventae in exercitu Ptolemaei, desiderium eius, quoties non videret, inedia testatus. Et unguentariam quamdam dilectam Iuba
6 tradit. Omnium amoris fuere argumenta, gaudium a conspectu, blanditiaeque inconditae, stipesque, quas

Initur autem biennio. Scribendum videtur, *Initur a triennio*, hoc est, post triennium exactum, ex Aristotele, volumine de Historia Animalium quinto, cap. 13: *Coitum*, inquit, *triennio interposito repetit.* Pint. — *Initur autem biennio.* Visum est Pellicerio in notis MSS. post Pintianum, scribi opportere, *Initur a triennio.* Nempe, ut ipse fatetur, quod Philosophus ita scrisisse videatur, de Histor. Animal. lib. V, cap. 13, pag. 566: Πάλιν δὲ βαίνει μετὰ τὴν ὀχείαν διὰ τρίτου ἔτους. Codices tamen repugnant, et Solinus, cap. xxv, pag. 47: *Biennio coeunt, quinis nec amplius in anno diebus, non prius ad gregarium numerum reversuri, quam vivis aquis abluantur.* Hard. — *Initur biennio, quinis*, etc. Viceno fere mense elephas parit. Quam observavit *Corse*, haec vicesimi et primi mensis decimo octavo die peperit. Potestque, si hanc vetes foetui alendo curam dare, post biennium iterum iniri. Sed quinque in anno dies in hoc destinatos, mera fa[illegible] est. Cuv.

Nec adulteria novere. Solinus loc. cit. Hard.

Namque traditur. Haec quoque Plutarchus, lib. de Solert. Anim. p. 972, et Aelianus, Hist. Anim. lib. I, c. 38. Hard.

Electam putet, mire gratam. Ita rescripsimus codicum omnium admonitu, Reg. 1, 2, Chiffl. etc. quum prius in editis legeretur, *dilectam putet, miretur gratam.* Hard. — Nobis perplacet, quod et ante aliis: *mire tum.* Nam et bene sic latina phrasis constat, et antiquae lectionis *miretur* originem melius perspicis. Az.

Aristophani. Ἀριστοφάνει τῷ Βυζαντίῳ, Aelianus, loco citato. Hard. — Vode quam male a quibusdam *Aristophanio*, vel *Aristophanico*, facile vides. Az.

Quoties. Gronovius, edit. Var. *quotiens.* Az.

Stipesque. Huiusce moris, erogandi nummos, coniiciendique in elephantorum proboscidem, vestigia exstant apud Suetonium, in Augusto, c. LIII, ubi quemdam corripuisse ioco Au-

populus dedisset, servatae, et in sinum effusae. Nec mirum esse amorem, quibus sit memoria. Idem namque tradit, agnitum in senecta, multos post annos, qui rector in iuventa fuisset. Item divinationem quamdam iustitiae. Quum Bocchus rex triginta elephantis, totidem, in quos saevire instituerat, stipitibus alligatos obiecisset, procursantibus inter eos qui lacesserent, non potuisse effici, ut crudelitatis alienae ministerio fungerentur.

VI. (VI.) Elephantos Italia primum vidit Pyrrhi regis bello, et boves Lucas appellavit, in Lucanis visos, anno Vrbis quadringentesimo septuagesimo secundo:

guatus dicitur, *quod sic sibi libellum porrigere dubitaret, quasi elephanto stipem*, hoc est, cum pavore ac formidine. Quod Macrobius sic expressit, Saturn. lib. II, cap. 4, pag. 331: *Augustus, quum ei quidam libellum trepidus offerret, et modo proferret manum, modo retraheret: Putas*, inquit, *te assem elephanto dare?* H.

Et in sinum effusae. In illius sinum, quem elephas diligeret. Hard.

Quum Bocchus rex. Seneca, lib. de Brevit. vitae, c. 13. Dal.

Totidem. Totidem elephantos. H.

Saevire instituerat. Marg. Var. *saevire stipitibus.* Aj.

Procursantibus. Inter elephantos procursantibus viris qui eos lacesserent. Hard.

Non potuisse. Chiffl. *nec potuisse.* Aj.

VI. *Elephantos.* Haec ad verbum Solinus, c. xxv, pag. 47; Epitome Livii, lib. XIII: *Valerius Laevinus consul parum prospere adversus Pyrrhum pugnavit: elephantorum maxime inusitata facie territis militibus.* H. — *Elephantos Italia primum vidit.* Manium Curium Dentatum victis Pyrrho, Sabinis, Samnitibus primum in triumpho elephantos duxisse scribit Seneca, lib. de Brevit. vitae, cap. cit. Dalec.

Et boves Lucas. Haec Varro, de Ling. Lat. lib. VI: *Luca bos, elephas. Cur ita sit dicta, duobus modis inveni scriptum. Nam et in C. Aelii commentario erat, a Libycis Lucas: et in Vergidii commentario, ab Lucanis Lucas: ab eo quod nostri quum maximum quadrupedem, quem ipsi haberent, vocarent bovem: et in Lucanis Pyrrhi bello primum vidissent apud hostes elephantos,.... Lucam bovem appellasse*, etc. Hard. — Sed mox addit nec a Libya, nec a Lucania hos ita dictos, sed a luce, quod longe relucebant propter inauratos regios clypeos, quibus turres eorum ornatae fuerunt. Dalec. — Nec desunt aliae non minus ridiculae etymologiae. Quarum satis unam retulisse, quum excogitavit Baronius. Ille nempe scripsit ad annum Christi quinquagesimum octavum, bovem ab Italis appellatum *Lucam*, allusione facta ad bovis figuram Evangelistae Lucae

Roma autem in triumpho, septem annis ad superiorem numerum additis. Eadem plurimos anno quingentesimo secundo, victoria L. Metelli Pontificis in Sicilia de Poenis captos. Centum quadraginta duo fuere transvecti ratibus, quas doliorum consertis ordinibus

vulgo tributa. Quam hypothesim diserte Salmasius confutat, Plin. Exerc. p. 308 D. Neque Salmasio quidem assentimur, dum ait primo scriptum *bovem Lucantem*, ut *Picens* pro *Picenus*, et *Campans* pro *Campanus*. Vnice vera eorum opinio, qui *bovis Lucae* nomine donatum putant elephanta a Romanis, quod in Lucania bellum primum conspectam eum bove statim comparavissent, animantium prout censebant vastissimo. Pari prorsus ratione Achilles Tatius, Amor. lib. IV, cap. 3: ἀλλ' ἔστιν, ὡς εἰπεῖν, ἐλέφας Αἰγύπτιος, ad indigitandum elephantum. Lucretius de Rer. Nat. lib. V, vs. 1301: *Inde boves Lucas*, etc. Ad hoc etymon et hanc significationem quoque referenda Luciliana phrasis, quam citat Nonius, IV, p. 349: *Quem neque Lucanis oriundi montibu' tauri, Ducere pro telo validis cervicibu' possent.* Notandum tamen paulo ante Augustum relictam prorsus hanc absurde datam appellationem, quanquam Ausonius, epist. xv: *Cur me propinquum Santonorum moenibus Declinas, ut Lucas boves Olim resumpto praeferoces praelio Fugit iuventus romula?* Az.

In triumpho. Manli Curii Dentati, Pyrrho devicto, triumphum agentis. Seneca, lib. de Brevit. vitae, c. 13, p. 734: *Primus Curius Dentatus in triumpho duxit elephantos.* Idem habet Eutropius, lib. II. Pugnam, victoriam, triumphum, eleganter in primis Florus describit, de Bello Tarentino lib. I, c. 18. H.

Septem annis. Anno 479. Sex annis in Italia bellum a Pyrrho gestum scribit Plutarchus in eius vita, pag. 400. Hard.

Anno quingentesimo secundo. Consentientibus libris omnibus, tum editis, tum manu exaratis, nihil hic audemus mutare, quantumvis ab hoc calculo dissidere possint videri, quidam qui circumferuntur, Fasti consulares. H.

Victoria L. Metelli Pontificis. Hanc ob causam in multis denariis antiquis, Metellorum gestas res indicantibus, nunc elephas unicus impressus fuit, nunc ad currum iuncti duo, cum imperatore stante, quem coronat Victoria, nunc sub biga, cui insidet imperator, elephanti caput. Vrsinus 38. Dal. — *In Sicilia.* In quibusdam MSS. utramque vocem deesse margini variorum adscriptum est. Az.

Centum quadraginta duo fuere. Adde ex utroque exemplari: *Aut, ut quidam, centum quadraginta.* Sic capite sequenti: *Pugnavere in Circo* xx, *aut, ut quidam tradunt*, xvii. Verum de numero borum elephantorum parum sibi auctores constant. Livius in Epitome libri decimi noni, cxx, fuisse tradit; L. Florus libro secundo, centum circiter asserit. Paulus Orosius libro quarto, civ, Eutropius cxxx. Seneca in libro de Brevitate vitae cxx, cum Livio. Pint.

Ratibus. Rates, asseres sunt prae-

imposuerat. Verrius eos pugnasse in Circo, inter- 2
fectosque iaculis tradit penuria consilii: quoniam neque ali placuisset, neque donari regibus. L. Piso inductos dumtaxat in Circum, atque ut contemptus eorum increscceret, ab operariis hastas praepilatas habentibus, per Circum totum actos. Nec quid deinde iis factum sit, auctores explicant, qui non putant interfectos.

VII. (VII.) Clara est unius e Romanis dimicatio ad- 1
versus elephantum, quum Hannibal captivos nostros dimicare inter sese coëgisset. Namque unum qui supererat, obiecit elephanto: et ille, dimitti pactus, si interemisset, solus in arena congressus, magno Poenorum dolore, confecit. Hannibal, quum famam eius dimicationis contemptum allaturam belluis intelligeret, equites misit, qui abeuntem interficerent. Pro- 2
boscidem eorum facillime amputari, Pyrrhi praelio-

longi, duliorum, ut Plinius ait, consertis ordinibus impositi, atque inter se nexi, trabae instar. Harum usus est hodieque in Sequana amne frequens. His ligna, equi, armenta imponuntur, ut per amnem ea vehantur. Galli vocant, *des radeaux*. Paulus, ex Festo: *Rates vocant tigna colligata, quae per aquam aguntur*. H.

Imposuerat. Metellus scilicet. Ita MSS. Editi frustra, *imposuerant*. H. — Sic tamen Gronov. postea alii. Aj.

Consilii. In quibusdam *consulum*. Aj.

Ab operariis. Ita MSS. omnes. Lipsius tamen in Tacit. Annal. lib. I mavult, *ab operis*. Quoniam *operae theatrales* apud Tacitum eo loci notae: apud Tullium, *operae Clodianae*: denique apud Gruterum, pag. 467: OPERAE. VETERES A. SCAENA. H.

Nec quid deinde iis factum sit, auctores explicant, qui non putant interfectos. Chiffl. *Nec quid dein his factum*, etc. Multo plura Tolet. cod. invertit, qui sic habet: *Nec dein quid de iis* (forte *nec quid dein de iis* e Pliniana manu fuit) *factum sit, auctoris explicat, qui non putat interfectos*. Pintianus putat irrepsisse haec aliunde in textum quatuor verba *qui non put. interf.* Aj.

VII. *Inter sese coëgisset*. Ita ex MSS. Harduinus reposuit inre. Gronovius, alii: *se*. Quoad sensum, res in plano est. Conf. unique Valerius Maximus, Rer. Memor. lib. IX, cap. 2. Aj.

Et ille, dimitti pactus, si interemisset, solus in arena, etc. In codice: *et illum, dimitti pactus si intermisset. Solus ergo in arena*, etc. mutata nempe interpunctione, neque stante textu. Aj.

Proboscidem, in quibusdam *pro-*

rum experimentis patuit. Romae pugnasse Fenestella tradit primum omnium in Circo, Claudii Pulchri aedilitate curuli, M. Antonio, A. Postumio coss. anno Vrbis sexcentesimo quinquagesimo quinto. Item post

muscidem. Nam *promuscis* latine dicitur; num corrupte a *προβοσκίδι*, addita nempe nasali littera ante β, mox expellendum, ita ut habeas *προμβοσκίδα*, vel *προμβουσκίδα*, *promoscida* aut *promuscida*? Nisi crediderit, quod nec ego ita facile reiecerim, *promuscide* male scriptum per *u*, dum scribi posset *promyscide*, nempe a μυκτὴρ, quod graece nsris est. Nam myeter est a μύω; quis autem mirabitur a radice μυ... esse μυς... et μυσκ? Tum elephanti *proboscis* nihil est nisi nasus. Aristoteles post multa, de Part. Anim. lib. III, cap. 16: Οἷον οὖν τῶν κολυμβητῶν ἔνιοι πρὸς τὴν ἀναπνοὴν ὄργανα πορίζονται, ἵνα πολὺν χρόνον ἐν τῇ θαλάσσῃ μένοντες ἕλκωσιν ἔξωθεν τοῦ ὑγροῦ διὰ τοῦ ὀργάνου τὸν ἀέρα, τοιοῦτον ἡ φύσις τὸ τοῦ μυκτῆρος μέγεθος ἐποίησε τοῖς ἐλέφασι. Διόπερ ἀναπνέουσιν ἅπαντες ἄνω διὰ τοῦ ὕδατος τὸν μυκτῆρα, ἂν ποτε ποιῶνται δι' ὑγροῦ τὴν πορείαν. Καθάπερ γὰρ εἴπομεν, μυκτήρ ἐστιν ἡ προβοσκὶς τοῖς ἐλέφασιν. Item, Hist. Anim. lib. II, cap. 1: Ἔχει δὲ μυκτῆρα τοιοῦτον καὶ τηλικοῦτον, ὥστε ἀντὶ χειρῶν ἔχειν αὐτόν. Πίνει γὰρ καὶ ἐσθίει, ὀρέγων τούτῳ εἰς στόμα, καὶ τῷ ἐλεφαντιστῇ ἄνω ὀρέγει τούτῳ. κ. τ. λ. Aj.

Prob. eorum facillime amputari. Elephantina enim proboscis innumeris musculis constat, sese multo et multifariam intersecantibus in *tela cellulosa*, multo adipe referta, quam membrana tendinosa involvit; ita ut facile vulneretur amputeturque. Cuv.

Pyrrhi praeliorum. In altero tertioque cum Pyrrho congressu: de quo Florus, lib. I, cap. 18: *In Apulia, deinde apud Asculum melius dimicatum est, Curio, Fabricioque coss. Iam quippe belluarum terror exolverat, et C. Minucius quartae legionis hastatus, unius proboscide abscissa, mori posse belluas ostenderat. Itaque et in ipsas pila congesta sunt... Et sic eaedem ferae, quae primam victoriam abstulerant, secundam parem fecerant, tertium sine controversia tradidere.* Meminit et Vegetius, lib. III, c. 24. Hard.

Fenestella tradit. Non igitur verum est quod tradit Asconius Pedianus, in orat. Cic. in Pison. pag. 7. Cn. Pompeium iis ludis, quibus theatrum a se factum dedicavit, elephantorum pugnam primum omnium dedisse in Circo. Nisi forte legendum sit, *XX elephantorum*, ex Plinio. Tantum enim elephantorum numerum, ante hos Pompeii ludos, pugnasse in Circo, non est nullis, quod sciam, monumentis proditum. Hard.

Aedilitate curuli. Scenam in iis ludis magnam picturae admirationem habuisse traditur infra lib. XXXV, cap. 4. Dalec.

Anno Vrbis, etc. Plane incidere horum consulatum in hunc ipsum annum Vrbis efficitur ex aliis similibus epochis, quae toto hoc opere dispersae leguntur. Hard.

Sexcentesimo quinquagesimo quinto Chiffl. *CLV*. Aj.

annos xx, Lucullorum aedilitate curuli adversus tauros. Pompeii quoque altero consulatu, dedicatione templi Veneris Victricis, pugnavere in Circo viginti; aut, ut quidam tradunt, xvii, Gaetulis ex adverso iaculantibus, mirabili unius dimicatione, qui pedibus confossis repsit genibus in catervas, abrepta scuta iaciens in sublime, quae decidentia voluptati spectantibus erant in orbem circumacta, velut arte, non furore belluae iacerentur. Magnum et in altero miraculum fuit, uno ictu occiso. Pilum autem sub oculo adactum, in vitalia capitis venerat. Vniversi eruptio- 3

Lucullorum. Lucii, et Marci fratrum, quos simul aediles curules fuisse auctor est Plutarchus in L. Luculli vita. Hard.

Altero consulatu. Callega M. Lic. Crasso item secundum consule, anno urbis 700. Meminit horum ludarum Ascon. Pedianus in orat. Cic. in Pison. Templi Veneris Victricia a Pampein dedicati, Plutarchus in eius vita: Αφροδίτης Νικηφόρου ἱερόν. Venus Victrix, comitas est, humanitasque principis, quae vel bellum cohibet, vel exarmat hostes, aut in republica aeditiosos. Quamobrem in numma Faustinae Marci, Venus pingitur, apprehendens Martem ac sistens: eum hoc titula: VENERI VICTRICI. *Hard.*

Pugnavêre in circo XX, aut, ut quidam tradunt, XVII. Scribo: *Aut, ut quidam tradunt, XVIII.* Seneca in libro de Brevitate vitae: *Num et Pompeium primum in circo elephantorum duodeviginti pugnam edidisse, commissis more proelii noxiis hamiuibus, ad ullam rem bonam pertinet?* Pint. — Cum Pint. facimus. Az. — Max *abrepta scuta* reposuimus, ex Reg. 1, 2, Paris. Chiffl. etc. pro *arrepta.* Ac paulo post, *Pilum autem,* voculа hac posteriore addita, ex iisdem codd. Hard.

Vnius. Vnius elephantis. Hard.

In catervas. In quibusd. non legitur. Az.

Abrepta. Harduiniana, consentiente Chiffl. ἐπανόρθωσις; quam ante propositam legebatur *arrepta*, vel *adrepta.* Sic Gronov. etc. Az.

Voluptati spectantibus. Volubilitate tantum in quibusdam; *volubilitate spectantibus voluptati* alii. Az.

Abrepta scuta.... iacerentur. Haec ars circulatores quosdam commendabat, ut in aëra iactas parmas quavis membro reciperent. Martial. lib. IX, epigr. xxxix: *Summa licet, velox Agathine, pericula ludas, Nan tamen efficies ut tibi parma cadat. Nolentem sequitur temnesque reversa per auras, Vel pede, vel tergo, clune vel ungue sedet. Lubrica Corycia quamvis sint pulpita nimbo, et rapiant celeres vela negata noti: Securos pueri neglecta perambulat ortus; et nocet artifici ventus et unda nihil. Vt peccare velis, quum feceris omnia, falli Non potes; arte opus est ut tibi parma cadat.* Az.

Pilum autem. Πρότρημα Gron. omittit. Az.

nem tentavere, non sine vexatione populi, circumdati clathris ferreis. Qua de causa Caesar dictator, postea simile spectaculum editurus, euripis arenam circumdedit: quos Nero princeps sustulit, equiti loca addens. Sed Pompeiani, amissa fugae spe, misericordiam vulgi inenarrabili habitu quaerentes supplicavere, quadam sese lamentatione complorantes: tanto populi dolore, ut oblitus imperatoris, ac munificentiae honori suo exquisitae, flens universus consurgeret, dirasque Pompeio, quas ille mox luit, imprecaretur. Pugnavere et Caesari dictatori tertio consulatu

Circumdati clhatris. Chiffl. *circumdatis cl.* As.

Clathris ferreis. Clathri, seu clathra, crates dicuntur, quibus transversis aliquid munimus, sepimusve, ut fenestras, quae ob id clathratae dicuntur. *Treillis de fer.* Horatius in Arte: *Obiectos caveae valuit si frangere clathros.* Cavea dicebatur area in medio theatri, e qua populus ludos spectare solebat. Harn.

Euripis arenam. Var.: *Euripos harenae*; unde *h* tamen nescimus. As. — *Euripis arenam.* Fossis amphitheatri caveam circumdedit. Euripi enim fossae erant in ludis circumdatae pro septis, quorum loco temporaria prius claustra fuerunt. Amphitheatri caveam *arenam* vocabant, quod arena spargi ea solebat. Ita Martialis lib. Spectac. epigr. IV: *Nec cepit arena nocentes.* Hoc est, non sunt puniti in amphitheatro, aut commissi cum feris, delatores. *Fatalis arenae Munera*, dixit pariter Lucanus lib. IV, vs. 708. H.

Equiti loca. Ad Augusti aevum in Circo senatus, eques, plebs, indiscreti sedebant. Coro. Cinna, Valerio Messala coss. anno 758 mutavit Augustus, ut Dio tradit lib. LV; sed ita ut iuberet quidem seorsum spectare senatum, seorsum equitem: nec tamen loca illis certa, stataque assignaret. Claudius imp. senatui attribuit certam mensuramque sedem, teste Tranquillo, in eius vita, cap. 21: *Circo maximo, marmoreis carceribus, aureisque metis exculto, propria senatoribus constituit loca, promiscue spectare solitis.* Equiti deinde Nero: quod Plinius hoc loco docet: et Tranquillus in Nerone, cap. XI, p. 80: *Circensibus loca equiti secreta a caeteris tribuit.* Tacitus denique lib. XV: *Eodem anno Caesar* (Nero) *equitum rom. locos sedilibus plebis anteposuit ante Circum*: decimo nempe sui principatus ann. Urbis 816, Memmio Regulo, Virginio Rufo coss. H.

Addens. Marg. Var. non male: *accommodans.* As.

Sed Pompeiani. Elephantes a Pompeio in circum emissi. Hard.

Dirasque Pompeio, quas ille mox luit, imprecaretur. In libris editis *poenas imprecaretur.* Nos illud *poenas* expunximus, veterum omnium codicum fide: est enim indubitatum glossema: absque quo, *diras imprecari* ac *luere*, a bonis auctoribus usurpatur. Harn.

Pugnavere et Caesari dictatori. In

eius, viginti contra pedites quingentos: iterumque totidem turriti cum sexagenis propugnatoribus, eodem quo priores numero peditum, et pari equitum ex adverso dimicante: postea singuli, principibus Claudio et Neroni in consummatione gladiatorum. Ipsius ani-

denarii antiqui altera parte cusa sunt flamiois dialis insignia, albogalerus, seu cespita, aspergillum, sympulum in altera elephantus serpentem obterens cum his litteris, CAESAR: nempe ad ostendendum et celebrandum spectaculum id elephantorum. DALEC.

Pedites quingentos. Lectio ea est omnium codicum plane consentiens. *Quinquagenos* tamen legendum esse ex Suetonio Hermolaus censuit, et Pellicerius in notis MSS. Verum Tranquilli locus ab illis citatus, longe diversum ab hoc spectaculum, in quo paria omnia utrimque essent, haud dubie signat. *Venationes editae*, inquit, *per dies quinque, ac novissime pugna divisa in duas acies, quinquagenis pedibus, elephantis vicenis, tricenis equitibus, hinc inde commissis.* Adstipulantur autem receptae lectioni ea quae mox sequuntur. Nam si totidem turriti elephantes, hoc est, XX cum sexagenis propugnatoribus, adversus eumdem peditum equitumque numerum, qui superius notatus est, dimicarunt, quinquagenario illum maiorem fuisse omnino necesse est, aut iniquum admodum certamen fuisse. HARD.

Iterumque totidem. Sic Harduinus ex manuscriptis emendavit, suffragante Chiffl. non Gronovio, qui *iterum totidem*, et sic omnes antea. AJ.

Turriti. Coacti nimirum, et assuefacti, ut cecinit Iuvenalis, satyra XII, vs 109: *Dorso ferre cohortes Partem aliquam belli, et cuntem in praelia turrem.* HARD. — Similiter (loc. supr. cit. lib. V, v. 430) Carus: *Inde boves Lucas turrito corpore tetros Anguimanos, belli docuere volnera Poeni Subferre, et magnas Martis turbare catervas.* Et Sil. Ital. Bell. Pun. lib. IV, v. 601: *Vis elephantorum turrito concita dorso.*

Postea singuli. Singulari quoque certamine elephanti cum gladiatoribus illis pugnarunt, qui egregiae fortitudinis huiuscemodi specimine edito, rude donari cupiebant. Sicuti enim consummati milites hi erant, qui legitimis peractis stipendiis, militiae onere absolvebantur, quos emeritos etiam appellabant, sic consummati gladiatores hi erant, quos ob debita virtutis experimenta, pugnandi immunes donatio rudis efficiebat, et publica mercede alebat. Favent huic interpretationi Turnebus Advers. l. XXX, cap. 33; Rhodigin. lib. XI, pag. 495, aliique. Dalecampium contra sentientem (not. 31) uil motor. HARD.

In consummatione gladiatorum. Absoluto et consummato gladiatorio munere: fine gladiatorii spectaculi, velut corollarium ad concludendos finiendosque ludos. Rhodig. tamen l. XI, cap. 11, exponit adversus gladiatores iam consummatos, emeritos, rude donatos, manumissos, longa digladiandi consuetudine confirmatos, et animosiores, qui praemiorum magnitudine interdum in arenam et ludorum certamina revocabantur. Ego

malis tanta narratur clementia contra minus validos, ut in grege pecudum occurrentia manu dimoveat, ne quod obterat imprudens: nec nisi lacessiti noceant, ideoque gregatim semper ambulent, minime ex omnibus solivagi. Equitatu circumventi, infirmos aut fessos, vulneratosve in medium agmen recipiunt: ac velut imperio ac ratione, per vices subeunt. Capti celerrime mitificantur hordei succo.

vero intelligendum arbitror simplicius, singulos elephantos dimicasse, quum gladiatores pugnare desiissent. Vide Lips. Saturn. lib. II, cap. 46. Dalec. — Nos cum Dalecampio. Aj.

Ipsius animalis. Expressit haec Solinus ad verbum ex Plinio, cap. xxv. Hard.

Tanta. Marg. Var. *ista.*

Validos. Cod. Chiffl. *valida.*

Occurrentia manu dimoveat. Turbam dimovere dicitur, qui viam sibi in turba manu facit. Malo legere: *in grege pecudum occurrentium, manu dimovet*, id est, quum grex pecudum occurrit, et conferta pecorum multitudo, manu dimovet, gregem scilicet: dimovetur grex aut turba, quum in duas partes finditur viae faciendae. Salmas. pag. 307. — Nec mirere *manum* pro *proboscide.* Hac enim tam apte utitur, ut manus vice huic sit. Vid. Aristot. loc. supr. citat., et caeteros Zoologistosoph. Ad haec respiciens Lucretius in lib. V, v. 1302, elephantas vocat *anguimanos*, nempe tortili manu et serpentis instar flexili versatilique instructos. Aj.

Ne quod obterat imprudens· in quibusdam *ne quid obterat imprud.* Aj. — Elephas, ut equus, cavet ne hominem aut animal quidpiam vivum calcet. Saepe in Theriotrophio Regio evenit, ut pueros quibus potuisset nocere, proboscide molliter sublevatos extra viam transferret. Cuvier.

Ideoque gregatim semper ambulent. Tolet. cod. *Hique congregatim semp. ambul.* Salmantic. rectius: *Itaque quum gregatim semper*; atque ita Chiffl. Aj.

Equitatu. Solinus loc. cit. Hard.

Ac velut imperio ac ratione per vices subeunt. Ambo exemplaria scripta, et Romana, ac reliqua omnia excusa, non *ao ratione*, habent, sed *aut ratione.* Neutra mihi lectio satisfacit. Perspecto itaque diligentius loco, legendum arbitror, *Ac velut imperio auctorati, onus per vices subeunt.* Toletanum tamen Archetypum non *subeunt*, sed *subeuntes* praefert. Pint.

Hordei succo. Ptissana. πτισάνη πραύνονται. Dalec.—Gallice, *de l'orge mondé*: vel hordeo certe aqua calida macerato. Haru. — *Capti celerrime mitificantur hordei succo.* Plinii quoque transcriptor Solinus cap. xxv, p. 47: *Quum captivitate venerint in manus hominum, mansuescunt hausto hordei succo.* Sed sunt qui utrumque h. l. hallucinatum velint: affirmentque hordei succum nunc esse zythum, sive cervisiam, qua quum tractabilem fieri τὸν ἐλέφαντα Graeci dicunt, ebur hoc nomine intelligunt, non ipsum animal elephantem. Testis Dioscorides lib. II, cap. 109, de zytho: Εὐεργὴς δὲ καὶ ὁ ἐλέφας γίνεται βρε-

VIII. (VIII.) Capiuntur autem in India unum ex domitis agente rectore, qui deprehensum solitarium, abactumve a grege, verberet ferum: quo fatigato, transcendit in eum, nec secus ac priorem regit. Africa foveis capit, in quas, deerrante aliquo, protinus caeteri congerunt ramos, moles devolvunt, aggeres construunt, omnique vi conantur extrahere. Antea domitandi gratia, greges equitatu cogebant in convallem

χόμενος αὐτῷ. Et Plutarchus in fine libri, *Num improbitas sufficiat ad infelicitatem*, pag. 499; Τὸν ἐλέφαντα τῷ ζύθῳ μαλακὸν γενόμενον, καὶ χαλῶντα κάμπτουσι, etc. Censet ita sane Salmasius, gloriaturque de hac animadversione, quam in suum illud opus inseruit, cui titulum fecit, *Iudicium de Plinio*, pag. 406. Admonitus, credo, a Samuele Bocharto, qui parte I, de Animalibus lib. II, cap. 26, pag. 261, id ante eum adnotavit, miraturque a Salmasio in Plinianis Exercitationibus ad eum Solini locum fuisse praetermissum. Bocharto ipsi praeivit interpres Plinii gallicus, Anton. Pinetus, in suis marginalibus notis. Accepit id denique Pinetus ab Anton. Saraceno, cuius sunt eruditae in Dioscoridem notae, ad eum locum quem proxime appellavimus. Sed quid ego verear ab istorum suspicione et coniectura discedere, et omnem inconsiderantiae notam depellere a Plinio, quum sit extra controversiam positum, hordeum quadrupedum fere cibum esse, ut Plinius affirmat lib. XVIII, cap. 14, idque usus ipse quotidianus approbat, eos hoc genere cibi in primis delectari? Hordei certe haustibus placari elephantos captos, agnoscit etiam Scaliger in Arist. de Hist. Anim. lib. IX, cap. 2, pag. 1011, at multo ante Aelianus, Hist. Anim. lib. X, cap. 10: Τροφὴ δὲ ἡμερουμένοις τοῖς δὲ τοῖς ζώοις, ἄρτοι τε οἱ μέγιστοι, καὶ κριθαὶ, etc. Hordei succum Plinius pro hordeo usurpat fere, ut cap. 14, *lactis bubuli succum*, pro bubulo lacte. Denique egregie favet, id quod Plinius animadvertit lib. XXII, cap. 51, quum ait, non animantium modo, sed *nullius non hominis* quoque *iram, luctumque, tristitiam, et omnem animi impetum cibo molliri*. Haan.

VIII. *Capiuntur*. Arist. lib. IX Histor. Animal. cap. 2. Albertus M. de Anim. tract. I, lib. VIII, cap. 3, p. 248: *Equitat*, inquit, *homo elephantem domesticum in silva, quaerendo alios elephantos, et quum invenerit silvestres, incitat domesticos contra silvestres, ut percutiant eos promuscidibus: et quum vicerint eos, eo quod fortiores sunt domestici, quam silvestres, propter bonum et abundantem pastum, saltat super silvestrem rector elephantem, et percutit eum fortiter flagro duro.... et tunc subito quiescit*; etc. Haan. — *Capiuntur autem in India*. Caeterum aliam capiendi domandique rationem vide apud Strabonem lib. XV. Dalec.

Africa. Haec ferme totidem verbis Plutarchus, lib. de Solert. anim. et Aelianus multo prolixius, Histor. Anim. libro VI, cap. 61, iterumque libro VIII, cap. 10 et 15. Haan.

Antea domitandi gratia greges equi-

manu factam, et longo tractu fallacem: cuius inclusos ripis fossisque, fame domabant. Argumentum erat ramus, homine porrigente clementer acceptus. Nunc dentium causa, pedes eorum iaculantur, alioquin mollissimos. Troglodytae contermini Aethiopiae, qui hoc solo venatu aluntur, arbores propinquas itineri eorum conscendunt. Inde totius agminis novissimum speculati, extremas in clunes desiliunt. Laeva apprehenditur cauda: pedes stipantur in sinistro femine. Ita pendens alterum poplitem dextra caedit praeacuta bipenni: hoc crure tardato profugiens, alterius poplitis nervos ferit, cuncta praeceleri pernicitate per-
3 agens. Alii tutiore genere, sed magis fallaci, intentos ingentes arcus defigunt humi longius. Hos praecipui viribus iuvenes continent: alii connixi pari conatu contendunt, ac praetereuntibus sagittarum venabula infigunt, mox sanguinis vestigiis sequuntur. Elephantorum generis feminae multo pavidiores.

tatu cogebant in convallem. Scribo contra omnia exemplaria: *Antea militandi gratia, reges equitatu cogebant in convallem.* Probant fere hanc correctionem verba, quae infra habentur cap. 10: *Domiti militant; et turres armatorum in hostes ferunt.* Est igitur increpatio morum: antea militandi gratia, nunc dentium, ad delitias. Pintian. — Male; nec ulli acceptum. As.

Cuius inclusos ripis fossisque fame domabant. Lego, *euripis*, non *ripis*, ut capite praecedente: *Qua de causa Caesar dictator postea simile spectaculum edituras, euripis arenam circumdedit.* Pintian. — *Inclusos ripis. De euripis* non poenitenda sane coniectura: qua de re egimus superiore capite. Hard.

Argumentum. Argumento erat *dum de domitos fame, mansuetioresque factos esse*, si ramum, homine porrigente, clementer acciperent. Hard.

Troglodytae. Reliquum caput plane ad verbum Agatharchides habet, c. xxv, cuius Graeca exstant apud Photium in Bibl. cod. 250, pag. 1353. Eadem refert et Diodorus Siculus, Bibl. lib. III, ubi hos Troglodytas ἐλεφαντομάχους ab ea re vocat. H.

Pedes stipantur. Conniituntur in sinistrum femur, τοῖς ποσὶ δὲ πρὸς τὸν μηρὸν τὸν ἀριστερὸν ἐπιβαίνουσι, inquit Agatharchides. H.

Contendunt. MSS. omnes. Editi *tendunt.* H.

Vestigiis sequuntur. Subintellige feras. H.

Elephantorum. Arist. Hist. Anim., lib. IX, c. 1. H.

IX. (IX.) Domantur autem rabidi, fame et verberibus, elephantis aliis admotis, qui tumultuantem catenis coërceant: et alias circa coitus maxime efferantur, et stabula Indorum dentibus sternunt. Quapropter arcent eos coitu, feminarumque pecuaria separant, quae haud alio modo, quam armentorum habent. Domiti militant, et turres armatorum in hostes ferunt, magnaque ex parte Orientis bella conficiunt. Prosternunt acies, proterunt armatos. Iidem minimo suis stridore terrentur, vulneratique et territi retro semper cedunt, haud minore partium suarum pernicie. Indicum Afri pavent, nec contueri audent: nam et maior Indicis magnitudo est.

IX. *Rabidi, fame.* Τῇ ἀτροφίᾳ καὶ λιμῷ, victus tenuitate et fame domari feros, scribit Aelianus, Hist. Anim. X, 10. Strabo quoque, lib. XV, macerari eos fame docet. H.

Qui tumultuantem. Magis probarim, *quo tumultuantem.* H.

Circa coitus. Sic Arist. Hist. Anim. VI, 17. Sed addere ex eodem hic licet, aliter domari rabidos, hoc est, subito aliquo correptos furore: aliter efferatos ex coituritione: illos, ut dictum est, fame: hos, pabulo largiore: ut illorum, inopia cibi, vires frangantur: istorum natura distrahatur ad concoctionem a venere. Arist. Ἐξαγριαίνονται δὲ καὶ οἱ ἐλέφαντες περὶ τὴν ὀχείαν... φασὶ δὲ καὶ τὴν τῆς τροφῆς δαψίλειαν πρᾳοτέρους αὐτοὺς παρέχειν. Mox *dom. militant*, ubi vid. Exc. III. Hard. et Az.

Iidem minimo. Refert Aelianus, Hist. Anim. lib. I, cap. 38, hac arte a Romanis Pyrrhi elephantos esse fugatos, suibus immissis: Antipatri item Macedonis a Megarensibus, lib. XVI, c. 36. H. — *Iidem minimo suis stridore terrentur.* Nihil invitis libris immuto: etsi cuipiam venire in mentem possit *minimi suis* legi oportere, propterea quia in Geopon. lib. XV, c. 1, p. 402, Zoroastres affirmet porcelli recens nati grunnitum elephantem horrescere: Μάνθανε οὖν ἅτι ἐλέφας φρίττει νέου ἐλέφαντος φωνήν. Hard.

Maior Indicis. Solinus, cap. XXV: *Indicos elephantos Mauri timent: et parvitatis suae conscii aspernantur ab his videri.* Philostr. de vita Apollonii, lib. II, c. 6: Τῶν ἐκ Αἰθίοπος ἐλεφάντων οἱ Ἰνδοὶ μείζονες. Consentit et Polybius, Hist. lib. V. Indicos ad novem cubitorum altitudinem accedere, auctor est Aelianus, Hist. Anim. lib. XIII, cap. 8. H. — *Indicum Afri... magnitudo est.* De elephantis Afri inferioritate quoque Polybius, lib. II, cap. 17; Livius, lib. XXXVIII, cap. 39; Appianus, pag. 172 (ed. 1760); Diodorus lib. II; Philostr. in Vit. Apollon. lib. II, cap. 6; Solinus, cap. XXV; vere forsan si de his duntaxat intelligas, qui

X. (x.) Decem annis gestare in utero vulgus existimat: Aristoteles biennio, nec amplius quam singulos: vivere ducenis annis, et quosdam trecenis. Iuventa

Barbariam incolebant, Poenis et Romanis saepe in bellis usurpati; at de his quos Africae μεσημβρία gignit, longe aliter res se habet. Elephantis Guineensibus Bosman tribuit 13, vel 16 pedes in altitudinem, et Lichtenstein (*in itin. Capens.* tom. I, pag. 349), quorumdam meminit, qui 14 et 18 pedes alti fuere. Cuv. — Ad has elephantium varietates videtur respexisse Iuvenalis, sat. x, p. 149: *Rursus ad Aethiopum populos, altosque elephantos: Additur imperiis Hispania.* As.

X. *Decem annis.* Inde nata paroemia, cuius mentio est in praefatione ad Titum, pag. 1: *Celerius elephanti pariunt.* Lusit in hac sententiam festive Plautus, Stic. act. I, sc. 3: *Famem fuisse suspicor matrem mihi: Nam postquam natus sum, satur numquam fui: Sed quam ego matri meae retuli invitissimus, Eam mihi numquam retulit mater gratiam. Nam me illa in alvo menses gestavit decem, At ego illam in alvo gesto plus annos decem. Atqui illa puerum me gestavit parvulum, Quo minus laboris illam cepisse existimo: at Ego non pauxillulam in utero gesto famem, Verum herele multo maximam et gravissimam. Audivi saepe hoc vulgo dicier, Solere elephantum gravidam perpetuos decem Esse annos: eius ex semine haec certo est Fames: Nam iam complures annos utero haeret meo.* H. — *Decem annis gestare*, etc. Veritati Aristoteles propior, siquidem viginti mensium gestationem esse comprobavit *Corse.* Et res in primis notabilis est, historiam elephantis esse circa omnia veriorem apud Aristotelem quam in nostratis Buffonii libris. Nam melius prior indicavit quae eorum vitae praecipua tempora, quo modo coirent, quo lac sugerent, etc. Cuvier.

Aristoteles. Hist. Anim. lib. V, c. 13. H.

Nec amplius quam singulos. In libris hactenus editis ita legitur, *Nec amplius quam semel gignere, plaresve quam singulos.* Sed verba illa, *quam semel gignere, pluresve*, admonitu meliorum codicum expunximus: desunt enim illa in Reg. 1, 2, Paris. Tolet. aliisque: et vero superfluunt, quum undique absoluta sit periodus, iis inductis. Nec moveor, quod lectionem impressam Solinus agnoverit, scribens, cap. xxv, pag. 47: *Non annis decem, ut vulgus existimat, sed biennio, ut Aristoteles definit, utero gravescunt, nec amplius quam semel gignunt, nec plures quam singulos.* Aristotelis enim haec verba sunt, Hist. Anim. e libro V, c. 13, p. 566: Κύει δὲ ἔτη δύο, τίκτει δὲ ἕν: *biennio utero gestat: parit autem singulos.* Parit quidem singulos, sed non semel. H.

Vivere ducenis. Sic Arist. Hist. Anim. lib. VIII, cap. 12: Τὸν δὲ ἐλέφαντα ζῆν φασιν οἱ μὲν περὶ ἔτη τριακόσια· οἱ δὲ διακόσια. Idem tamen in ovo, cap. 12: Vivere, *inquit*, elephantos mares, alii annos ducenos, alii centum et viginti aiunt: feminas etiam fere totidem. Ζῆν δέ φασι τὸν ἐλέφαντα, οἱ μὲν ἔτη διακόσια· οἱ δέ, ἑκατὸν εἴκοσι· καὶ τὴν θήλειαν ἴσα σχεδὸν τῷ ἄρρενι. Ob eam

eorum a sexagesimo incipit. Gaudent amnibus maxime, et circa fluvios vagantur, quum alioquin nare propter magnitudinem corporis non possint. Iidem frigoris impatientes: maximum hoc malum: inflationemque et profluvium alvi, nec alia morborum ge-

rem in nummis Augustorum plurimis, qui sunt inscripti, AETERNITAS AVG. vel AVGG. ad significandam perpetuitatem domus Augustae, quae annos saltem ducenos floruisset, vel treceotos, pro symbolo elephanti pinguotur currum vehentes, vel quibus sessor insidet. In nummis utriusque Faustinae, inscriptis, AETERNITAS, elephanti duo cum suis sessoribus currum trahunt, in quo Faustinae sedentis effigies est: ad significandam aeternitatem domus Caesarese et Galeriae, unde Faustina genus traxit: quae domus per annos iam amplius ducenos floruerat, et in Commodo Aug. propagabatur. H.

Trecenis. Hoc est, treceotis. H.

Inventa eorum. Statum inventae potius, quam initia, aetati huic annorum sexaginta philosophus attribuit: φασὶν, inquit Hist. Anim. lib. IX, cap. 42, ἀκμάζειν περὶ ἔτη ἑξήκοντα. Aelianus quoque, Hist. Anim. lib. IV, cap. 31: Ἀκμὴ δὲ ἐλέφαντος ἑξήκοντα ἔτη γεγονέναι: *flos aetati elephanti est annus sexagesimus.* Quin etiam timide, atque ex aliorum relatu id a se prodi Aristoteles ipse profitetur: φασὶ, inquit: ne quis in hoc defendendo placito fidem eius putet obstrictam. H.

Gaudent amnibus. Quae sequuntur, usque ad ea verba, *Truncos quidem*, etc. Aristoteles etiam habet, Hist. Anim. lib. VIII, cap. 31. Aristotelem expressit quoque totidem fere verbis Albertus M. de Anim. tract. III, lib. VII, cap. 2, pag. 233. H. — *Gaudent amnibus*, etc. Humidis enim locis elephas delectatur. Nec tamen verum crede ob staturae magnitudinem natare non posse. Natat enim, modo sit satis profunda aqua. Immo, proboscidis ope, urinatur. Falsus quoque Noster, dum inflatione tantum et profluvio alvi elephanta laborare ait, qui iisdem obnoxius morbis qui caeteris herbivoris solent incumbere, immo quibusdam quae humanitas patitur. Elephantorum trium quos ego dissecui, primum pulmonis inflammatio abstulerat, alios inflammatio peritonii. Quoad frigoris impatientiam, nil sane mirum hoc maxime laborare animal torridae zonae proprium et pilis fere destitutum. At gens hodie extincta elephantium, quorum ossa in tota Europa, item Asia septentrionali et in Glacialis Oceani oris reperiuntur, pellem habuit lana crispa et longioribus pilis ita obductam, ut frigidis in regionibus facillime posset vivere. CUVIER.

Iidem frigoris. Id quoque Aelianus loc. cit. proxime. H.

Inflationemque. Flatuosae aegritudines elephantos infestant, et alvi profluvium: sed non alia, praeter ista, morborum genera sentiunt. H.

Nec alia. Alia tamen morborum genera, quibus vexantur, refert Albertus loc. cit. H.

nera sentiunt. Olei potu tela, quae corpori eorum inhaereant, decidere invenio: a sudore autem facilius adhaerescere. Et terram edisse his tabificum est, nisi saepius mandant. Devorant autem et lapides. Truncos quidem gratissimo in cibatu habent. Palmas excelsiores fronte prosternunt, ac ita iacentium absumunt fructum. Mandunt ore: spirant et bibunt, odoranturque haud improprie appellata manu. Animalium ma-

Olei potu. Arist. loc. cit. pag. 977: Ἔλαιον δὲ οἱ μὲν πίνουσι, οἱ δ' οὔ, τῶν ἐλεφάντων. Κἂν τύχῃ σιδήριόν τι ἐν τῷ σώματι ἐνὸν, τὸ ἔλαιον ἐκβάλλει, ὅταν πίωσιν, ὥς φασι. *Elephanti non omnes oleum bibunt: at qui bibunt, si quid in corpus ab hostibus adactum est, olei potu eiiciunt, ut multi praedicant.* Vide etiam et confer Aelianum, Historiae Animalium libro II, c. 18. Ad ferrum haustum, non ad impactum retulit hanc medicinam Albertus loc. cit. *Quando elephanti*, inquit, *potant oleum, si in eorum ventre est ferrum, extrahitur per oleum.* Butyro hanc vim attribuit Strabo, lib. XV. H. — *Olei potu tela.* Neutiquam hoc vero simile. Aristoteles generalius, Hist. Anim. lib. VIII, c. 31. Forte is auctor quem exscripsit venena intelligebat, non iacula. (Quae similiter Graeci ἰός. Vid. Lex.) Sic multa narrata Antiquis perabsurde nunc videntur, nempe quod ille inscius mutavit, qui transcripsit. Tentavit Aelianus rem facere minus incredibilem, dum ab elephanto ait non epotum oleum, sed olivae succum, aut oleum, vulneri admotum. Vid. Hist. Anim lib. II, c. 18. Cuv.

Nisi saepius. Albertus: *Et quando terram comederit, mociatur: nisi ad hoc fuerit a generatione assuetus.* H.

Truncos quidem. Haec quoque de truncorum, palmarumque cibatu, Aelianus, Hist. Anim. lib. IX, c. 56, et Solinus cap. xxv. Haan.

Fronte prosternunt. In Reg. 2, *tractu prosternunt*: forte pro *fractu*. Sed nihil mutandum, auctore Philosopho lib. IX, cap. 2, pag. 1010: Τοὺς δὲ φοίνικας τῷ μετώπῳ, etc. Haan.

Mandunt ore. Et quidem ad mandendum bibendumque ministerio proboscidis utuntur, quam ori admovent: eamdem pro manibus habent: ea, dum aquas transmittunt, respirant. Ita Philosophus, Hist. Anim. l. II, cap. 2, et lib. II de Part. Anim. cap. 16. Haan.

Spirant et bibunt, odoranturque . . . . manu. Id verum, quoad spirandi vices, et odorem; sed ad bibendum, postquam hausta per adspirationem aqua proboscidis duplicem tubum compleverunt, ex illa ad os curvata et versa, in guttur eliciunt liquorem. Quod sequitur de timore quem mus enormi belluae visus iniicit, et dolore quem hirudo parit, in proboscidem per aspirationem iacta, verum. Theriotrophii regii elephantes expavescunt, adspecto sorice. At nondum eos vidi pellis suae rugis muscas comprimentes. Quum pilis careat, qui aut nulli, aut in cauda sunt, pulvere crebro terga spargit,

xime odere murem, et si pabulum in praesepio positum attingi ab eo videre, fastidiunt. Cruciatum in potu maximum sentiunt hausta hirudine, quam sanguisugam vulgo coepisse appellari adverto. Haec ubi in ipso animae canali se fixit, intolerando afficit dolore.

Durissimum dorso tergus, ventri molle, setarum 3
nullum tegumentum: ne in cauda quidem praesidium abigendo taedio muscarum (namque id et tanta va-

modo ut refeigeretur, interdum ut muscas abigat. Cuvier.

Maxime odere murem. Suem odisse, non murem, scribit Aelianus, Hist. lib. VII, cap. 31, et lib. XVI, c. 36. Plutarchus: Εἰκότως δὲ καὶ τῷ λέοντι πρὸς τὸν ἀλεκτρύονα, καὶ τῷ ἐλέφαντι πρὸς τὸν ὖν μῖσος ἰσχυρὸν γεγενηκέναι, καὶ τὸν φόβον. Deceptus est Plinius affinitate vocum ὖς et μῦς. Constantinus Robert. — Caeterum auctor sub finem praecedentis capitis suis quoque minimo stridore terreri scribit. Dalec. — *Animalium maxime odere murem.* Non murem, sed suem odisse ait Dalecampius ex Rob. Constantino: deceptumque Plinium affinitate vocum ὖς et μῦς pronunciat. Tamen a Plinio facit Albertus M. de Anim. tract. II, lib. XXII, c. 1, pag. 586: *Dicitur autem hoc animal*, inquit ille de elephante, *timere murem, et abhorrere grunnitum porcorum, ita ut aliquando fugiat ex his.* Facit et Basilius, in Hexaem. homil. IX, p. 120: Οὐ μᾶλλον ἄγαμαι τὸν ἐλέφαντα τοῦ μεγέθους, ἢ τὸν μῦν ὅτι φοβερός ἐστι τῷ ἐλέφαντι. *Non elephantem admiror magis, propter hunc magnitudinis tumorem, quam murem qui formidolosus est elephanto.* Caeterum Solinus ex Plinio haec transcribit, c. xxv. Hard. — Sed vid. sup. not. 15 fin. Az.

Coepisse oppellari. Itaque Pliniano aevo sanguisuga a suctu sanguinis coepta est appellari. Qui certe scriptores antea vixerunt, bieudinem constanter vocant. Horatius, Aet. Poët. vs. ult. *Non missuro cutem, nisi plena cruoris, hirudo.* H.

Animae canali. Hoc est, in arteeia et spiritus meatu. In Chiffl. cod. peeperam scribitur, *amne canalis.* H.

Tergus. Teegus pro coeio aut cute. Ita Solinus agnovit, cap. xxv: *Durissimum dorso tergus est, venori mollius*, etc. Osseam cutem Cassiodorus vocat, Vae. lib. X, form. 30. H. — *Durissimum dorso tergus.* Hinc Plauti iocus in Milite: *Herus meus elephanti corio circumteotus est, non suo: Neque habet plus sapientiae, quam lapis.* Dal.

Setarum. Solinus: *Setarum hirsutioe nullae.* Arist. Hist. Anim. lib. II, c. 5: Ὁ δὲ ἐλέφας, ἥκιστα δασύς ἐστι τῶν τετραπόδων. *Inter quadrupedes elephantus minime hirtus est.* Est sane corpore toto glabee, sed habet extrema in cauda pilos, sive setas: unde ipse Plinius lib. XXXVII, cap. 20, perforatos Indis beeyllos, elephantorum setis religaei scribit. H.

Ne in cauda. Non negat in cauda pilos esse: sed in cauda peaesidium esse muscis abigendis negat. H.

stitas sentit); sed cancellata cutis, et invitans id genus animalium odore. Ergo quum extenti recepere examina, arctatis in rugas repente cancellis, comprehensas enecant. Hoc iis pro cauda, iuba, villo est.

4 Dentibus ingens pretium, et Deorum simulacris lautissima ex iis materia. Invenit luxuria commendationem et aliam, expetiti in callo manus saporis: haud alia de causa, credo, quam quia ipsum ebur sibi mandere videtur. Magnitudo dentium videtur quidem in templis praecipua. Sed tamen in extremis Africae, qua confinis Aethiopiae est, postium vicem in domiciliis praebere: sepesque in iis et pecorum stabulis, pro palis, elephantorum dentibus fieri, Polybius tradidit, auctore Gulussa regulo.

Sed cancellata. Vlcerosis vallibus exaratam dixit Cassiodorus lib. X, form. 30. H.

Ergo quum extenti. Vel *extenta*, cute scilicet. H.

Dentibus ingens pretium. Cornua esse, quos dentes vocant, multis rationibus probare conatur Pausanias, quas Rhodiginus repetit, XIII, 18. Et Iubam eiusdem fuisse sententiae supra cap. 3, attigit auctor. Contrarium sentit Ovid. IV de Ponto: *Et totum Numidae sculptile dentis opus.* Videsis Iacobi Palmerii Exercitationes nuper editas ad Pausaniae Heliaca pag. 395, ubi prolixe hanc quaestionem tractat. DAL.

Lautissima. Ita MSS. omnes, Reg. 1, 2, Paris. Chiffl. Salmant. etc. Editi, *laudatissima.* H.

Invenit. Excogitavit luxuria quid aliud commendaret in elephante, nempe callosam proboscidem, quam saporis esse inter epulas expetiti credit, etc. HARD.

Expetiti. Praeter iam dictam, inquit, eboris commendationem, aliam quoque saporis invenit luxuria, proboscidis manusve elephantinae callo lautiores inter epulas expetito, arbitrata tum ipsum ebur se mandere. HARD.

Quam quia ipsum ebur... videtur. Libentissime crediderim proboscidem petasonis instar praeparatam gratissimam esu fore; quippe quae ex plurimis constat delicatissimae carnis frustulis adipe exquisito per intervalla confixis. Neque ergo opus, ut multi haec aestimetur argumento puerili quod Plinius allegavit. CUYTES.

Magnitudo dentium. Vidimus Dieppae, Galliae portu emporioque in primis nobili, in officinis eboraria rum, dentem unum cuius pondus esset centum amplius librarum, septenum fere pedum longitudo. H.

Gulussa. Colb. 1, 2, et Paris. *Gaulusa*, forte pro *Golusa*. Nam Polybio in Excerptis, de Virtutibus et Vitiis, ex libro XXXI historiarum, scribitur ὁ Γολοσσᾶς τῶν Νομάδων

XI. (XI.) Elephantos fert Africa ultra Syrticas solitudines, et in Mauritania: ferunt Aethiopes et Troglodytae, ut dictum est: sed maximos India, bellantesque cum iis perpetua discordia dracones, tantae magnitudinis et ipsos, ut circumplexu facili ambiant, nexuque nodi praestringant. Commoritur ea dimicatio: victusque corruens, complexum elidit pondere.

XII. (XII.) Mira animalium pro se cuique solertia

βασιλεύς. Asdrubalis, et Scipionis Africani, captaeque Carthaginis temporibus suppar. H.

XI. *Vt dictum est.* Nempe capite 8. Hard.

Maximos India, etc. Asiaticorum et Afrorum elephantium species longe aliae sunt, sive formam capitis, sive aurium magnitudinem in primis speculere, sive quas in partes maxillarium dentium abeat vitreus cortex, conspicias. In India quoque serpentes longi, ex illorum genere quos hodie vocamus pythonas, et qui possent elephantibus facile nocere, si proboscidem complecterentur. Nihil belli tamen legimus inter haec animalia geri. Fictitias pugnas Plinius libenter describit quae facundiae campum aperiunt. Cuvier.

Bellantesque cum iis. De hac re Aelian. Hist. Anim. VI, 21. H.

Tantae magnitudinis, ut et ipsos circumflexu facili ambiant. Converte verba, *Tantae magnitudinis et ipsos, ut circumplexu facili ambiant. Circumplexu* enim legunt, non *circumflexu* ambo exemplaria: et sic esse legendum Plinius ipse paulo post ostendit, quum dicit, *Victusque corruens complexum elidit pondere.* Item pro verbo illo *facili*, in eisdem *faciunt* habetur; ut non absurde *faceatim* pro *faciunt* substituere posses. Pint.

Nexuque. Velut illigatos nodo praestringant. Hann.

Commoritur ea dimicatio, etc. lege: *Commorituris dimicatio vict.* etc. Sal. — *Commoritur.* Minus bene et audacter Salmasius, *Commorituris.* Vtriusque nece, inquit Plinius, finitur ea dimicatio. H.

Victusque. Rectius scribito, *victus namque.* Quoad sensus: Victusque elephas corruens, draconem complexum elidit suo pondere. H.

Mira animalium pro se cuique, etc. Lege: *Mira animalium pro se cuique solertia, ut hic una lacessendi tantam altitudinem difficultas draconi: itaque iter ad pabula speculatus*, etc. Mira, inquit, animalibus solertia in vitandis ac declinandis quae contraria sunt, et sectandis quae utilia: ut hic in pugna elephantis et draconis, una difficultas draconi adoriendi ac lacessendi tantam altitudinem, quum animal sit per humum repens. Quid igitur facit ut hanc difficultatem evincat? speculatur iter quo ad pabula eunt elephantes, ex alta arbore se iniicit. Salm. — *Mira animalium pro se cuique praecipua solertia est.* Adde particulam *que*, *praecipuaque solertia est*, ex iisdem: in

est, ut his una: ascendendi in tantam altitudinem difficultas draconi: itaque iter ad pabula speculatus, ab excelsa se arbore iniicit. Scit ille imparem sibi luctatum contra nexus: itaque arborum aut rupium attritum quaerit. Cavent hoc dracones, ob idque gressus primum alligant cauda. Resolvunt illi nodos manu. At hi in ipsas nares caput condunt, pariterque spiritum praecludunt, et mollissimas lancinant partes: iidem obvii deprehensi, in adversos erigunt se, oculosque maxime petunt. Ita fit ut plerumque caeci, ac fame et

Tolet. tamen verba illa *pro se cuique* non leguntur. Pint.

Vt iis una scandendi in tantam altitudinem difficultas. Draco itaque. Idem exemplar non *Draco* praefert, sed *Draconi*. Totum ergo hoc caeaum aliter lego et interpungo, *Vt his una, scandendi in tantam altitudinem draconi.* Nam verbum *difficultas*, adiectivum, ut puto, sensum alioqui perspicuum conturbat, difficilemque reddit: posset etiam non absurde legi, *Vt ex imo scandendi*, etc. Pint. — *Vt his una: ascendendi in tantam altitudinem difficultas draconi, itaque iter*, etc. Ita Reg. 1, 2, Paris. etc. sed lidem *arcessendi* legunt, mendose, ut suspicor, pro *ascendendi* vel *scandendi*, ut editi habent, vel *lacessendi*, ut Salmasius, pag. 307 et 308. Hard.

Itaque iter ad pabula speculatus. Exemplar Salmant. *Itaque ut tritum iter ad pabula speculatur.* Commodior fortasse lectio sit, *Itaque ut itantem ad pabula speculatur*, ut de Delphinis lib. IX: *Divo autem Augusto principe Lucrinum lacum invectus, pauperis eiusdem puerum ex Baiano Puteolos in ludum literarum itantem.* Pint.

Scit ille. Elephas nimirum. Haec quoque crepat Solinus cap. xxv, pag. 47. Haro. et Aj.

Itaque arborum aut rupium attritum, etc. Lege: *arborum aut rupem adfrictui quaerunt.* Arborem quaerunt aut rupem cui se adfricare possint, ad dracones atterendos. Salm.

Ob idque gressus. Solinus: *Ac primum pedes nodis illigant, ut laqueatis cruribus impediant gradiendi facultatem: nam elephanti, nisi praeventi hac spirarum mora, vel arboribus se, vel saxis applicant, ut pondere nitibundo attritos necent angues.* Haro.

Resolvunt illi. Elephantes proboscide nodos resolvunt. Harn.

In ipsas nares. Ita Reg. 1, 2, Paris. Chiffl. At editi, *in ipsa nare.* Hard. et Aj. — Minus bene; nam motus non apte iam et poëtice exprimitur; dum per τὸ *in ipsas nares caput condunt* significat perspicue *introductum in nares caput condunt in nare.* Quod mox sequitur *lancinant* est quasi *lancea perfodiunt*; vox elegans et quae Annaeo in primis placuit, placitura mox aliis; nam illa medici saepissime utuntur ad quarumdam sensationum naturam significandam. Non infeliciter. H.

moeroris tabe confecti reperiantur. Quam quis aliam 2
tantae discordiae causam attulerit, nisi naturam, spectaculum sibi ac paria componentem? Est et alia dimicationis huius fama. Elephantis frigidissimum esse sanguinem: ob id aestu torrente praecipue a dracónibus expeti. Quamobrem in amnibus mersos insidiari bibentibus: arctatisque illigata manu in aurem morsum defigere: quoniam is tantum locus defendi non possit manu. Dracones esse tantos, ut totum sanguinem capiant. Itaque elephantos ab iis ebibi, siccatos-

Quam quis aliam tantae discordiae causam, etc. Lege: *Qua quis aliam tantae discordiae causam attulerit, nisi naturam spectaculum sibi ac paria componentem? est et alia dimicationis huius fama elephantis frigidissimum*, etc. Natura, inquit, causa est tantae discordiae, quae spectaculum sibi parat et paria componit; quam quis aliam causam attulerit? est alia tamen dimicationis huius: aiunt elephantis frigidum esse sanguinem qui expetitur a draconibus. Salm. — Vide infr. not. 4. Aj.

Nisi naturam, spectaculum sibi ac paria componentem. In editis, *nisi naturae spectaculum sibi paria componentis.* In Reg. 1 et 2, *nisi natura spectaculum sibi paria componentem.* In Paris. et Tolet. ac Parm. edit. *natura spectaculum sibi ac paria.* Pellicerius in notis MSS. *nisi naturam, spectaculum sibi, paria componentem*: ut hae duae voces, *spectaculum sibi*, sit parium quae natura componat, quaedam appositio. H.

Est et alia. Reliquum hoc caput exscripsit ad verbum fere Solinus, loco proxime appellato. Hoc vero fabulosum esse censet Albertus M. de Animal. l. XXII, tract. 2, cap. 1, pag. 587. Hard.

Elephantis frigidissimum sanguinem. Perabsurdam serpenti causam praelii tribuit, dum sui refrigerandi cupidine hunc ait in elephantem incurrere. Serpenti frigidus sanguis: elephanti idem cruoris calor qui caeteris quadrupedum. Cuvier.

Quamobrem in amnibus mersos, etc. Lege: *Quamobrem in amnes mersos insidiari bibentibus, arctiusque illigata manu morsus in aurem defigere.* Salm. — *In amnibus* tamen Reg. 2. Hard.

Arctatisque. Corrupta haud dubie ea vox est, quum Reg. 1 legat, *morsusque*; Reg. 2, *motusque*; alii *mortusque*: quorum admonitu, nos qui priscarum lectionum vestigiis in hoc castigandi genere tribuimus plurimum, scribendum cum Pellicerio censemus, *intortusque*, hoc est, spirarum volumine, si faveant eruditi huic coniecturae. Salmasius pag. 308 legit *arctiusque*, nimis, ut puto, frigide. H. — *Arctatisque.* Vinctisque elephantis illigata proboscide in aurem morsum infigere.

Is tantum locus. Solin. *Quod is tantum locus defendi non potest promuscide.* Itaque invadunt elephantorum aurem dracones, quoniam locus ille defendi eorum manu non potest.

que concidere: et dracones inebriatos opprimi, commorique.

XIII. (XIII.) Generat eos et Aethiopia Indicis pares, vicenum cubitorum. Id modo mirum, unde cristatos Iuba crediderit. Asachaei vocantur Aethiopes, apud quos maxime nascuntur. Narratur in maritimis eorum quaternos quinosque, inter se cratium modo implexos, erectis capitibus velificantes ad meliora pabula Arabiae vehi fluctibus.

Prius tamen manum eamdem apprehendunt, illigantque intortu suo, ne eius ope ac ministerio, si partem aliam corporis illigent, aut ipsi proboscide verberentur, aut nodi solvantur, ut superius dictum est. Solino, vetustisque exemplaribus Pellicerius adversatur, quum legi fideoitus iubet, *Quoniam is tantum locus defendi non possit, nisi manu.* H. — *Quoniam... possit manu.* Mihi Pelliceriana lectio arridet, etsi nec Solino, nec MSS. codd. comprobata. Nam patet elephantis proboscidem, ut ad caeteras corporis partes, ita ad aorem defendendam idoneam esse; sed rem minus facilem fore si sese humi pulveret, fricet, etc. Cuvier.

XIII. *Vicenum cubitorum.* Vid. Philostorgium lib. III, cap. 11, et Aelianus, Hist. Anim. lib. II, cap. 21. Alia veterum scriptorum testimonia, qui ampliorem etiam draconibus molem assignant, profert Samuel Bochartus, parte II, de Animal. lib. III, c. 13. Hard. — *Generat eos... vicenum cubitorum.* In Africa enim et India serpentes trigiota pedum longitudinem habent, et nonnunquam superant: hi ex genere *boarum*, vel *pythonum*. Potes in Regio Hist. Natur. Gazophylacio sceletum hoae videre, cui 19 pedes, et pelles quibus 20 et 25. Cuvier.

Unde cristatos Iuba, etc. Sint sane alii cristati dracones, cuiusmodi a nobis etiam nuper visus est unus: hoa vero Aethiopicos, qui cum elephantis dimicant, cristatos esse nemo veterum scriptorum affirmat, quanquam in iis describendis accurati ac diligentes: in primis Aelianus loco cit. et Lucanus lib. IX, vers. 727. Tamen inter dracones marem crista, quemadmodum inter cervos cornibus, insignem incedere scribit idem Aelianus lib. XI, cap. 62: ὁ μὲν δράκων ὁ ἄῤῥην τὸν λόφον ἔχει. Indicos, quibus Plinius Aethiopicos pares facit, cristatos esse Philostratus scribit, de Vita Apoll. lib. III, cap. 2. Hard. — Nullus e serpentibus, quos quidem novimus, cristatus; et Iuba dracones forte lacertos e magna gente appellavit. Cuvier.

Maxime nascuntur. Aliis *maximi* magis placet. Plinius extrema cap. 9, de elephantorum forma: *Nam et maior Indicis magnitudo est.* Hard.

Narratur in maritimis eorum, etc. In Indico mari plurimi serpentes aquatiles et venenosi, ex hydropheon, pelamidum, etc. genere. Cuv.

XIV. (XIV.) Megasthenes scribit, in India serpentes in tantam magnitudinem adolescere, ut solidos hauriant cervos taurosque. Metrodorus, circa Rhyndacum amnem in Ponto, ut supervolantes quamvis alte perniciterque alites haustu raptas absorbeant. Nota est, in Punicis bellis ad flumen Bagradam a Regulo

XIV. *Megasth. scribit.* Apud Strabonem lib. XV, Onesicritus refert apud Abisarum Indiae regem duos fuisse dracones, alterum pedum 140, alterum 80. Nearchus autem visam viperam feminam cubitorum sedecim. DALEC.

In India. Haec Solinus ad verbum e Plinio, cap. 52. Plinius ex Megasthene, ut fatetur, a quo et Aristoteles hausit, Hist. Animal. l. VIII, cap. 33, pag. 984. Sed eo nomine mendacii incusatur a Strabone Megasthenes, lib. II, immerito, ut quidem arbitramur. H.

Hauriant cervos taurosque. Res supra dubium sita est, posse a serpentibus sorberi animalia crassiora, haustamque, v. gr. cervam a pythone quodam, quem ab insula Batavia vivum secum ducebat ill. Amherst; sed fractis intra corporis volumina et spiras ossibus, sed diu pressam et humore oris madentem. Certe nullus bos, etiam si ad sexagenos pedes perveniret, taurum hauriret crudum et durum, neque hoc modo praeparatum. CUV.

Metrodorus. Et ex eo Metrodoro, ut apparet, prolixe recitat eadem Aelianus, Histor. Animal. lib. II, cap. 21. HARD.

Alites haustu raptas exsorbeant. Concessam ubivis gentium anguibus potestatem trahendi, et, ut aiunt, fascinandi aviculas et animantes, ad verum revocavit Cl. V. Barton, etiam In fascinantium celeberrimo angue quem dicimus *crotalum*: vulg. *serpent à sonnettes.* Vide illius *A memoir concerning the fascinating faculty ascribed to the rattle-snake*, Philadelph. 1796, in 8.°; ubi argumentis sedulo adductis probat, hunc serpentem minimis tantum aviculis vesci, et fere in terra nidificantibus, quas eo tempore corripit quo trepidant, ut soboli opitulentur. CUVIER.

Nota est. Historiam hanc egregie narrant Florus lib. II, cap. 2, pag. 52; Seneca, epist. 82; Valerius Maxim. lib. I, cap. 8, ex Livio. Livius ipse in epitome lib. XVIII; Silius Ital. lib. VI. Denique Gellius lib. VI, cap. 3, ex Aelii Tuberonis historiis, quo ex fonte, adeo sunt verba paria, hausisse Plinius ipse videatur. HARD.

Bagradam. Nunc *Megarada.* Vide Val. Max. lib. I, cap. ult. Livium, XXIX. Decad. primi belli Punici. Nam Senecam non dubito huc spectasse, de Clement. lib. I, cap. 25, his verbis: *Lenis et privata pernicies non solas urbes movet. Quod late furere coepit, et omnes appetit, undique configitur. Serpentes parvulae fallunt, nec publice consequuntur: ubi aliqua solitam mensuram transit, et in monstrum excrevit, ubi fontes potu infecit, et, si afflavit, deurit, obteritque, quacumque incessit, balistis petitur.* DALEC.

A Regulo. Attilius ille Regulus fuit, quem aiunt a Carthaginiensibus

imperatore ballistis tormentisque, ut oppidum aliquod, expugnata serpens cxx pedum longitudinis.
2 Pellis eius maxillaeque usque ad bellum Numantinum duravere Romae in templo. Faciunt his fidem in Italia appellata boae: in tantam amplitudinem exeuntes, ut, Divo Claudio principe, occisae in Vaticano solidus in alvo spectatus sit infans. Aluntur

illigatum in machina, resectis palpebris, vigilando necatum, bello Punico primo; de quo Horatiana od. lib. III, v. Harn.

Serpens CXX pedum longitudinis: Nullius certi facti sumus, qui eo longitudinis devenerit. Cuvier.

Faciunt his. Solinus iisdem verbis, cap. 11. Faciunt vero praeter ista his monstris fidem, immani illa vastitate serpentes, quas hodieque in Brasilia et circumiacente tractu terrarum passim degere, non ea historicis modo accepimus, sed eorum etiam fide, qui oculis usurparunt, omnino credimus. Harn.

Boae. Ita Solinus appellat. Festus quoque: *Boa serpens est aquatilis, quem Graeci ὕδρον vocant, a qua ieti obturgescunt.* Aldrovandus, de Serpent. et Drac. lib. I, ait esse hydri speciem, qui germanice *Vnck* appelletur. Hieronymus in vita D. Hilarionis, cap. xxxiii: *Siquidem draco mirae magnitudinis, quos gentili sermone boas vocant, ab eo quod tam grandes sint, ut boves glutire soleant, omnem late vastabat provinciam: et non solum armenta et pecudes, sed agricolas quoque et pastores tractos ad se vi spiritus absorbebat.* H. — *App. boae.* Talis draco fuit, qui Lanuvii colebatur et alebatur a virgine, memoratus a Plutarcho in parallelis, et a Propertio Elegia viii, lib. IV, signatus in vetusti denarii romani altera parte, cum virgine cibum oblatura, canistro ad cingulum suspenso. Dalec — *In Italia appellatae boae.* Longissimi in Italia serpentes *coluber Aesculapii* et *coluber quadrilineatus* Lin. qui in sex pedes non excrescunt. Coniectandum ergo est occisum in Vaticano anguem vere e boarum, sive pythonum, genere fuisse. At unde transvectum? Cuvier.

In Italia appellatae boae... occisae in Vaticano solidus in alvo spectatus sit infans. Aluntur primo boae bubuli lactis succo. MSS. omnes Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Salm. Tolet. etc. *aluntur trimo*: sed, ut reor, mendose. Favet certe receptae lectioni Solinus cap. 11, pag. 15, hunc locum transcribens: *Captat primo greges bubulos, et quoe plurimo lacte rigua bos est, eius se uberibus innectit*, etc. Ego *primo* vel *plurimo* magis probarim, quam *trimo*. *Privo* autem, quod Salmasio placet pag. 87, obsoletius est, quam ut arridere hoc loco possit. Sed hic de bois serpentibusque sermo, quae alites hominesque haustu absorbeant, in memoriam revocat Tertulliani locum lib. de Corona, cap. x, pag. 106: *Draco etiam terrenus*, inquit, *de longinquo homines spiritu absorbet.* Vbi Rigaltius: *Draco terrenus, nempe Satanas infernus, spiritu et afflatu suo homines absorbet, etiam de longiquo.* Immo argumentatur Tertullianus a terreno dracone ad in-

primo bubuli lactis succo, unde nomen traxere. Caeterorum animalium, quae modo convecta undique, Italiam contigere saepius, formas nihil attinet scrupulose referre.

XV. (xv.) Paucissima Scythia gignit, inopia fruticum: pauca contermina illi Germania: insignia tamen boum ferorum genera, iubatos bisontes, excellenti-

feroum, ut fugiendam longissime doceat idololatriam. Draco etiam terrenus de longinquo nocet, multo magis infernus. H. — *Aluntur primo bubuli lactis succo.* Pervagata opinio est lac vaccinum a colubris sugi. Quod quoquo se habeat modo, hoc etymon hoae pervides; qoae male appellatio a Lionaeo translata ad zonae torridae et Americae species, quum Italicos prius angues indicaret. Cuvier.

Vnde nomen traxere. Falsa haec ἐτυμότης Salmasio videtur pag. 87, in Solin. neque enim hoc proprium hoae, sed omnium serpentium esse, ut bubuli lactis succo alantur. At non nmuium sane esse arbitror, id quod Solinus ait Plinii paraphrastea, esse peculiare hoae, ut quooiam avida hubuli lactis est, boum se idcirco uberibus ionectat, auctnque cnntiouo ac saginet. Iode videlicet nomen. Mihi certe neque auctoritate tanta, neque tam idoneo constabilita argumeoto videtur senteotia Salmasii, ut in ipsam pedibus eam, ac potius existimem a βύης Aeolico pro δύης, deduci hoae vocem oportere. H.

Italiam contingere saepius. MSS. omnea, *Italia.* Impressi, *Italiae.* Nos *Italiam*, ut sit sententia: Quae animalia deportata aliunde, attigere Italiam, salvaque ad nos pervenerunt, etc. Haan.

XV. *Inopia fruticum.* Vnde his aoimantibus Scythicis cibatus est gratoa in primis, ut de toto caprarum genere Varro docet, de Re Rust. lib. II, cap. 1. H.

Genera. Duo scilicet, bisontes, et uros: quamquam bisootea noo ita sunt ioter feros censendi, ut, quod Solious ait, c. xx, p. 40, hunc locum transcribens, *capti assueseere manu* omnino non possint: sed quod aegre possint. Alioqui haud inusitatum esso cecinit Martialis lib. I, epigr. 105: *Turpes esseda quod trahunt bisontes.* Haan.

Iubatos bisontes. « Quos *Elg* appellant Suizzeri », h. e. Helvetii, inquit Scaliger, Eaerc. 206. Hos pulcherrime delineat Calpuroiua, quamqnam tacito bisootia nomine, Eclog. 7: *Vidimus et tauros, quibus aut cervice levata Deformis scapulis torus eminet, aut quibus hirtae Iactantur per colla iubae, quibus aspera mento Barba iacet, tremulisque rigent palearia setis.* Bisootia icooem exhibet Aldrovandua, de Quadrup. Bisulc. lib. I, cap. 3, ea Volfgango Lazio, et Gesnero. H. — Vide not. pag. seq. As.

Excellentique vi et velocitate uros. Hanc vim ac velocitatem, quam uria Plinius dedit, male bisootibus Solinus attribuit, cap. xx, pag. 40, sive codicum interpunctione praepostera, sive legendi festinatione inductus in fraudem. Sic C[illegible]r quoque, de Bell.

que vi et velocitate uros, quibus imperitum vulgus bubalorum nomen imponit, quum id gignat Africa, vituli potius cervique quadam similitudine.

Gall. lib. VI, pag. 74: *Vri sunt magnitudine paulo infra elephantos, specie, et colore, et figura tauri. Magna vis est eorum, et magna velocitas: neque homini, neque ferae, quam conspexerint, parcunt: hos studiose foveis captos interficiunt.* Hard.

Iubatos bisontes, excellentique vi et velocitate uros. Vri sunt boves, ut verbis Alberti M. utar, de Anim. XX, tract. II, c. I, pag. 609: *quos germanice* Visent *vocamus, cornua ingentia duo gestantes, per quae capere possint multum liquorem*, etc. In sola Mazovia reperiri nunc scribit Aldrov. loco citato, cap. II, aliique apud ipsum. Hard. — Hic locus multis et rixis et erroribus ansa fuit, et doctos induxit, ut duo genera boum ferorum in septemtrionali Europa quaererent. Vnum dumtaxat superesse, nempe quam belluam Germani *Aurochs*, Poloni *Zubr* dicunt, certa res est. Museum olent vetuli; unde forsan Germanis nomen *bison* (nam his muscus est *bisam*). Ita et potest ab *Aurochs* manare nomen *uri*, quod germanice *bos montanus*. Moneo tamen variis in locis calvariis duarum specierum occurrere; quarum hae nrorum sunt, illae boum nostrorum videntur esse, sed hactenus silvestrium, quod hodie exolevit, cicurata nempe omni gente. At Plinio vivente forsan, quidam adhuc feri, ita, ut distinctio fuerit urum inter et bisontem. Vide librum meum *Recherches sur les ossements fossiles*, tom. IV, pag. 109 (2 et 3 edit.) Nec cum diserto Buffon τὸν *Aurochs* prototypum bovis esse censeas. Caeterum haec fere est forma bovis magni, cornibus mediocribus, fronte convexa, altis femoribus, lana crassa et fusca, longiore simul et spissiore in armis, ubi in gibbi formam surgit, praecipue in vetulo mare. *Vris* vero Caesar maxima tribuit cornua sicut fossilibus calvariis sunt, quas boum olim silvestrium credimus. Cuvier.

Imperitum vulgus. Vulgi sententiam secutus Agathias lib. I, p. 15: Ταῦρος ὑλονόμος καὶ ὄρειος, καὶ τοῖς κέρασι τὸ ἀντίπαλον διαφθείρων. Βουβάλους οἶμαι τόδε τὸ γένος καλοῦσι. H.

Africa. Strabo de Mauritania: Δορκάδων, καὶ βουβάλων, καὶ τῶν παραπλησίων ζώων.... τροφὸς ἡ χώρα ἐστί. *Capreas, bubalos, et similia animalia nutrit haec regio.* Hausit ab Herodoto Melpom. lib. IV. Hard.

Vituli potius, etc. Rangiferos his describit: cornutos equos ex antiquis scriptoribus nonnulli vocarunt. Strabo lib XV equos in India unicornes esse tradit ex Megasthene, et cervi capite. Dalec. — *Vituli potius cervique quadam similitudine.* MSS. et editi ante Hermolaum, *cervice*: ipse *cervive* reposuit, nos *cervique*, ut aliquid utriusque bubali habuisse intelligantur, cervi faciem, magnitudinem vituli. Apud vetustos scriptores, Strabonem citatum in prioribus notis huiusce capitis, Arist. Hist. Anim. lib III, cap. 6, pag. 323, aliosque, bubali cervis, damis, capreis, tanquam congeneribus bestiis copulantur. Vnde Hesychius: Βούβαλος, δορκάδιον. Solinus Plinium transcribens, loco citato: *Quum bubali paene ad cervinam faciem in Africa procreentur.* Vt in-

XVI. Septemtrio fert et equorum greges ferorum, sicut asinorum Asia, et Africa: praeterea alcem, ni proceritas aurium et cervicis distinguat, iumento similem. Item natam in Scandinavia insula, nec unquam

telligas quantum fidei hac in parte Bellonio tribuendum sit, qui, Observ. lib. II, cap. 50, bubalum dicat a se visum, qui nihil a bove discreparet. Nos eam esse potius feram arbitramur, quam anatomici Parisienses opere singulari delineant ac describunt, appellantque vaccam barbaricam, *vache de Barbarie*. Bubalum interim, qui hic describitur, statuo cum Aldrov. loc. cit. cap. XIV, a vulgari, quem Romae et Florentiae *Bufalo*, Galli *Buffle*, nominant, longe esse diversissimum. H. — Nec dubie bubali nomen, post hoc indicium, applicare est, et bene Hard. divinavit animal hic designari, quod Linn. *antilopen bubalidem* vocat. Vid. Buffon, supplem. tom. III, tabl. 14. Rem confirmat Strabo, cui bubalus inter dorcadas (lib. XVII) locatur; item Aristoteles, qui hunc cervo et damae adiungit, Histor. Animalium lib. III, cap. 6; tum Oppianus, qui Cyneget. lib. III, vers. 300 seq. cornua bubali ait primo erecta, mox in terga deprimi. Quae tamen subiungit de eiusdem magnitudine, capreolo maiorem, dama minorem asseverans, spinosius est; nam *ant. bubalis* L. utroque procerior. Forte Oppiano iuniores tantum bubali visi. Cuvier.

XVI. *Septemtrio*. In Prussia Erasm. Stella, Olaus Magnus apud Moscovitas, alii in regionibus aliis nasci equos agrestes affirmant. Vid. Aldrov. de Quadrup. lib. I, cap. 1, pag. 19. H. — *Septemtrio fert et equorum greges ferorum*. Nascuntur et in Africae vastis solitudinibus equi feri, quorum historiam, mores, naturam, venationem, capturam Ioannes Leo suis de Africa libris diligenter exposuit. Medicinam ex iis vide infra cap. XXIII, 28. Fert et India Aeliano, de Anim. lib. XVI, cap. 9. Dalec. — *Septemtrio*, etc. Nunc etiam in Tataria passim equorum greges qui plurimis abhinc generationibus domesticae vitae exsortes sunt, cuius antehac participes eorum avi fuere. Cuvier.

Sicut asinorum Asia et Africa. In Tatariae meridionalis solitudinibus, item Syriae, item Persidis greges multi onagrorum. Cuvier.

Alcem. Solinus c. XX, p. 40: *Est et alces mulis comparanda*, etc. Pausaniae in Boeot. lib. IX, est ἀλκή. Caesar, de Bello Gallic. lib. VI, magnitudine paulo capras antecedere tradit. Scaliger paulo ante laudatus, esse id animal putat, quod a Germanis *Ellend* vocatur. Verum Albertus M. de Animal. lib. XXII, tract. 2, alcen secernit ab equicervo, quem *Ellend* nominari saepe pronuntiat: neque sane huic animali congruit alces ea forma, quam Caesar, nummique veteres repraesentant. Haan.

Item natam in Scandinavia. Ita rescripsimus ex codd. Reg. 1, 2, Paris. Chiffl. etc. Prius impressi libri, *notam*. At Solinus loc. citat. *Scandinavia insula emittit animal, quale alces*. Quibus verbis, ut id adnotemus obiter, Barbarum demiramur, In insula illa septemtrionali, non achlin, ut Plinio placet, sed ipsam alcen nasci a Solino proditum credidisse: quum is Plinium, ut solet, secutus, aptissime

visam in hoc orbe, multis tamen narratam, achlin, haud dissimilem illi, sed nullo suffraginum flexu:

ab alce achlin, suppresso quidem aius nomine, sed similes inter se prodendo, distinxerit. Harn.

In hoc orbe. Romani imperii. Reg. 1, et 2, *in hac urbe.* Haad.

Multis tamen narratam achlin. Habent impressi libri *narrotam machlin*, sed Reg. 1, 2, Paris. Chiffl. Tolet. aliique, *narratam achlin*, uti nos edidimus. Confirmat hanc emendationem Albertus Magn. qui ubi de alce dixit, ad achlin deinde pergit, quanquam permutatis litteris id nomen perperam apud eum scribatur alci pro achli: sed ita tamen, ut alphabeti series, quam in describendis animalibus ac recensendis sequitur, ab A littera huiusce vocis initium ducendum declaret: *Alces*, inquit, o *Plinio dicitur esse animal mulo propemodum simile, carens flexura poplitum in anterioribus cruribus, in quo convenit cum elephanto: et ideo non cubat in terra ad dormiendum, sed innititur arbori*, etc. Nugantur autem qui vocis huius, quae mere est barbara, et propria eius gentis, apud quam id animal nascitur, originationem e fontibus graecis petunt, quod non cubet; quoniam Graecis κλίνω sit *cubo*; aut alcem pariter ab ἀλκή, quod robur sonat, derivant. Hard. — *Proeterea alcem.... ochlin.* Videtur h. l. Noster, scripturae varietatem male interpretatus, pro uno animante, duos finxisse, dum temere nimis duorum auctorum commentarios excutit. De hoc sermo procul dubio est quem dicimus *élan* (*cervum alcem* L.); linguis septemtrionalibus *Elk* appellatur. Huic enim singulare quidquid alci et achli Plinius adscribit; tum statura mulo par, aures longae, praegrande labrum superius, collum breve, praealtum femur. Non absunt articuli; sed nec ulli quadrupedum absunt. Causa fabulae, morbus epilepsiae similis, cui obnoxium alcem etiamnum septemtrionis incolae dictitant. Eosdem alcem et achlin ex Caesare praeterea colligito qui id alci tribuit (Bell. Gall. lib. VI, capite 27), quod achli Plinius. (Vid. not. 7.) Ille vero neutri cornua esse ait; sed mares forsan non noverat, aut ea tantum anni tempestate viderat qua cornua demittunt. Cuvier.

Sed nullo suffraginum flexu. Sed nullum habent crura flexum. Haao. — *Sed nullo suffraginum flexu.* Quae Plinius de rigore crurum, achli assignat, alcibus Caesar attribuit, de Bell. Gall. lib. VI, cap. 27: *Crura*, inquit, *sine nodis articulisque habent, neque quietis causa procumbunt, neque si quo afflictae casu concidierint, erigere sese out sublevare possunt. His sunt arbores pro cubilibus: ad eas se applicant, atque ita paulum modo declinatae quietem capiunt*, etc. Confundit Caesar alcen cum achli: nec diversa prodere vetustos scriptores de fera sibi aut satis explorata mirum debet videri, quum de obviis etiam saepenumero inter se dissideant. Alces certe decem a Philippo Imp. ludis saecularibus exhibitas fuisse testatur Iulius Capitolinus in Gordiano tertio, pag. 164. Figuram tamen nummi non repraesentant, quibus signari eas feras oportuit, ad perennem celebritatis recordationem. Nam in uno ex iis nummis, quem in Ci-

ideoque non cubantem, sed acclinem arbori in somno, eaque incisa ad insidias, capi, alias velocitatis memoratae. Labrum ei superius praegrande: ob id retrograditur in pascendo, ne in priora tendens involvatur. Tradunt in Paeonia feram, quae bonasus

melio Parisiensi nostro servamus, cuius similem alterum profert Erizzo pag. 542, ubi animalis incerti, hirco similis, iconem ibi signari dixit, non alcem esse caelatam putamus; sed eam potius, quam Aldrovandus damam Veterum appellat, depingitque p. 729. Hard.

Sed acclinem. Ita rescripsi, secutus Reg. 1, 2, Chiffl. Paris. etc. Prius editi perperam, *acclivem*. H.

Memoratae. Hoc est, excellentis, insignis, celebratae: vel qualis est uris, quorum ante facta mentio. Codicum fidem spernunt, qui *memorandae* reponunt. Auctor libri de mensura orbis terrae, de achli: *Nam in illo rigore poplitum incomprehensibili fuga pollet.* Hard.

Labrum ei superius praegrande. Ob id retrograditur in pascendo, ne in priora tendens involvatur. Haec verba non ad achlin attinent, sed ad alcem, si Solino credimus, cap. XXII. Itaque illuc transferri debent, ubi paulo ante de alce agebatur. Legendum itaque hoc pacto, *Praeterea alcem, ni proceritas aurium et cervicis distinguat, iumento similem. Labrum ei superius praegrande*, etc. Pint. — *Labrum ei superius praegrande.* Prave Solinus paraphrastes, ut furta sua dissimularet, haec transcribens, praegrande illud labrum superius, cuius causa retrogradi in pascendo achlis Pliniana cogitur, discessione facta a Plinio, alcibus assignavit: et qui Solinum sequi se in alce describenda prae se fert Albertus M. de Animal. lib. XXII, tract. 2, c. 4, p. 578: *Alce*, inquit, *secundum Solinum, animal est figura, colore, et quantitate, muli praetendens similitudinem: sed labium superius adeo habens protentum, quod nisi retrograde incedens herbas in terra capere non possit.* H.

Tradunt in Paeonia. Solinus, circa Lydiam Phrygiamque, quasi non Paeoniam apud Plinium, sed Maeoniam legerit. At ex Aristotele *Paeonia* retinendum: Ο δὲ Βόνασσος γίνεται μὲν ἐν τῇ Παιονίᾳ, ἐν τῷ ὄρει Μεσσαπίῳ, ὃ ὁρίζει τὴν Παιονικὴν καὶ τὴν Μαιδικὴν χώραν. Hist. Anim. libro IX, cap. 74, pag. 1156. H.

Bonasus. Βόνασσος Aristoteli loco citato. Hard. *Quae bonasus vocetur* Idem libro περὶ τῶν θαυμασίων ἀκουσμ. eam vocat βόλινθον, versus vero Hist. lib. IX, vocat et βόνασσον, sed et μόνοπον, quae ultima vox est Paeoniae incolarum. Hard. — *Bonasus*, etc. Locum totum Noster ex Aristot. Hist. Anim. lib. IX, cap. 45, mutatus est, si tria iugera excipias, pro quo Philosophus quatuor passus scripserat. Quid vero longitudo trium iugerum est? Iugerum ad superficiem aestimandam spectat, non ad longitudinem. Aristoteles quoque satis habet dicere bonasi excrementa, ita acria esse ut quos forte tetigerint, iis pili statim decidant; et, si Plinio credideris, urunt, cremant, ignis instar. De animante vero ipso, Aristotelis descriptio *bisontem*, id est,

vocetur, equina iuba, caetera tauro similem, cornibus ita in se flexis, ut non sint utilia puguae: quapropter fuga sibi auxiliari, reddentem in ea fimum,

Aurochs omnino repraesentat, praeter cornua quae in se rursus curvata, et in praelio adeundo inutilia dicit. At id forte unius individui ἀνωμαλία fuit. Talis bisontis sceletum habemus in Museo regio, cuius unum cornu hunc in modum tortile est. Cuvias.

Caetera tauro. Quod ad molem, vocemque pertinet, μέγεθος καὶ φωνήν, inquit Philosophus. Hard.

Ita in se flexis. Vetus Dalec. codex, *ita inflexis.* Prave: Aristoteles enim receptam lectionem tuetur: Κέρατα δὲ καμπὰ, κεκαμμένα πρὸς ἄλληλα, καὶ ἄχρηστα πρὸς τὸ ἀμύνεσθαι. *Cornua autem curva, et adverso inter se flexu curva, atque inutilia ad pugnam.* Hard.

Reddentem in ea, etc. Hoc est, in ea fuga: nempe, ut Philosophus ait paulo explanatius, quum inter fugiendum defectus viribus consistere cogitur, tum vero descendit ad illud extremum praesidium, hoc est, ad egerendam alvum. Hard. — *Reddentem in ea fimum, interdum et trium iugerum longitudine.* Aristotelis, a quo locus hic tralatus est, verba sunt ex libro nono, cap. 45, de bonaso: *Quum percussus est, fugit: nisi defatigatus, nunquam consistit, repugnat calcitrans, et proluviem alvi vel ad quatuor passus proiiciens; quo praesidio facile utitur, et plerumque ita adurit, ut pili insectantium canum absumantur.* Ex his Aristotelis verbis planum fit, non *trium* apud Plinium legendum esse, sed *quatuor.* De caetero discrimen tralationis inter Plinium Theodorumque attulit ambiguitas verbi graeci *orgyia:* quod tum iugerum significat, tum etiam passum ulnamque. Plinio prior significatio magis placuit, Theodoro posterior. Cui subscribunt, modo non sit mihi fraudi inconditos et barbaros scriptores interdum citare, Albertus Magnus, libro de Animalibus octavo, capite primo, tractatus v, et Avicenna libro etiam octavo, capite septimo. A quibus in hac parte, quod cum bona Plinii venia dictum sit, magis sto, quam ab ipso Plinio, tanto alioqui inter illos Pliniumque instertitio, aut potius chao. Pint. — *Trium iugerum longitudine.* Ita constanter, et recte quidem, ut nostra suadet interpretatio, libri omnes, etiam MSS. Itaque frustra interpretes et critici Plinii iudicium, eruditionemque hoc loco desiderant: tametsi Aristoteles, loc. cit. p. 1159, bonasum hunc refert quatuor orgyiarum spatio, εἰς τέσσαρας ὀργυιὰς, huiuscemodi ventris proluviem eiaculari. Graecorum ὀργυιὰς nostratibus passibus pares esse Plinius ipse intellexit, qui libro V, cap. 9, altitudinem Moeridis paludis dixit esse quinquaginta passuum, quam Herodotus lib. II, Euterpe, num. 149, pag. 148, pronuntiavit esse πεντηκοντόργυιον. Iam aetate Solini in codicibus Plinianis sic legebatur: *Proluvie citi ventris*, inquit, *fimum egerit per longitudinem trium iugerum*, etc. Albertus M. de Anim. lib. VIII, tract. v, cap. 1, pag. 276, non Plinium secutus, sed Aristotelem, orgyias, ut par est, interpretatus, haec scripsit de eadem fera: *Contra venatorem eiicit stercus ad quatuor passus.* Sed est

interdum et trium iugerum longitudine; cuius contactus sequentes ut ignis aliquis amburat.

XVII. Mirum pardos, pantheras, leones, et similia, condito in corporis vaginas unguium mucrone, ne refringatur hebeteturve, ingredi: aversisque falculis currere, nec nisi appetendo protendere. (XVI.) Leoni praecipua generositas, tunc quum colla armosque vestiunt iubae. Id enim aetate contingit leone conceptis. Quos vero pardi generavere semper insigni

alia tamen maiorum orgyiarum mensura, de qua dicemus lib. XVI, cap. 76. Seniua est: Dum fugit, fimum egerit, donec iugerum trium spatium fugiendo percurrerit. Hard.

Sequentes. Sive canes insequentes, ut Philosophus loco cit. et Antigonus Carystius, Hist. Mirab. cap. 58, sive etiam homines, ut Aelianus censuit. Hard.

XVII. *Mirum pardos*, etc. Omnes animantes qui felibus annumerantur ungues habent *retractiles*, hoc est, elasticis instructos ligamentis, quorum vi eriguntur, superne verso acumine, donec musculos moveant, hos submissuri, quod non prius faciunt quam aliquid velint comprehendere. Inde unguibus sua vis, suum acumen non hebetatur. Cuvier.

Leones. De leonibus idem quoque referunt Solinus cap. XXVII, et Plut. lib. de Solert. Anim. Hard.

Condito. Condito inter cutis rugas, instar vaginae, unguium mucrone. Hard.

In corporis vaginas. Intra rugas cancellatae cutis: aliae enim vaginas, in quas condat ungues, leo nullas habet, uti monent ii qui in Bibliotheca Christianissimi regis leonem dissecuerunt, anno 1667. Sed ita sunt articuli digitorum compositi, aptique, ut ungues arrigere ac protendere, quum lubet, queant: eosdemque reductos atque demissos, inter digitos condere, ne ingressu hebetentur, aut refringantur. Hard.

Aversisque. Depressis unguibus currere: nec eosdem protendere, nisi quum *praedam* appetit. Hard.

Falculis. Sic ungues vocat a similitudine cum falce. Hard. — A falcibus falcones dicti. Menage, nott. inedd. in Plinianum exemplar Bibl. regiae, S. 781, 1.

Leoni praecipua generositas. Leones Porphyrius dictos vult παρὰ τὸ λάω, vel λύσσω, quod acerrimo sint viau: σμερδαλέους vocat Homerus ab oculis radiantibus. Nam μέρδειν, μαίρειν, significat, lucere, splendere. Dalec. — Generositas vero hoc loco est, non animi magnitudo, quod gallice est *générosité*; sed nobilitas, formarum decor et corporis pulchritudo. As.

Id enim aetate, etc. Non statim ab ortu leone quoque genitis legitime catulis iubae contingunt, sed tempore, aetatisque progressu. Hard.

Quos vero pardi generavere. Solinus haec item e Plinio, cap. 27. Hos vero leopardos vocant, quasi ex lea

hoc carent: simili modo feminae. Magna iis libido
2 coitus, et ob hoc maribus ira. Africa haec maxime spectat, inopia aquarum ad paucos amnes congregantibus se feris. Ideo multiformes ibi animalium partus, varie feminis cuiusque generis mares aut vi, aut voluptate miscente. Vnde etiam vulgare Graeciae dictum: Semper aliquid novi Africam afferre. Odore pardi coitum sentit in adultera leo, totaque vi consurgit in poenam. Idcirco ea culpa flumine abluitur, aut longius comitatur. Semel autem edi partum, lacerato unguium acie utero in enixu, vulgum credidisse video. Aristoteles diversa tradit, vir quem in iis ma-
3 gna secuturus ex parte, praefandum reor. Alexandro Magno rege inflammato cupidine animalium naturas

et pardo genilis. Harn. — *Quos vero pardi generavere.* Leopardum Veteres appellitavere e pardi, sive pantherae, et leaenae adulterio natam feram. Fabulosa haec de generum mixtura, congregaotibus se ad footes feris in Africa, monere supervacaneum. Causa esse videtur stupor mortalium ad belluarum inauditarum species quas Africa mittebat, et quarum ita percommode explicatur generatio. Caeterum praeieratiam Aristot. Hist. Anim. lib. VIII, cap. 28. Cuvier.

Simili modo feminae. Scilicet iuba carent. Arist. Hist. lib. II, cap. 31: οὐκ ἔχει δὲ ἡ λέαινα χαίτην, etc. H.

Africa haec. Aristot. Hist. Anim. cap. 33, ubi ea totidem ferme verbis. H.

Graeciae dictum. Ab Aristotele sic expressum, ὅτι ἀεί φέρει τι Λιβύη καινόν. H.

Aut longius comitatur. Ne propius accedeos, odore crimen suum prodat. Dalec.

Semel autem edi partum. In Aesopi fabulis, leaena vulpi gloriaoti multos se fetus edere, unum respondit se tantum parere, sed leoonem. Herod. lib. III, et Gellius hanc fabulam io vulgus sparserunt. Apud Philostratum, ingens leaenâ octo catulos in utero gestare comperta. Idem auctor scribit, leaenam sex mensibus uterum ferre, parere ter, primum tres, post duos, ac unum postremo. Rhodigio. XXIX, 9. Dalec.—*Semel autem edi partum.* Creditum hoc Herodoto, Thalia, lib. III, num. 108. Refert id etiam ex vulgi opinione Basilius, homil. IX, in Hexaëm. — *Semel autem edi partum.* Mera fabula, ex Herodoto, lib. III; confutata tamen Stagiritae Hist. Anim. lib. VI, cap. 31. Cuv.

Aristoteles. Nec solus refellit commentum Philosophus, Hist. Anim. lib. VI, cap. 31; Aelianus item, Hist. Anim. lib. IV, cap. 43; Gellius ex variis Homeri locis, libro XIII, cap. 7; Philostratus, de Vita Apoll. lib. I, cap. 16; ipsique adeo Prophe-

noscendi, delegataque hac commentatione Aristoteli, summo in omni doctrina viro, aliquot millia hominum in totius Asiae Graeciaeque tractu parere iussa, omnium quos venatus, aucupia, piscatusque alebant: quibusque vivaria, armenta, alvearia, piscinae, aviaria in cura erant: ne quid usquam genitum ignoraretur ab eo: quos percontando, quinquaginta ferme volumina illa praeclara de animalibus condidit: quae a me collecta in arctum, cum iis quae ignoraverat, quaeso ut legentes boni consulant, in universis rerum naturae operibus, medioque clarissimi regum omnium desiderio, cura nostra breviter peregrinantes. Is ergo 4 tradit leaenam primo fetu parere quinque catulos,

tae, qui in paginis sacris plures catulos uni leaenae attribuunt. Hard.

Parere iussa. Magis probarim, *parere ei iussa.* H.

Vsquam genitum. Ita Reg. 1, 2, Paris. Chiffl. etc. Editi prave, *genitum.* Hard.

Quinquaginta. Etiam LXX de Animalibus libros ab eo editos auctor est Antigonus Caristius, cap. 66. Intercidisse igitur multos necesse est, quos ne Laërtius quidem ipse recenset inter Philosophi opera, lib. V, quum vix XXX et unum eius argumenti enumeret. Hard.

Medioque, etc. Dum inter res infinitas, quas clarissimus regum nosse percupivit, beneficio operaque nostra peregrinantur. H.

Is ergo tradit. Abuti testimonio Aristotelis Plinius nunc visus est Salmasio in Solin. pag. 325, et Pellicerio in notis MSS. Neque enim in eo loco quem signari a Plinio putarunt, Hist. Anim. libro scilicet VI, pag. 777, communem huiusmodi partum cunctis esse leaenis credidit, ut Plinio visum; sed earum tantummodo proprium quas Syria generat. Οἱ δ' ἐν Συρίᾳ λέοντες, inquit, τίκτουσι πεντάκις· τὸ πρῶτον, πέντε· εἶτα ἀεὶ ἑνὶ ἐλάττονα· μετὰ δὲ ταῦτα οὐκέτι οὐδὲν τίκτουσιν, ἀλλ' ἄγονοι διατελοῦσι. Nam quod ad universum earum genus pertinet, paulo supra idem, p. 776: Οχεύει δὲ καὶ τίκτει οὐ πᾶσαν ὥραν, καθ' ἕκαστον μέντοι τὸν ἐνιαυτόν. Τίκτει μὲν οὖν τοῦ ἔαρος· τίκτει δ' ὡς ἐπιτοπολὺ δύο, τὰ μέντοι πλεῖστα ἕξ· τίκτει δ' ἐνίοτε καὶ ἕν. *Coit paritque*, non *quovis tempore*, *quamquam quotannis. Parit autem vere. Binos fere parit, neque plures semel: interdum etiam unum.* Verum de toto genere Plinio nostro adstipulantur, Oppianus, Cynegel. lib. III, v. 38; Manuel Philas, lib. de Propr. Anim. cap. de leaena pag. 78; Aelianus, Hist. Anim. lib. IV, cap. 34, et quod res plane conficit, ipsemet Aristoteles, de Gener. Anim. lib. III, cap. 1, p. 1096. Alteram Salmasii emendationem, qua hunc locum ita legit, *per singulos annos minus ab uno sterile-*

ac per annos singulos uno minus: ab uno sterilescere. Informes minimasque carnes magnitudine mustelarum esse initio, semestres vix ingredi posse, nec nisi bimestres moveri. In Europa autem inter Acheloum tantum Nestumque amnes leones esse: sed longe viribus praestantiores iis, quos Africa aut Syria gignant.

scere, nec orationis perspicuitas, nec Aristotelis verba, nec Pliniani codices ferunt. H. — *Is ergo tradit..... parere quinque catulos.* De Generat. Anim. lib. III, cap. 1, pag. 1096. Plinii Paraphrastes Solinus, c. XXVII, pag. 50: *Leaenae fetu primo catulos quinque edunt: deinde per singulos partus numerum decoquunt annis insequentibus: sed postremo quum ad unum materna fecunditas recidit, sterilefiunt in aeternum.* H. —*Leaenam primo fetu parere quinque catulos*, etc. Illud Aristoteles tantum de Syriae leaenis, Anim. Histor. lib. VI, cap. 31; paulo antea fatus, binos tantum leaenas vulgo enixas, nunquam vero plus quam senos, quandoque unum. Quod et in Theriotrophio regio observatum. Sed et Syriae leaenis minime patet diversas pariendi rationes nunquam fuisse. CUVIER.

Ac per annos singulos uno minus, etc. Legend. *ac per annos singulos minus ab uno sterilescere*, pag. 325. SALMAS.

Informes, etc. Ἀδιάρθρωτα καὶ τυφλὰ, *inarticulatos et caecos*, inquit Arist. de Gener. Anim. lib. IV, cap. 6, quemadmodum ursa, vulpes, etc. H. — Falsissime. Nam leonum catuli oculis apertis nascuntur, et corpore, ut felinum nascentium, bene constituto; ut adultarum, grandi. Pellis primo fulva lineas habet transversas et fuscas; et, ante quam alter mensis compleatur, incedunt. Haec enim in Theriotrophio ipsi perspeximus. CUV.

Semestres vix. At bimestres ingredi, et Aristotelis auctoritate, et certissimo constat experimento. Aristotelis verba sunt, Hist. Anim. VI, 31: Τίκτει δὲ καὶ ὁ λέων πάνυ μικρὰ οὕτως, ὥστε δίμηνα ὄντα μόλις βαδίζειν. Aristotelem sequitur Aelianus, Hist. Anim. lib. IV, cap. 34. Sed locum alium Philosophi Plinius respexit, ex iis libris quos deperditos diximus. H. — Vid. not. quae praecedit. AI.

In Europa. Haec Aristoteles, Hist. lib. VI, cap. 31, et lib. VIII, cap. 33. HARD.

Inter Acheloum Nestumque. Ita MSS. omnes, cum Herodoto, in Polym. lib. VII. Aristoteles τοῦ Νεσσοῦ. Negat hic Plinius cum Herodoto, aut ad ortum Solis ultra Nestum amnem, aut ad occasum cis Acheloum, visum leonem in Europa ullum. Interpres Italus hoc loco recte Plinii mentem est assecutus, Christophorus Landinus, anno 1476: *In Europa non sono se non tra Acheloo e Nesso fiume. Ma molto più robusti sono quegli che nascono in Africa e in Syria.* H. — *Inter Acheloum Nestumque.* Aristot. Hist. Anim. lib. VI, c. 31, item lib. VIII, cap. 28, narrat quoque; praeeunte Herodoto, l. VII.

XVIII. Leonum duo genera: compactile et breve, crispioribus iubis. Hos pavidiores esse, quam longos simplicique villo: eos contemptores vulnerum. Vrinam mares crure sublato reddere, ut canes, gravem odore, nec minus halitum: raros in potu: vesci alternis diebus: a saturitate interim triduo cibis carere.

Sed quis novit quo id tempore verum fuerit? Herodotus quidem tempus finit, Xerxis asseverans camelos a leonibus in Thracia voratos. Cuvier.

XVIII. *Leonum duo genera.* Cf. Arist. Hist. Anim. lib. IX, c. 69, et Solinus cap. XXVII. H. — *Leonum duo genera.* Non novimus crispos leones, quos saepissime Veteres repraesentavere. Num e stirpe leonum Achelous inter et Nestum vigente? Num, imaginationibus pictoribus, sculptoribus, vel poëtis, re eos vera esse crediderunt naturae periti? Neque ἄτριχα vidimus aut novimus quemquam e leonibus, si mas, si adultus hic fuerit. Ait tamen D. D. Olivier tales sibi in *Bagdad* visos. Cuv.

Crispioribus iubis. Aristoteles, οὐλοτριχώτερον: ubi τρίχας recte pro χαίτας accipi oportet, non pro pilo seu villo proprie appellato. Solinus item, loco cit. *Breviores et iubis crispi, plerumque ignavi sunt, et imbelles: longiores, et coma simplici, acres magis ac potentes: at hi quos creant pardi, in plebe remanent, iubarum inopes.* Hard.

Hos pavidiores esse, quam longos, simplicique villo. Dalecampio assentimur *longos* reponenti, litterula ex subsequente voce repetita, quum prius *longo* tantum ederetur. Sic enim Solinus cap. XXVII, p. 50 legisse se agnoscit in Plinio: *Longiores*, inquit, *et coma simplici, acres magis ac potentes.* Et Aristoteles, Hist. Anim. libro IX, pag. 1154: Γένη δ' ἐστὶ λεόντων δύο· τούτων δ' ἐστὶ τὸ μὲν στρογγυλώτερον, καὶ οὐλοτριχώτερον, καὶ δειλότερον· τὸ δὲ μακρότερον, καὶ εὐρύτριχον, ἀνδρειότερον. Haan. — *Quam longos.* Subintellige *leones*, qui compactis et brevibus opponuntur. H.

Vrinam mares crure sublato reddere. Arist. Hist. Anim. lib. VIII, cap. 9. Haan. — Retro urinam emittunt leones pantheraeque. Cuv.

Gravem odore. Ita rescripsi ex Aristotele, Hist. Anim. lib. VIII, cap. 9, pag. 901: καὶ τὸ οὖρον ἔχον ὀσμήν. Accedit et auctoritas vetusti cod. Dalecamp. Editi prius, *gravem odorem.* H. — *Gravem odore.* Vrinam scilicet. Haan.

Nec minus halitum. Dicemus ea de re libro XI, cap. 115. H. — *Nec minus halitum.* Hinc putant quidam vetulae pudendum mucidum iam ac foetens a Martiale diei leonem, hoc versu: .... *noli Barbam vellere mortuo leoni.* Ob hanc causam Catullo Caessius *leo* dicitur hoc versu: *Caessio veniam obvius leoni.* Non, ut vulgo leguntur, *Caesio.* Nam Graeceis χαίσσειν, eacare est. Inde *cessale*, privata et familiaris sella, Italis *cesso.* Apud Plautum in Menaech. leoninum cavum, domus est in qua mulier habitat gravem halitum et virosum spirans: *Etiam nunc concede audacter ab leonino cavo.* Dalec.

Vesci alternis diebus. In Aristotelis

Quae possint, in mandendo solida devorare: nec capiente aviditatem alvo, coniectis in fauces unguibus extrahere: ut, si fugiendum in satietate, abeant.
2 Vitam iis longam docet argumento, quod plerique dentibus defecti reperiantur. Polybius Aemiliani comes, in senecta hominem appeti ab iis refert, quoniam

operibus quae nunc exstant, nusquam leonem tradidit altera die cibum sumere, altera abstinere: sed id solum, quod statim subiicitur, biduo triduove ieiunium ferre, quoniam assuevit is scilicet in dies plures crapulari. Solinus autem pessime, alternis diebus potum, alternis cibum leones capere in huius loci paraphrasi tradidit, cap. XXVII. H.

Vt si fugiendum sit, in *satietate abeant*. Olim *non in satietatem abeant*. Cod Tol. *Aut si fugiendum in satietate habeant*, eximie. Quidam scribunt, *Vt si fugiendum sit, non satietate habeant*. Quae lectio, etsi non displicet, non tamen perinde atque superior, placet, quam et Solinus confirmare videtur cap. XXIX, his verbis: *Tum quod carnes iusto amplius devoratas quum gravant, insertis in ora unguibus sponte protrahunt. Sane et quum fugiendum est in satietate, idem faciunt*. PINT. — *In satietate, abeant*. Librorum hactenus editorum lectio est, *ut* (*si fugiendum sit*) *non in satietatem abeant*. At MSS. omnes, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. etc. *aut si fugiendum*, in *satietatem* (Tolet. *in satietate*) *habeant*. Vnde nos lectionem sinceram elicuimus, quam et Solinus confirmat, c. XXVII, pag. 50: *Sane et quum fugiendum est in satietate*, inquit, *idem faciunt*: ubi tamen haec Aristoteles dixerit, in iis quae exstant operibus, nondum invenimus. Sensus iste est: Vt si fugiendum sit, quum aequo largius expleta est ventris cupiditas, vel sic exonerata ad cursum alias tardante crapula, securius faciliusque abeant. HARD.

Vitam iis longam docet argumento, etc. Aristoteles, Hist. Anim. lib. IX, cap. 39. HARD.

Quod plerique dentibus defecti reperiantur. Aristoteles, de leonibus loquens, libro IX, cap 44: *Vivere*, ait, *annos multos putantur: et quidem qui captus est claudus, dentes complures fractos habebat. Quo argumento quidam leonum vitam longam esse existimarunt: haud enim hoc accidere, nisi longo tempore potuisse*. Ex his Aristotelis verbis censeo hic scribendum, non *plerique*, sed *plerisque*: nec *defecti*, sed *defractis*. PINT.

Aemiliani. Polybius, de quo nos egimus in scriptorum Indice, Cornelii Scipionis Africani Aemiliani in Africana expeditione comes fuit. Testis Ammianus lib. XXIV, scribens, *Aemilianum Scipionem cum historiarum conditore Polybio Megalopolitano Arcade, et XXX millibus, portam Carthaginis impetu simul subfodisse*. Ex epist. Ciceronis ad Lucceium, ad Div. lib. V, Polybium scimus singulari opere, de bello Numantino privatim scripsisse, quod idem Scipio Aemilianus gessit, qui Carthaginem delevit. HARD.

In senecta. Hoc etiam refert Aristoteles loc. cit. HARD.

ad persequendas feras vires non superant. Tunc obsidere Africae urbes: eaque de causa crucifixos vidisse se cum Scipione, quia caeteri metu poenae similis absterrerentur eadem noxa.

XIX. Leoni tantum ex feris clementia in supplices: prostratis parcit: et ubi saevit, in viros potius, quam in feminas fremit: in infantes non nisi magna fame. Credit Libya intellectum pervenire ad eos precum. Captivam certe Gaetuliae reducem audivi, multorum in silvis impetum a se mitigatum alloquio, ausam dicere se feminam, profugam, infirmam, supplicem animalis omnium generosissimi, caeterisque imperitan-

XIX. *Leoni tantum*, etc. Solinus haec paritee, cap. XXVII. II. — Multos vereor ne elephantis sapientiae par leonis magnanimitas evadat. Quae de hoc perhibentur, in id facile reducea, leoni non esurienti aliquando non occisam praedam, aut aliquid novum stupenti elapsam; quod cuivis maximo animali familiare est, etiam carnis appetenti. Cuvina

In viros potius. In editis, *prius.* At Reg. 1, 2, Chiffl. Paris. Tolet. etc. *potius.* Ita Solinus loc. cit. Potius autem in viros saevit, veluti admoneole natura: *Nullum memorabile nomen Feminea in poena esse.* Hard.

Credit Libya intellectum pervenire ad eos precum. Locutio quidem haec usitata Plinio, ut hoc ipso volumine, cap. 36: *Cerebro venefficium inesse Hispaniae credunt* Et alias saepe. Nihilominus subdubito num hoc loco non *Libya* scribi debeat, sed *Iuba:* ut supra cap. 13: *Id mirum unde cristatos Iuba crediderit.* Idem Solinus, cap. XXIX, *Iuba* in Plinio videtur legisse, non *Libya.* Sic enim ait, *Getulae etiam mulieris nomen Iubae libris comprehensum est, quae obtestata occursantes feras, impune rediit.* Hoc si recipimus, legendum erit paulo post, *audivit*, non *audivi*, ut ad eumdem Iubam referatur. Pint. — *Credit Libya.* Ita MSS. omnes: quam lectionem egregie confirmat Aelianus, Hist. Anim. lib. III, cap. 1, ubi leones Libycos, et increpatorios hominum ac mulierum sermones, precesque intelligere, plurimis experimentis probat. Itaque Salmasius non audiendus, qui pag. 325, in Solin. emendat, *Tradit Iuba*.... et mox, *reducem audivisse.* Nec Solinus ipse, quo duce erravit: quum id quod de Gaetula muliere inaudivisse se aevo suo Plinius prodit, ad Iubam tanto vetustiorem referi. Refert quiddam plane simile de Gaetula muliere Solinus loc. cit. idque ex Iubae libris accepisse se profitetur: Plinius non id recitat, quod ex Iuba hauserit, sed quod ipse tum oculis, tum auditione didicerit. Caeterum omnibus nota fabula Florentini leonis. Hard. et Az.

Caeterisque imperitantis. Scribe sic, non *caeteris imperantis*, ex utroque

tis, indignam eius gloria praedam. Varia circa hoc opinio, ex ingenio cuiusque, vel casu, mulceri alloquiis feras: quippe obvium, serpentes extrahi cantu, cogique in poenam, verum falsumne sit, vita non decreverit.

2 Leonum animi index cauda, sicut et equorum aures. Namque et has notas generosissimo cuique natura tribuit. Immota ergo placidus, clemens, blandientique similis, quod rarum est: crebrior enim iracundia.

caemplari, ut infra cap. 38: *Quo gustato tanta illis vis est, ut caeteris quadrupedum imperitans illico spiret.* Pint.

Quippe obvium, serpentes extrahi cantu. . . . verum falsumne sit, vita non decreverit. Mendosam librorum editorum lectionem ex MSS. codicum fida restituimus. Editi, *quippe ubi etiam*, etc. Salmasius in Solin. pag. 325, contrario plane sensu, vel potius nullo: *quippe ubi iam... vita decreverit*, expuncta negandi vocula quam exhibent MSS. codd. Reg. 1, 2, Paris. aliique omnes, in quibus etiam legitur, *quippe obviam serpentes*, etc. unde nos sinceram lectionem eruimus. Hard. — *Quippe obvium.* An mulceantur, inquit, nostris alloquiis ferae, nihil mirum inter homines ambigi: quum res maxime obvia, cuius veritas tam facile quotidianis experimentis deprehendi potest, serpentium scilicet excantatio, verane an falsa sit, nondum satis constet, nondum communis hominum consensus sanxerit. Quandoquidem res maxime obvia, *facilisque experimenti, quae vulgo iactatur*, serpentes extrahi cantu, et ad poenas vocari, verum falsumne sit, homines nondum decreverunt. Hard.

Extrahi cantu. Atque adeo rumpi. Virg. *Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.* Ovidius: *Vipereas rumpo et verbis et carmine fauces.* Horatius: *Caputque Marsa dissilire naenia.* Turn. XXX, 39. Dalec. — *Serpentes extrahi cantu.* Circulatores quidem in Aegypto, Psyllorum, ut videtur, successores, angues post se trahunt, non cantu, sed soni imitatione. Quod probe perspexit, aemulatusque est felicissime Cl. Geoffroi Saint-Hilaire. Arcanum noverant procul dubio Marsi, et hinc opinio percrebuit, recepta apud Veteres, de incantamentorum vi. Cuvier.

Vita decreverit. Ἑλληνισμός. *Vita decrevit*, ὁ βίος κέκρικεν, communis scilicet hominum consensus sanxit. Salmas.

Index cauda. Addidit et frontem Solinus de suo, loc. cit. scribens: *Animos leonum frons et cauda indicant, sicut motus equini de auribus intelliguntur. Dedit enim has notas*, etc. Hard.

Namque et has notas generosissimo cuique natura tribuit. Dicit generosissimo cuique animalium huiusmodi notas insitas a natura, quales leoni et equo. Salmas.

Immota ergo placidus, etc. Lege: *Immota ergo placido, clemens blandienti.* Dicit immotam esse caudam

Eius in principio, terra verberatur: incremento terga, ceu quodam incitamento, flagellantur. Vis summa in pectore. Ex omni vulnere, sive ungue impresso, sive dente, ater profluit sanguis. Iidem sa- 3
tiati, innoxii sunt. Generositas in periculis maxime deprehenditur: non in illo tantummodo, quod sperneus tela diu se terrore solo tuetur, ac velut cogi testatur: cooriturque non tanquam periculo coactus, sed tanquam amentiae iratus. Illa nobilior animi significatio: quamlibet magna canum et venantium urgente vi, contemptim restitansque cedit in campis, et ubi spectari potest: idem ubi virgulta silvasque penetravit, acerrimo cursu fertur, velut abscondente turpitudinem loco. Dum sequitur, insilit 4

leoni placido, clementem autem blandienti, *clemens cauda* quae in leni et blando motu est, ἡ προσηνής. Et sic lege sequentia: *clemens blandienti quod rarum est, crebrior enim iracundia, cuius in principio terra verberatur, incremento terga seu quodam incitamento flagellantur.* Salm.

Vis summa. Solinus: *Vis summa in pectore, firmitas in capite praecipua.* Quod ex Arist. hausit, loco cit. κεφαλὴν ἔχει ἰσχυράν. Harn.

Ater profluit. Arist. Hist. Anim. lib. IX, cap. 9: Οσα δ' ἂν δάκη, ἢ τοῖς ὄνυξιν ἑλκώσῃ, ἐκ τῶν ἑλκῶν ἰχῶρες ῥέουσιν ὠχροὶ σφόδρα, etc. *Quaecumque momorderit, aut unguibus vulneraverit, ex iis vulneribus sanies fluit pallida valde*, etc. Addit eorum vulnerum curam eamdem esse atque morsus rabidi canis. H.

Iidem satiati. Arist. loc. cit. pag. 1151, ubi et id exstat, quod subiicitur, de generositatis specimine. H.

Spernens tela, diu se terrore solo, etc. Lege: *Quod spernens tela, diu se terrore solo tuetur, ac velut cogitat statum.* Tantum abest a timore, ut diu terrore se tueatur, ac terreat potius quam timeat: tantum vero abest a fugiendi voluntate, ut statum velut cogitet, ut de resistendo potius cogitet, quam de fugiendo. *Status* verbum pugnatorum: hinc *statu dimovere, statum componere*: sic et *cogitare secessum*, etc. Quod sequitur, sic lege: *Velut abscondens rem turpem loco. Dum sequitur, insilit: saltu in fuga non utitur.* Salmas.

Veluti cogi. Salmasii non placet emendatio, pag. 327, *ac velut cogitat statum.* H.

Amentiae. Illorum, qui invadentes lacessunt. Dalec.

Illa nobilior. Totidem verbis Arist. et Solinus, locis citatis Harn. — *Illa nobilior animi significatio.* De leonum moribus et ingenio perquam multa Rhod. lib. XIII, cap. 8 et 19. Dalec. — Caeterum vid. not. 1 part. alter. Aj.

Contemptim restitansque. Sensim

saltu, quo in fuga non utitur. Vulneratus observatione mira percussorem novit, et in quantalibet multitudine appetit. Eum vero qui telum quidem miserit, sed tamen non vulneraverit, correptum rotatumque sternit, nec vulnerat. Quum pro catulis feta dimicat, oculorum aciem traditur defigere in terram, nec venabula expavescat. Caetero dolis carent et suspicione: nec limis intuentur oculis, adspicique simili modo no-
5 lunt. Creditum est, a moriente humum morderi, lacrymamque leto dari. Atque hoc tale, tam saevum animal, rotarum orbes circumacti, currusque inanes, et gallinaceorum cristae, cantusque etiam magis terrent, sed maxime ignes. Aegritudinem fastidii tantum

pedatimque recedit, inquit Arist. cerebro subsistens atque respectans, βάδην ὑποχωρεῖ καὶ κατὰ σκέλος, καὶ κατὰ βραχὺ ἐπιστρεφόμενος. Haan.

Insilit saltu. Theocritus in Hercule leonis interfectore, Eidyll. xxv: τηλοῦ δὲ μιῇ πήδησεν ἐφ' ὁρμῇ. Dalec.

Vulneratus. Arist. Hist. Anim. lib. IX, cap. 69, pag. 1153; Aelianus, Hist. Anim. lib VII, c. 23, etc. H.

Rotatumque. Ita MSS. omnes, non ut editi, *raptatumque.* H.

Quum pro catulis. Solinus, cap. xxvii, pag 50. H.

Caetero. Sic Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chiffl. etc. non *caeterum.* Hoc porro tradunt similiter Arist. et Solinus, locis citatis. H.

Lacrymamque. Fuit Isidori sententia solius equi inter animalia esse id peculiare, ut lacrymam ederet. At Claudianum cecinisse sic memini: *lacrymis torvi maduere leones.* Lucretiumque similiter. Et a Mauritaniae asinis effundi lacrymas prodidit Aelianus. H.

Rotarum orbes. His pariter rebus terreri leones scribunt Aristoteles, Phile, pag. 80; Solinus, Seneca, Aelianus, Hist. Anim. lib. VI, cap. 22, aliique. Cur gallinaceos praesertim reformideot, causas Lucretius investigat, lib. IV, vers. 714: *Cur etiam gallum, noctem explodentibus alis, Auroram clara consuetum voce vocare, Nemo queunt rapidei contra constare leones, Inque tueri? ita continuo meminere fugai*, etc. Id vero fabulosum esse recentiores aiunt: ac non modo non esse pavori leonibus gallinaceos, ut hos, quum facultas est, leones invadant, et cum gallinis pariter voreot: id quod se vidisse Vossius eoofirmat, de Idol. lib. III, cap. 53. Haan.

Sed maxime ignes. Vt carnivoros alios, ita et leonem ignis visus terret. Forte et rota dum rapidissime movetur huic metum iniecit; at gallum gallinaceum vorat, nedum timeat. Lucretius tamen gravissime quaerit qua id de causa eveoiat. Cuvier.

sentit: in qua medetur ei contumelia, in rabiem agente annexarum lascivia simiarum. Gustatus deinde sanguis in remedio est.

XX. Leonum simul plurium, pugnam Romae princeps dedit Q. Scaevola P. filius in curuli aedilitate. Centum autem iubatorum primus omnium L. Sylla, qui postea dictator fuit, in praetura. Post eum Pompeius Magnus in Circo DC, ac in iis iubatorum CCCXV; Caesar dictator CCCC.

XXI. Capere eos, ardui erat quondam operis, foveisque maxime. Principatu Claudii casus rationem docuit, pudendam paene talis ferae nomine, pastoris Gaetuli sago contra ingruentis impetum obiecto: quod spectaculum in arenam protinus translatum est, vix credibili modo torpescente tanta illa feritate, quamvis levi iniectu operto capite, ita ut devinciatur non repugnans: videlicet omnis vis constat in oculis. Quo minus mirum sit, a Lysimacho Alexandri iussu simul incluso strangulatum leonem.

Gustatus deinde sanguis. Earumdem simiarum, credo. Certe simiarum esu ab aegritudine fastidii senii-que sanari leonem, Manuel Phile prodidit, pag. 128. HARD.

XX. *Leonum simul.* Solinus iisdem verbis loco cit. Q. Mucius Scaevola P. F. is est qui consulatum postea gessit, anno Vrb. 659. H.

Centum autem. Hoc leonum spectaculum a Sylla editum describens Seneca, lib. de Brevitate Vitae, cap. 13, ait tum primum datos in Circo leones solutos, quum alioquin alligati exhiberentur: simul missis a rege Boccho iaculatoribus, qui leones sagittis conficerent. Praeturam hanc Sylla gessit anno Vrbis 661. H.

XXI. *Foveisque maxime.* Virgultis foveae ac levi terra tegebantur: accommodatum fraudi inventum: dum enim pro solida terra foveas calcabant leones, decidebant in cavum. Egregie Claudianus, in sec. consul. Stilic. vers. 339, de leonum venatu: *Non illos taedae ardentes, non strata superne Lapsuro virgulta solo, non vocibus hoedi Pendentis stimulata fames, non fossa fefellit.* H.

Principatu. Claudio Imperatore, casu quodam leones capiendi inventa ratio est, indigna propemodum talis ferae nomine: nam pastor Gaetulus sagum suum leonis in se irruentis oculis obiiciens, omnem eius impetum fregit: quod genus spectaculi deinde et in theatrum transiit. H.

A Lysimacho. Hanc historiam de-

2 Iugo subdidit eos, primusque Romae ad curruin iunxit M. Antonius, et quidem civili bello, quum dimicatum esset in Pharsalicis campis: non sine quodam ostento temporum, generosos spiritus iugum subire illo prodigio significante: nam quod ita vectus est cum mima Cytheride, supra monstra etiam illarum calamitatum fuit. Primus autem hominum leonem manu tractare ausus, et ostendere mansuefactum, Hanno e clarissimis Poenorum traditur: damnatusque illo argumento; quoniam nihil non persuasurus vir tam artificis ingenii videbatur: et male credi libertas ei, cui in tantum cessisset etiam feritas.

3 Sunt vero et fortuita eorum quoque clementiae exempla. Mentor Syracusanus in Syria leone obvio suppliciter volutante, attonitus pavore, quum refugienti undique fera opponeret sese, et vestigia lamberet adulanti similis, animadvertit in pede eius tu-

scribunt Plutarchus in Demetrio, Pausanias in Atticis pag. 15; Seneca, de Ira, lib. III, cap. 17, pag. 593, et Clem. lib. I, c. 25; Iustinus lib. XV, cap. 3. At Curtius lib. VIII, fictam esse censet, commentitiamque fabulam. Hard.

M. Antonius. Plutarchus Plinio suffragatur, de curru leonibus iuncto ab Antonio. Suffragantur et nummi veteres Antonii Triumviri; in quibus leo pingitur, anteriore pede pugionem tenens: eo quod leones ad currum iunxisset, post victoriam bello partam, suscepto pro libertate tuenda. De Helagabalo item Lampridius pag. 110: *Iunxit sibi et leones.* Hard.

Quum dimicatum esset in Pharsalicis campis. An id verum sit, exquirit et pensitat Victorius, XVI, 3, qui et legendum putat apud Ciceronem Philippica II: *Sequebatur rheda cum leonibus*, comites nequissimi, non *leonibus*. Dalec.

Generosos spiritus. Romanos, qui prius libera republica usi, post bellum Pharsalicum, Caesari servierunt. Hard.

Prodigio significante. Elegans graveque dictum Senecae, *magnis telis magna portenta feriri, fabula leonem non excipi.* Dal.

Et ostendere mansuefactum. Plutarchus, ἐν τοῖς πολιτικοῖς παραγγέλμασι tradit, eum leonem in castris habuisse σκευοφόρον, ideoque solum vertere coactum, quod ad tyrannidem adspirantis argumentum foret. Dalec.

Hanno. Quem leonibus ad sarcinarum vectiones usum esse Aelianus est auctor, Hist. Anim. lib. V, cap. 39. Hard.

morem vulnusque, et extracto surculo liberavit cruciatu. Pictura casum hunc testatur Syracusis. Simili modo Elpis Samius natione, in Africam delatus nave, iuxta litus conspecto leone hiatu minaci, arborem fuga petit, Libero Patre invocato: QVONIAM TVM PRAECIPVVS VOTORVM LOCVS EST, QVVM SPEI NVLLVS EST. Neque profugienti, quum potuisset, fera institerat: et procumbens ad arborem, hiatu, quo terruerat, miserationem quaerebat. Os morsu avidiore inhaeserat den- 4
tibus, cruciabatque inedia, tum poena in ipsis eius telis, suspectantem, ac velut mutis precibus orantem: dum fortuitu fidens non est contra feram, multo diutius miraculo, quam metu, cessatum est. Degressus tandem evellit praebenti, et quam maxime opus esset, accommodanti. Traduntque, quamdiu navis ea in litore steterit, retulisse gratiam venatus aggerendo. Qua de 5

Mentor. Simile est quod de Androcle Gellius refert, lib. V, cap. 14, pag. 343, et Aelianus, Hist. Anim. lib. VII, cap. 48. H.

Praecipuus votorum locus est. Sic vetustus Homeri scholiastes δυστυχίας ἐπίτασις, καὶ σωτηρίας ἀπόγνωσις, εὐχὴ θεῶν. Vict. XXVIII, 14. DALEC.

Cruciabatque. Cruciabatque leonem inedia primum, mox etiam dolor, *ex osse quod* in ipsis eius telis, *hoc est, dentibus*, inhaeserat: interim suspectabat ille *hominem arbori insidentem*, etc. HARD.

Cruciabatque inedia, tum poena in ipsis eius telis. Haec sane sincera lectio huius loci est, quam contra fidem veterum codicum omnium, Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris Chiffl. etc. atque Parm. edit. et aliarum, Barbarus immutavit, ut *tum paene* scriberet: nec quidquam tamen, quod fieri sane oportuit, aut de emendandi causis, aut de germano loci ita castigati intellectu disputat. Caeterum in his quae narrat est grati animi exemplum: ingrati, quod suggerit in simili fere casu lupus apud Phaedrum lib. I, fab. VIII: *Os devoratum fauce quum haereret lupi, Magno dolore victus cepit singulos Illicere pretio, ut illud extraherent malum. Tandem persuasa est iureiurando Grus: Gulaeque credens colli longitudinem, Periculosam fecit medicinam lupo*, etc. H.

Dum fortuitu. Nihil codices MSS. discrepant: critici, dum immutare variis modis student, nodum in scirpo quaerunt. Sensus quoque patet. Nempe dum temere non audet se ferae committere, *etiam mansuetudinem prae se ferenti*, multo diutius distulit *operam ei suam accommodare*, *novitate* ac miraculo *mansuetudinis illius attonitus*, quam *prius distulerat* metu *profugiens in arborem*. H.

Venatus. Praedam e venatione. H.

causa Libero Patri templum in Samo Elpis sacravit, quod ab eo facto Graeci κεχηνότος Διονύσου appellavere. Miremur postea vestigia hominum intelligi a feris, quum etiam auxilia ab uno animalium sperent? Cur enim non ad alia iere? aut unde medicas manus hominis sciunt? nisi forte vis malorum, etiam feras omnia experiri cogit.

6 (XVII.) Aeque memorandum et de panthera tradit Demetrius physicus: iacentem in media via hominis desiderio, repente apparuisse patri cuiusdam Philini, assectatoris sapientiae: illum pavore coepisse regredi, feram vero circumvolutari non dubie blandientem, seseque conflictantem moerore, qui etiam in panthera intelligi posset. Feta erat, catulis procul in foveam delapsis. Primum ergo, miserationis fuit non expavescere: proximum, ei curam intendere: sequutusque, qua trahebat vestem unguium levi iniectu, ut causam doloris intellexit, simulque salutis suae mercedem, exemit catulos: eaque cum iis prosequente, usque extra solitudines deductus, laeta atque gestiente: ut facile appareret gratiam referre, et nihil in vicem imputare: quod etiam in homine rarum est.

XXII. Haec fidem et Democrito afferunt, qui Thoan-

Κεχηνότος Διονύσου. A priscae scripturae vestigiis minime omnium aberrat recepta haec dudum Sigism. Gelenio restituente lectio: nam in Reg 1, 2, Colb. 1, 2, Paris etc. *echenotos Dyonisu* legitur. Aberrant autem maxime aliorum coniecturae: Barbari reponentis σωτῆρος νέως Διονύσου Pintiani, ἀρχενόστου Διονύσου, Non templum, sed simulacrum, ἄγαλμα κεχηνότος Απόλλωνος in Elide coli scribit Clemens Alexandr. in Protrept. p. 24. Huius vero κεχηνότος Διονύσου meminit etiam Aelianus lib VII, cap. ult. quanquam mutila narratio facti huius in graeco exemplari, depravataque sit. Latine vero κεχηνότος Διονύσου est, *hiantis Dionysi*, ob illum oris leonini hiatum, a quo Liberi Patris nomine ac numine invocato illaesus evaserat H.

Miremur. Vide supra cap. 5. et noll. H.

Et nihil. Nec suum vicissim beneficium imputare. H.

XXII. *Thoantem*. Rem prolixe nar-

tem in Arcadia servatum a dracone narrat. Nutrierat eum puer dilectum admodum: parensque serpentis naturam, et magnitudinem metuens, in solitudines tulerat; in quibus circumvento latronum insidiis, agnitoque voce, subvenit. Nam quae de infantibus ferarum lacte nutritis, quum essent expositi, produntur, sicut de conditoribus nostris a lupa, magnitudini fatorum accepta ferri aequius, quam ferarum naturae arbitror.

XXIII. Panthera et tigris macularum varietate prope

rat Aelianus, Hist. Anim. lib. VI, c. 63, et Arcadem ipse puerum facit. Exempla eorum complura quos dracones pariter adamarint, refert Scaliger in Arist. lib. II, pag. 240. H.

Servatum a dracone narrat. Aelianus id proliae narrat, de Animalibus, lib. VI, cap. 63. Dalec.

Parensque serpentis naturam, et magnitudinem metuens. Ita restituimus ea codd. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Chiffl. Paris. etc. quum antea frigide admodum scriberetur *pavens*, cui voci pars altera statim subiicitur, *metuens* scilicet. Deportatum certe in silvas draconem, non ab ipso puero, sed clam ipso atque insciente, a necessariis et proximis docet pariter Aelianus, Hist. Anim. lib. VI, cap. 63. Hard.

Nam quae de infantibus. De Atalanta ursae uberibus enutrita, Aelianus, Variae Hist. lib. XIII, cap. 1. De Habide, cui canes, sues, cervae, ubera obtulerunt, auctor est Trogus apud Iustinum, lib. XLIV, cap. 4, p. 327. De Mileto Apollinis F. quem lupi in silvis per vices laetarunt, Antoninus Liberalis, fab. xxx, p. 237, ex lib. II, ἑτεροιουμένων Nicandri. Nam quod Cyrum a cane educatum dixerunt, fictum esse ac commentitium agnoscit Herod. Clio, lib. I, p. 53. H.

Quum essent expositi. Χαμαιῤῥιφεῖς, χαμεύρετοι: qui hos tollit et educat, inventor est, ac nutricius. Inventi enim proprie dicuntur. D.

Conditoribus nostris. Remo ac Romulo. Sed id perinde fabulis accensendum mouet Dionysius Halicar. Antiq. Rom. lib. I, pag. 65 et 71; et Livius lib. I, pag. 3: *Sunt qui Laurentiam*, inquit, *vulgato corpore lupam inter pastores vocatam putent: inde locum fabulae ac miraculo datum.* Hard.

Accepta ferri. MSS. Reg. Colb. Chiffl. *accepta fieri*, quae locutio et alibi saepius occurrit in vetustis codicibus. H.

XXIII. *Panthera.* Hocce nomen, θῆλυ γένος, non idem et unum cum graeco πάνθηρ. Nam patet hos locos legentibus unde Plin. sua hausit, eius *pantheram* veteribus Graecis παρδάλιδα dictam. Infra vero Nostrr marem ait *pardum* dici, utrumque vero seaum *variam*. Indicata hoc loco de coloribus maculisque, item staturam et robur quae his competisse necesse est, ut in ludis publicis exhiberentur toties, si quis reputaverit; tum et quae iubet Xenophon, Cy-

solae bestiarum spectantur: caeteris unus ac suus cuiusque generis color est. Leonum tantum in Syria niger. Pantheris in candido breves macularum oculi. Ferunt odore earum mire sollicitari quadrupedes cunctas, sed capitis torvitate terreri. Quamobrem occultato eo, reliqua dulcedine invitatas corripiunt. Sunt qui tradant in armo iis similem lunae esse maculam, crescentem in orbes, et cavantem pari modo cornua.

negel. praeparari ad hos venatu lacessendos; minime dubitabit de uno animantium Africae agi quoa vel nunc *pantheram et leopardum* dicunt. Probabile immo est uno utrumque nomine signatum; confusionem tamen probe vitante Oppiano, qui duas species distinguit. Leopardi nomen in scriptoribus tantum occurrit qui multo post Plinium naturae periti floruerunt, et feram designat, quam arbitrabantur e concubitu leaenae et pardi adulterino ortam, quod vel ex etymo divinare est. Coalescentibus πᾶν simul et θήρ, indicata etiam generum mixtio plane diversorum ad Africae fontes, ubi origo pantherarum. Caeterum alium πάνθηρα, alium παρδάλιδα Oppianus demonstrat, qui πάνθηρα felibus, gliribus, animantibusque haud paucis debilitate notissimis (Cyneget. lib. II, vss. 572, sqq.) annumerat. Cuvier.

Panthera et tigris. Inde tigrinae et pantherinae mensae, lib. XIII, cap. 15. Apud Plautum in Epidico, quum Epidicus dixisset varie se valuisse, festive respondit Thesprio: ... qui varie valent: Caprigenum hominum non placet mihi, neque pantherinum genus. Dalec.

Suus cuiusque. Vel. *cuique* potius, atque adeo *suus cuique generi*, ut quidam MSS. habent. Hard.

Pantheris. Pantheris candidus color, in quo breves oculi, ceu maculae, sparsi. H.

Odore earum mire sollicitari. Vide Theophr. Causs. c. v et xxvi. Dat.

Ferunt odore earum mire sollicitari quadrupedes cunctas. Mirum est profecto codices omnes MSS. sed mendose id quidem, *colore* prae se ferre. Nam Aristoteles, Hist. Anim. lib. IX, cap. 8, pag. 1024: Τῇ ὀσμῇ, inquit, αὐτῆς χαίρουσι τὰ θηρία. Aelianus item, Hist. Anim. lib. V, cap. 40: Εὐωδίας τινὸς θαυμαστῆς τὴν πάρδαλιν μετειληχέναι φασί, ... καὶ τὰ ἄλλα ζῶα συνεπίσταται τοῦτο τῇ παρδάλει, etc. Solinus quoque in paraphrasi huius loci, cap. xvii, pag. 37. Plinius ipse denique, id quod omnem controversiam dirimit, hunc locum respiciens, lib. XXI, c. 18: *Animalium*, inquit, *nullum odoratum, nisi de pantheris quod dictum est, credimus.* H. — *Ferunt odore*, etc. Fabulosa, ut videtur, quanquam ex Aristot. Hist. Anim. lib. IX, cap. 6, desumpta assertio quosdam in hoc induxit ut pantheram, vel pardalidem, cum *zibetta* eamdem vulgarent. Perperam; nam neutri dicitur pantherae odor placuisse homini; Aelianus solus scripsit, Hist. Anim. lib. VIII, cap. 40, ex ingenio potius, me iudice, quam ex auctoritate

Nunc varias, et pardos qui mares sunt, appellant in eo omni genere, creberrimo in Africa Syriaque. Quidam ab iis pantheras candore solo discernunt: nec adhuc aliam differentiam inveni.

XXIV. Senatusconsultum fuit vetus, ne liceret Africanas in Italiam advehere. Contra hoc tulit ad populum Cn. Aufidius tribunus plebis, permisitque Circensium gratia importare. Primus autem Scaurus aedilitate sua varias centum quinquaginta universas misit: dein Pompeius Magnus quadringentas decem: Divus Augustus quadringentas viginti.

XXV. Idem Q. Tuberone, Fabio Max. coss. IV, no-

idonea. Quod de magnitudine et robore pantherarum et de venatus apparatu scripsere Veteres, et quod ipse narrat Aelianus, Hist. Anim. lib. VIII, cap. 6, simias facile a pardalide currente currentes corripi, de zibetta intelligi non potest. Quid si hoc animal cogitaveris ex intima Africa allatum, via antiquis ullo modo potuisse nosci? Cuvier. — *Sollicitari.* Allici. Haan.

Nunc varias. Variae sunt pantherae, pardique: nam hi, ut statim subditur, a pantheris solo scan, vel solo colore discrepant. Sunt enim pardi mares. A macularum varietate ducta variarum appellatio est. Pardos Galli *léopards* appellamus: pantheras, *panthères.* Glossae: *Varia*, ποικίλη, πάρδαλις. Graecia autem πάρδαλις et πάνθηρ voces utrique sexui promiscue communes. Vide Bochartum, parte prima, de Animal. l. III, cap. 8, pag. 800 et 801. H.

Creberrimo in Asia Syriaque, etc. Xenophon, Cyneget. pardalidas tradit in Monte Pangaeo Macedonum inveniri, negaturo mox Aristotele, qui has in Europa omnino existere it inficias. Cuv.

XXIV. *Senatusconsultum fuit vetus, ne liceret Africanas in Italiam advehere.* Ibi enim per Africanas, solas pantheras intelligit. Hist. Aug. 371. Salm. — Unde Africam ipsam pardi pelli similem esse Veteres dicere, quorum testimonia idem Bochartus colligit, loc. cit. cap. 7, p. 787. H.

Contra hoc. Subintellige, senatusconsultum. H.

Cn. Aufidius tribunus plebis. Cnei Aufidii civis romani, oculis capti, qui quum eorum sensu carceret, nec atrum ab albo posset discernere, videbat tamen in litteris, et graecam historiam scribebat: memini Cicero Tuscul. IV; Victorius, lib. III, cap. 20. Dalec. — Anno Urbis 670 gessit tribunatum plebis. H.

Scaurus. Aedilis curulis anno 696, L. Calpurnio Pisone, A. Gabinio cos. Vide lib. XXXVI, cap. 24, n. 7. H.

XXV. *Q. Tuberone.* Q. Aelium Tuberonem, Paulum Fabium Maxi-

nas maias, theatri Marcelli dedicatione, tigrin primus omnium Romae ostendit in cavea mansuefactum: Divus vero Claudius simul quatuor. (XVIII.) Tigrin Hyrcani et Indi ferunt, animal velocitatis tremendae, et maxime cognitae, dum capitur totus eius fetus, qui

mum, consules Dio prodit anni ab Vrbe condita 743. H.

Tigrin primus omnium Romae ostendit. De indica tigre ibi Noster, quae lineis transverse euntibus maculosa. Cuv. — Suetonius in Augusto, cap. xx. Post Augustum, Helagabalus apud Lampridium: *Iunxit et tigres, Liberum sese vocans.* Alias rara tigris mansuefacta est. H.

In cavea mansuefactum. Conf. Martial. de Spect. epigr. XVIII, t. I, p. 49 edit. nost. et ibi not. de tigride cicure ad feritatem subito reversa viso leone: *Lambere securi dextram consueta magistri, Tigris, ab Hyrcano gloria rara iugo, Saeva ferum rabido laceravit dente leonem: Res nova, non ullis cognita temporibus.* — Tigridem Buffon ait eam esse quae nunquam mansuefiat; experientiae contrarius, etiam nostrae. Nam quosdam in Museo habuimus non minus cicuratos quam caeteras belluarum, quae carne vescuntur, et in id magnitudinis augentur. Pliniusque ibi rursus exemplo est, utiles saepe veteres naturalium rerum scriptores saltem, ut temeritati eorum obstent, qui ante diem sibi visa in generaliores regulas constitui volunt. Cuv.

Divus Claudius.... quatuor. Hieme anni post Christ. nat. 1809, Romae in horto quodam tessellata pavimenta reperta sunt naturalibus e segmentis ficta, et eo modo affabre laborata quem Florentinum vocant, tigres autem eximio opere repraesentantia quatuor boum capita vorantes. Haec pictura forsan tigres claudianas exhibuit. Quanquam multi posthac in Indis decertaverunt. Martialis, lib. VIII, ep. XXVI, vers. 1 seq. *Non tot in Eois timuit gangeticus arvis Raptor, in Hyrcano qui fugit albus equo, Quot tua Roma novas vidit, Germanice, tigres,* etc. ubi ad venandi comprehendendique modum respicit. Teste Lampridio, Helagabalus ut Baccho similis iactaretur, currui suo iunxit; quod rursus arguit non pervicacis, ut nostras Buffon dixit, saevitiae animal tigrem. Cuv.

Velocitatis tremendae, et maxime cognitae, etc. Sic interpunge: *velocitatis tremendae et maxime cognitae dum capitur totus eius fetus qui semper numeros est. Ab insidiante rapitur equo quam maxime pernici atque in recentes subinde transfertur.* Salm. — De tigri loquitur, p. 210.

Dum capitur totus eius fetus, qui semper numerosus est. Ab impressorum librorum lectione discessimus, MSS. codicum fidem secuti. Illi, *totus enim fetus,* inversa etiam interpunctione: hi, nempe Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Chiffl. Paris. etc. hanc orationis partem cum superiore connectunt, uti nos edidimus. Solinus ex Plinio haec transcribens, de tigribus, c. XVII, p. 37: *At maxime,* inquit, *potentia earum probatur, quum maternis curis ineitatur. Quum catulorum insistunt raptoribus,* etc. H.

semper numerosus est. Ab insidiante rapitur, equo quam maxime pernici, atque in recentes subinde transfertur. At ubi vacuum cubile reperit feta (maribus enim cura non est sobolis), fertur praeceps, odore vestigans. Raptor appropinquante fremitu, abiicit unum e catulis. Tollit illa morsu, et pondere etiam ocior acta remeat, iterumque consequitur, ac subinde; donec in navim regresso irrita feritas saevit in litore.

XXVI. Camelos inter armenta pascit Oriens, quorum duo genera, Bactriae et Arabiae: differunt, quod illae bina habent tubera in dorso, hae singula: sub

Ab insidiante. Minore impendio, minore periculo hodie ligrides capiuntur, laqueis et muscipulis, attestante Euseb. Nirembergio, Hist. Nat. lib. IX, c. 15, p. 166. H.

Atque in recentes. Recentes equos subinde conscendit. Galli vocant, *des relais*: *chevaux de relais.* H.

Raptor, etc. Haec etiam Mela, lib. III, c. 5, p. 54. Ex Plinio Solinus, c. XVII, p. 37. Eadem Philostrat. referi, de Vita Apollon. lib. II, cap. 7, p. 74. Martialis, libro VIII, Epigr. supra citat. H.

Ocior acta remeat. Remittit, non *remeat*, praefert exemplar Toletanum: hoc est, restituit, reponitque catulum in cubili. Pint. — *Acta remeat.* Reg. 2, et Tolet. *remittit.* H.

XXVI. *Camelos inter armenta pascit Oriens* Artemidorus primo Onirocriticōn ex Evaeni sententia in Eroticis, camelos dictos vult, quasi χαμμήρους, ὅτι βαδίζοντες μέσους τοὺς μηροὺς κάμπτουσι. Rhodig. VII, c. 18. Dal. — *Camelos inter armenta pascit Oriens*, etc. Lege: *Camelos inter armenta pascit Oriens, quarum duo genera, Bactrianae et Arabicae.* Et mox: *illa bina habent tubera in dorso, hae singula.* Salm.

Bactriae et Arabiae. Arist. Hist. Anim. lib. II, cap. 6, pag. 164: Διαφέρουσι δ' αἱ Βάκτριαι τῶν Ἀραβίων· αἱ μὲν γὰρ δύο ἔχουσιν ὕβους, αἱ δ' ἕνα μόνον. Hoc vero discrimen utriusque generis camelorum Solinus perperam invertit, *Arabici*, inquit ille, *bina tubera in dorso habent, singula Bactriani.* H.

Differunt... Haec camelorum distinctio quos hinc Arabia, inde Persis gignit, e vero est; sed praecesserat Aristoteles, Hist. Animal. lib. II, c. 4, ubi eximia cameli descriptio. Quae sequuntur quoque vera, si odium erga equos excipias, quod et ex Aristotele desumptum, forsan ob casum unum quem generaliorem Veteres credidere, terrentibus sese mutuo equis et camelis. In peregrinationibus quas *karavanas* dicimus, nunc una equi et cameli perpetuo iter faciunt. Quin et feruntur iuniores equi cameli feminae lac sugere. Vide Buffon, *supplém.* in-4°, tom. III. Cuv.

Quod illi bina habent tubera in dorso. Διτύλους et δικύρτους Graeci

pectore alterum, cui incumbant. Dentium superiore ordine, ut boves, carent in utroque genere. Omnes autem iumentorum ministeriis dorso funguntur, atque etiam equitatu in praeliis. Velocitas inter equos, sed suae cuique mensurae, sicuti vires: nec ultra assue-

vocant. Hesychio, τύλοι, ὀχθώδεις ἐπαναστάσεις, καὶ τὰ τῶν ἀχθοφόρων ἐπὶ τῶν ὤμων τυλώματα. De iis Diodor. Biblioth. 3, πλεῖστα δὲ καὶ διαφορώτατα γένη καμήλων τρέφει, τῶν δὲ ψιλῶν, καὶ δασέων, καὶ διπλοῦν ἀνατετακότων τὸ κατὰ τὴν ῥάχιν κύρτωμα, καὶ διὰ τοῦτο διτύλων ὀνομαζομένων. Dal.

Et sub pectore alterum. Ita MSS. plane omnes: sane ita rectius illi, ut vid tur, quam editi, *et in pectore.* Aristoteles, uti monuimus, ἐν τοῖς κάτω dixit, hoc est, *in partibus inferioribus.* H. — *Et sub pectore.* Hoc vero tuber alterum in ima pectoris parte positum, non proprium modo Arabicarum est, sed ad utrumque camelorum genus pertinet, admonente Philosopho loco citat. Ἄλλον δ' ἔχουσιν ὄβον τοιοῦτον οἷον ἄνω ἐν τοῖς κάτω, ἐφ' οὗ ὅταν καταπλιθῇ, εἰς γόνατα ἐστήρικται τὸ ἄλλο σῶμα. Quae Gaza sic reddidit: *Sunt etiam omnibus singula, parte ima, quale in dorso, tubera: quibus incumbat reliquum corpus et firmetur, quoties in genua inclinentur.* H.

Dentium. De ea re dicemus lib. XI, cap. 62. H.

Omnes, etc. Legebatur olim: *Omnes aut iumentorum ministeriis dorso funguntur, aut vicem equitatus in praeliis: his velocitas ut equis, sed sunt cuique mensurae, sicut vires.* Vid. Salm. pag. 987 — *Omnes autem iumentorum ministeriis dorso funguntur.* Prius legebatur, *iumentorum in iis terris dorso funguntur.* At romanae aures *dorso fungi* quae tandem ferant? Admonuit erroris, impulitque nos ad hanc emendationem Solinus, in paraphrasi huius loci, ministerii voce abuteos, cap. XLIX, pag. 76: *Habentur*, inquit, *cameli, in duplex ministerium; sunt alii oneri ferundo accommodati, alii perniciores*, etc. H. *Omnes autem.* Omnes in *utroque genere cameli* dorso exhibent ministeria *eadem, gestandis sarcinis, quae apud nos* iumenta: et sunt *praeterea* vice equitatus in praeliis. Velocitas par camelis et equis, sed propria utrique ei generi, *camelis* et *equis*, sicuti et vires. H.

Equitatu. Arabes quidem in Xerxis exercitu, apud Herodotum, Polym. lib. VII, pag. 414: ἔλαυνον δὲ πάντες καμήλους, ταχυτῆτι οὐ λειπομένας ἵππων. Bactriani vero apud Pollucem, lib. X, cap. 8: Βάκτριοι δὲ μάχονται ἐπὶ τῶν καμήλων. De aliis gentibus Vegetium lege, lib. III, cap. 23, p. 103. H.

Velocitas inter equos, sed suae cuique mensurae, sicuti vires. Ita Paris. cod. et impressi omnes. Reg. tamen 1 et 2, *Velocitas in equis.* Eosdem secuti mox codices scripsimus, *sed suae cuique mensurae*, non *sua*, ut editi. Harn.

Sed suae cuique mensurae. Alia equorum, inquit, camelorum alia velocitas est: ut sunt dispares amborum dissimilesque vires. Itineris longitudine, quod conficiendum sit, ca-

tum procedit spatium, nec plus instituto onere recipit. Odium adversus equos gerunt naturale. Sitim et quatriduo tolerant: implenturque, quum bibendi occasio est, et in praeteritum, et in futurum, obturbata proculcatione prius aqua: aliter potu non gaudent. Vivunt quinquagenis annis, quaedam et centenis. Vtcumque rabiem et ipsae sentiunt. Castrandi genus, etiam feminas, quae bello praeparentur, inventum est: fortiores ita fiunt coitu negato.

XXVII. Harum aliqua similitudo in duo transfertur animalia: Nabun Aethiopes vocant, collo similem equo, pedibus et cruribus bovi, camelo capite, albis

meli: in breviore cursu, equi celeritate praestant. Aristotelem vide Hist. Animal. lib. IX, cap. 79, pag. 1176. Harn.

Nec ultra. Quae deinceps de camelis narrantur, ea Solinus hausit a Plinio, cap. XLIX, pag. 76. H.

Odium. Arist. Anim. lib. VI, cap. 17, pag. 716; Aelianus, Anim. lib. III, cap. 7. H.

Sitim. Arist. Hist. Anim. lib. VIII, cap. 11, pag. 907. Didymus in Georgicis, Geopon. lib XV, cap. 22, pag. 433, triduo sitim tolerare ait, μέχρι τριῶν ἡμερῶν. Etiam diebus ipsis novem durare sine potu refert Tavernerius, testis αὐτόπτης, tom. I, Itiner. pag. 117, etiam, tempore coitus, sine ullo cibo ac potu, quadragenis. Harn.

Vivunt. Arist. Hist. Anim. lib. VI, cap. 26, pag. 765, et lib. VIII, cap. 12, pag. 908. Harn.

Vtcumque rabiem et ipsi sentiunt. Lege: *Vtcumque rabiem et ipsae sentiunt.* Plinius genere femineo *camelos* ubique vocavit, ut testantur libri veterea. Sic etiam Graeci τὰς καμήλους dicunt. Salm. *Vtcumque rabiem.* Haec de veneris rabie Solinus intellexit: quem abire sinit impune Salmasius. Nos ad morbum, quo et canes vexantur, referimus: Aristotele, Hist. Animal. lib. VIII, cap. 27, pag. 966, camelum eadem, qua canes, rabie vexari admonente. Harn.

Castrandi genus. Arist. Hist. Anim. lib. IX, cap. 79, pag. 1176; Aelianus, Hist. Animal. lib. IV, cap. 55, et Albertus M. de Anim. lib. VIII, tract. V, cap. 3, pag. 279. H.

XXVII. *Harum.... similitudo in duo transfertur animalia.* Hunc Plinii locum Dalecampius assequi quum minime posset, suspicabatur olim legi oportère, *in aliud transfertur animal*, reclamantibus licet exemplaribus omnibus, tum impressis, tum manu exaratis, ipsoque, ut interpretatio nostra palam facit, Plinio. Harn. — *In duo transfertur.* Cameli similitudo, inquit, duobus aliis animalibus nomen fecit: camelopardali scilicet, et struthocamelo. De isto inter aves dicetur: illud Nabun Aethiopes vocant, etc. Harn.

Nabun Aethiopes vocant. MSS. *Nabuna*, adiecta ex voce sequenti litte-

maculis rutilum colorem distinguentibus, unde appellata camelopardalis. Dictatoris Caesaris Circensibus ludis primum visa Romae. Ex eo subinde cernitur,

rula. Deterius Albertus: *Anabula*, inquit (pro Nabun), *bestia est Aethiopiae.... Est autem capite cameli.... una harum secum temporibus nostris habuit Fridericus imp. in partibus nostris.* Lectu digna est epistola Antonii Constantii ad Galeottam Manfredum Faventinorum principem, data Faui XVII Calend. Ian. ann. 1487, in qua descripsit perquam accurate eam camelopardalim, qua Laurentium Medicaeum donaverat *Sultanus* Aegyptius. Ex ea epistola decerpsit optima quaeque Samuel Bochartus, de Anim. parte 1, lib. III, cap. 21, p. 906 et 907. Haan. — *Nabun.* Solinus haec totidem verbis, cap. xxx, pag. 56. Italis *Giraffa* vocatur, ex Arabico *Zarupha*, ut videre est apud Bochartum, parte prima, de Animal. lib. III, cap. 21, pag. 906, ubi et *Nabun* ab Arabico *Noba* deducit, quod *eminere* significat, quoniam ea fera sublato collo reliquas antecellit. Hard. — Accurata sane descriptio: quanquam miror non notatam a Nostro anticae partis inaequalitatem. Melius Dio Cassius, lib. XLIII. Exstat effigies animalis in celebri Praenestino opere musivo, cum nomine *Nabi*. Cuvier.

Camelopardalis. Varro de Ling. Lat. *Camelus suo nomine Syriaco in Latinum venit: ut Alexandria camelopardalis nuper adducta, quod erat figura ut camelus, maculis ut panthera* (vulgo *giraffe*). Eam Dion. accuratissime descripsit lib. XLIII: περὶ δὲ τῆς καμηλοπαρδάλεως ὠνομασμένης λέγεται, ὅτι τότε πρῶτον εἰς Ρώμην εἰσήχθη, καὶ πᾶσιν ὑπεδείχθη. Heliodorus Aethiopicōn 10, Solin. cap. XXXIII; Polit. Miscellan. cap. III. Dalec. — *Camelopardalis.* Ex camelo et pardali sive panthera conflato nomine, unde Horat. Ep. II, 1, 195: *Diversum confusa genus panthera camelo.* Varro L. L. p. 26: *Camelus suo nomine Syriaco in Latium venit, ab Alexandria camelopardalis abducta, quia erat figura ut camelus, maculis ut panthera.* Iconem exhibet Aldrov. de Quadr. bisulc. lib. I, cap. 35, p. 931. Describitur accurate a Philostorgio, Hist. Eccles. III, 12, p. 40. Haan.

Caesaris Circensibus ludis. Anno scilic. 708, biennio ante eius necem, ipso tertium, M. Aemilio Lepido coss. His ludis exhibitam camelopardalim Dio quoque scriptis prodidit, l. XLIII, pag. 225. Haan. — *Caesaris circensibus ludis.* Biennio nempe ante viri necem, ann. V. C. 708 (ante Chr. nat. 46), Dio pariter loco sup. all. Iul. Capit. vit. Gord. III, 23 (Hist. Aug.) decem camelopardales narrat a Gordiano exhibitas, quas mox Roma interfectas in millenariis ludis, Philippo imperante, speculata est. Vnde res notatu digna, qua cura operaque quaererent animalium rarissimas Romani species; siquidem recentioribus saeculis unam tantum Europaei habuerunt, hanc scilicet qua Laurentium Medicaeum donaverat princeps Aegypti, cuius et cernitur nunc effigies in Albariis palatii *Poggio Cajano*. Sed unam quoque nuper ad Christianissimam Caroli X maiestatem misit Aegypti praefectus. Cuv. — Duas in Italia visas in saeculo XV aiunt; quarum alteram an.

adspectu magis, quam feritate, conspicua: quare etiam ovis ferae nomen invenit.

XXVIII. (XIX.) Pompeii Magni primum ludi ostenderunt chama, quem Galli rufium vocabant, effigie

1459 summ. Pont. Pius II cum altera feris in venatione exhibuit; altera an. 1487 Laurens Medicaeus donatus fuit, ut modo dictum, a principe Aegyptio. Nunc, 1827, unam quotidie in horto regio mirantur Parisini. Aj.

Ovis ferae. Ovia a mansuetudine morum, fera διακριτικῶς ut a nostratibus discernatur. Constantius a Bocharto laudatus, p. 907: *Licet fera nuncupetur*, inquit, *nullam tamen feritatem, aut saevitiam novit. Et est adeo mansueta, ut nullum iustius quam ovis nomen invenerit. Vidimus eam sese ad manus puellarum, ac paene infantium submittentem, quum ei panem, fenum, pomum ac cepam offerrent*, etc. Fera igitur hoc loco peregrinam et externam sonat, seu alin veluti orbe natam. Hinc feras Iulius Capitolinus in Gordiano tertio, pag. 165, alias ait esse mansuetas, alias efferas. Sic Plauti Captivis, Act. I, sc. 2, vox ea accepta: *Liber captivus avis ferae consimilis est: Semel fugiendi si data est occasio, satis est: nunquam post illam passis prendere.* Harn.

XXVIII. *Pompeii Magni primum ludi ostenderunt chama, quem Galli rufium vocabant.* Secuti sumus Reg. 1, 2, Paris. Chiffl. ex quibus mox *rufium* quoque correximus: priùs legebatur *chaum* et *raphium*. Adiuvat Albertus, de Anim. lib XXII, tract. 2, cap. 1, p. 583: *Chama*, inquit, *bestia est, alia nomine rufinus dicta, in Aethiopia sub aestivo tropico habens generationem. Est autem ad modum lupi in figura, maculis albis per totum respersa: ludis apta, eo quod disciplinae multum est perceptibilis.* Videtur tamen ille nec quid ludi essent hoc loco probe intellexisse, et Plinii contextum praepostera interpunctione vitiatum legisse eo fere modo, *Ludi ostenderunt chama, quem alii rufinum vocabant, effigie lupi, pardorum maculis, ex Aethiopia.* Nihilominus in indice huius loci, *de chao*, libri omnes legunt. Hard. — Fortassis Thoën: vulgo lupum cervarium: qui gennettam nostram esse putant zibetas, sive catos zibetas. Dalec. —*Chama.* Lupum cervarium intellige. Sunt enim huc referenda ea, quae mox cap. 34 de lupis dicentur: *Sunt in eo genere qui cervarii vocantur, qualem a Gallia in Pompeii M. arena spectatum diximus.* Quum vero lupum cervarium audis, cave putes sortitum id nominis, quod ex lupo cervaque nascatur; id enim falsum: sed quod lupo aviditate par, et cervis idem ait infensus, ut docet Oppianus, Halieut. lib. II, v. 615, inde cervarii lupi appellatio. Hard. — *Chama quem Galli rufium*, etc. Vulgo edd. lib. *chaum* et *raphium*; et frustra Harduinus Alberti Magni epanorthosin prae se fert, cui nomina haud pauca miserum in modum inversa. Tum ex his *quem Galli*, etc. facile vides de septentrionalium regionum fera sermonem esse; Albertus vero hunc e tropico venire eam tantum ob causam somniat, quod male caesa distinxerit. Sola porro in septemtrionalibus plagis ma-

lupi, pardorum maculis. Iidem ex Aethiopia, quas vocant κήπους, quarum pedes posteriores, pedibus humanis et cruribus, priores manibus fuere similes. Hoc animal postea Roma non vidit.

culosa fera lynx est (*felis lynx* L.); cui vix genettam addideris, in Galliae mesembria non ita raram. At ipse Noster non ambigue significat, dum de lynce agit, VIII, 34, hunc quoque chai nomine prius signatum, chaum vero e Gallia venire. Lynces etiam nunc in Pyrenaeo. Cl. Guildenstadt (in nov. comm. Petr. t. X, p. 483) de arbitrio chaum appellavit quamdam lyncis speciem cui patria Caucasus mons Aegyptusque; vulgatius vero nomen *lynx ocreatus* Brucii. Vide hunc, *Voyage en Abyss.* tab. 30. Cuvier.

Iidem. Subintellige, ludi. Haec Solin. iisdem verbis cap. xxx. Hard.

Κήπους. In MSS. *cephus.* Peregrinum hoc genus ex Aethiopia semel tantum Romam advectum describunt Strabo lib. VI, p. 775, ex Artemidoro; Diodorus, Bibl. lib. III, pag. 168; Aelianus, Hist. Anim. l. XVII, c. 8, ex Pythagorae libro de Mari Rubro. Κῆπον, hoc est, *hortum*, appellari apposite aiunt, quod tanquam hortus variis distinguatur coloribus. Cave autem κήπους cum κήβοις confundas, de quibus Aristoteles, Hist. Animal. lib. II, cap. 13, pag. 197, qui nihil aliud sunt quam caudatae simiae, seu cercopitheci: ἐστι δ' ὁ μὲν κῆβος, inquit, πίθηκος ἔχων οὐράν. Hoc autem genus, nihilominus quam simiae ipsae, vulgare, visum Romae esse dumtaxat semel, haud facile mihi persuaserim. Leonem facie, corpore pantheram, mole dorcadem imitatur haec fera, si Agatharchidi credimus, apud Photium in Bibl. cod. 150, c. xxxix, pag. 1364: Ὁ δὲ κῆπος ἔχει τὸ μὲν πρόσωπον λέοντι, τὸ δὲ σῶμα πάνθηρι, τὸ δὲ μέγεθος δορκάδι, etc. Harn. — Strabo, lib. XV, κεῖπον vocat, esseque tradit facie satyro similem, caetera inter ursum et canem, et in Aethiopia nasci, semivulpem nunc appellant. Dalec. — Κήπους. Similitudine hac quam κήπου manus et pedes cum humanis artubus praeferunt, patet de specie quadam simiarum agi; de qua verum, in incerto est. Κῆβον Arist. Hist. Anim. II, 13, ait simiam caudatam, quas vocamus hodie *guenons*, sed τῷ κήπῳ quoddam inesse magis peculiare ex hoc coniicere est, quod semel tantum Romae eum visum Plinius auctor est. Aelianus, Hist. Animalium lib. XVII, cap. 8, e Pythagorae libro de Mari Rubro κῆπον describit dorso igneo, facie alba, pectore et ventre albis, etc. unde liquet κῆπον idem esse cum τῷ *patas* Buff. aut *simia rubra* Linn. simulque optimam de Pythagorae ingenio, in observanda enarrandaque natura, opinionem locus parit. Κήπῳ, si Agatharchidae (ap. Phot. Biblioth. ccl, cap. 39) credas, facies leonis, corpus pantheris (non pantherae), statura capreoli. Satis confusa descriptio in qua forsan simiam iubatam perviderit, qualis est *simia silenus* Linn. vel *hamadryas.* Strabo l. XVI, pag. 775, ed. Casaub. et Diodorus, lib. III, p. m. 168, de κήπῳ iisdem verbis. At mox lib. XVIII, pag. 812, Strabo animalis cuiusdam meminit patria Aethiopis, cui Aegypti et Babylonis incolae aras struunt, cui no-

XXIX. (xx.) Iisdem ludis et rhinoceros, unius in

men Κεῖπος aut Κῆπος, facies satyri, caetera ursi et caois mixta adunataque. Hoc loco quaedam papiooum gens designatur, et meo iudicio *simia sphinx* Lion. Quibus praemissis, in hoc mea vergit opinio, ut cebum, cepum, ceponem nomine quodam Aethiopico derivatum rear quo generaliter simiae caudatae olim omnes signatae, quas Graeci κερκοπιθήκους appellitaverunt; tum puerilibus naeniis appeodendam explicationem nominis per horti similitudinem; cuique hanc speciem simiarum caudatarum descriptam quam viderat, aliarum specierum aut rudi, aut immemori, servato tamen cepi nomioe; Plinium vero, cui Anoales perlegenti semel cepus occurrerat, temere nimis scripsisse hunc semel Romae visum, nunquam rursus exhibitum. Cuvier.

XXIX. *Iisdem ludis*. Totum hoc caput Solinus ad verbum expressit e Plinio cap. xxx, pag. 56. Eadem habet Agatharchides, libro de Rubro mari cap. xxxvi, cuius graeca exstant apud Photium in Bibl. cod. 250, p. 1361, et Diodor. Sicul. Bibl. lib. III, pag. 167. Hard.

Rhinoceros. Pausanias Aethiopicum taurum esse putat, ac super cornu quod io nare prominet, alterum habere, sed exiguum. Rhinocerota et hippopotamum Romae primum visos Dion scribit, Augusto triumphante de Cleopatra. Martial. III, 22: *Namque gravem cornu gemino sic extulit ursum, Iactat ut impositas taurus ad astra pilas*. Vide Politian. Miscell. c. 56. Dalec. —*Rhinoceros unius in nare cornus*, etc. Rhinoceros Indicus quem Alexandriae Strabo descripsit accuratissime. Dionem erravisse necesse est, dum rhinocerotem ait primum Romae prodisse, quum de Cleopatra Octavianus Caesar triumpharet. Diu haesitaverunt eruditionis professores, ut haec Pliniana *unius ... cornus*, conciliarent cum Martialis versiculis, Spect. ep. xxii: *Namque gravem gemino cornu sic extulit ursum, Iactat ut impositas taurus in astra pilas*; dooec Petr. Camper anatomices peritissimus vir demonstravit Domitiani rhinocerotem e bicornium specie fuisse, quod e nummis praeterea apparet. Neque hoc doctos fefellisse debuerat, rhinocerotem bicornem describente Pausaoia sub nomine tauri Aethiopis. Cuvier. — *Vnius in nare cornus*. Ita MSS. omoes. Impressi libri, *cornu*. Hard. — *Vnius in nare cornus*. Vnico in nare cornu haoc feram esse praeditam doceot veteres Domitiani nummi, ac scriptores antiqui: quos inter praecipuus Strabo lib. XVI, pag. 774, oculatus testis, nec poenitendus auctor: atque e recentioribus, in primis Damianus de Goes, quinta parte Chrooici rerum gestarum Emmaouelis regis Lusit. c. 18, fol. 276, auctor est, anno 1517, mense februario, ludis Olisipone ab eo rege exhibitis, pugnasse cum elephante rhinocerotem, cui unicum iu nare cornu, sesquipalmi longitudine, crassitudine ima in parte palmi unius esset. Huoc accurate delineatum aiunt ab Alb. Durero, insigni eius aevi pictore: ectypa deinde per totam Europam sparsa, Grammaticorum nunc tricas ac lites expedire mihi nec otium, nec animus est, super Martialis epigrammate xxii, libri Spectacul. ubi geminum hinc ferae cornu videtur tribuere: quum id corruptum esse vel ex ipso Martiali constet, qui unicum alibi agnoscit.

nare cornus, qualis saepe visus. Alter hic genitus hostis elephanto: cornu ad saxa limato praeparat se pugnae, in dimicatione alvum maxime petens, quam scit esse molliorem. Longitudo ei par, crura multo breviora, color buxeus.

XXX. (XXI.) Lyncas vulgo frequentes et sphingas, fusco pilo, mammis in pectore geminis, Aethiopia generat, multaque alia monstri similia: pennatos

Eruditorum ea de re dissensiones Bochartus collegit, de Animal. parte I, lib. III, cap. 26, pag. 931. H.

Saepe visus. Augusti triumpho de Cleopatra, visum esse rhinocerotem Dio scribit libi XV, pag. 460. Domitiani temporibus, uti ex Martiali discimus: Antonini Pii et Gordiani, ex Capitolino: Helagabali, ex Lampridio. Harn.

Alter hic. Post draconem, uti dictum est cap. 11 et 12. H.

XXX. *Lyncas vulgo frequentes,* Non Aethiopicum modo, sed et Indicum animal, attestante Ovidio, Metamorph. lib. XV, vers. 413: *Victa racemifero lyncas dedit India Bacho.* Pantherae simile esse ex Aeliano apparet, qui Hist. lib. XIV, cap. 6, lyncas eum pantheris conferens, eas ait παρδάλεως μὲν ἔτι καὶ πλέον σιμάς, ἄκρα γε μὴν τὰ ὦτα λασίους, *panthera magis esse simas, et summis hirsutas auribus.* Rem pluribus stabilit argumentis Bochartus, de Anim. parte I, lib. III, cap. 8, pag. 796. Vbi falli recte monet eos qui lyncas in luporum genere collocant. Habuisse se ex Assyria lyncem, in primis φιλάνθρωπον, Busbequius refert, epist. III, pag. 64, quem vide. Harn. — *Lyncas ... Aethiopia generat.* Ex India oriundus lynx prototipus. Cf. Ovid. vs. supra citat. Felium vero e genere hic fuit; quippe quem cum pardalide Aelianus (Hist. Anim. lib. XIV, cap. 6) contulit; et erat τὰ ὦτα λάσιος. Quocirca hunc cum τῷ *caracal* (*fele caracal* Linn.) eumdem vix addubitem. In Aethiopia quidem caracales; nec cum explicatione hac nostra Plinii textus pugnat. Facillime, nec contra verisimilitudinem translatum nomen ad hodiernum lyncem qui Barbariam incolit et quidquid Europaearum plagarum silvestre est et fere desertum; haec autem loca deseruit quae invasit cultus ac numerosior in dies hominum turba. In Pyrenaeo quosdam reperias et in Neapolitani regni montibus desolatissimis. Covier.

Sphingas. Non omnino fabulis sphingas accenseri oportere, ut multi putant, non Agatharchides modo suadet apud Photium, et Strabo, lib. XVII, pag. 812, aliique Veteres, sed et iis recentior, oculatusque testis Philoatorgius, qui inter varia simiarum genera sphingem a se visam commemorat, Hist. Eccles. lib. III, cap. 11, pag. 41: Καὶ μὲν ἡ Σφὶγξ γένος ἐστὶ πιθήκων (αὐτὸ γὰρ θεασάμενος γράψω·), ἧς τὸ μὲν ἄλλο σῶμα λάσιόν ἐστιν ὡς τοῖς ἄλλοις πιθήκοις· τὸ δὲ στέρνον ἄχρις αὐτοῦ τοῦ τραχήλου ἐφίλωται, μάζους δὲ γυναικὸς ἔχει ... πρόσωπον ἐνεστρογγύλωται μᾶλλον,

equos, cornibus armatos, quos pegasos vocant: crocottas, velut ex cane lupoque conceptos, omnia den-

καὶ εἰς γυναικείαν ἕλκει μορφήν. Quae Gothofredus interpres sic vertit: *Sphinx simiae genus est, id quod conspicatus scribo, cuius quidem reliquum corpus hirsutum est, ut aliarum simiarum: pectus vero ad collum ipsum usque glabrum est: mammas muliebres habet... facies vero rotunda plusculum est, et in muliebrem formam vergit.* Plura de eo argumento Spanhemius libro de praest. Numism. p. 210. H. — *Et sphingas.* Simiarum genus Aethiopicarum. H. — *Sphingas.* Sphinges, Satyri Veteribus hi animantes dicti qui videbantur cum excogitatis a monstrifico ingenio formis similitudinem habere. Ergo sphinx una e simiarum gentibus; non abludente Philostorgio, Hist. Eccles. lib. III, c. 11. Hujus descriptio optime τῷ *Chimpansé (sim. Troglodytae* L.) convenit; quanquam nimis brevis simiarum caudatarum bonae parti etiam convenit. Cuvier.

Quos pegasos. Nominum similitudine Solinus deceptus videtur, scribens cap. xxx, pag. 57, Aethiopici caeli alitem pegasum esse, cui equini nihil praeter aures sit. Haec enim ad Scythicum alitem pertinant, quem Plinius fabulosum esse pronuntiat lib. X, cap. 70. Aethiopicus pegasus, de quo nunc sermo, quadrupes est, non ales: neque aliud, quam de terrestribus animalibus, institutum ac susceptum huiusce voluminis argumentum est. H. — *Quos pegasos vocant.* Vbi posse in Aethiopia gigni lynces, sphinges quibus nihil monstrifici nos inesse commonstravimus, convenit, temere Plinius de more suo id consequentiae adnectit posse et alatos cornutosque equos gigni. At paritas non ita evidens est. Caeterum soli huic credo pegasum cornu instructum. Cuvier.

Crocottas, velut ex cane, etc. Olim: *crocutas velut ex cane lupoque conceptas*, etc. Mens Plinii est, *crocottas* mixtam ex lupo et cane formam habere, quasi horum duorum animalium mixto semine conceptae essent. Salmas. pag. 337. — *Crocotas.* Prius editi *crocutas.* Nos ita rescripsimus ex Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. et ex Agatharchide, libro de Rubro mari, cap. 39, cuius graeca extant apud Photium, cod. ccl, pag. 1364. Ὅτι κατὰ τὴν Αἰθιοπίαν Κροκόττας ἐστὶ μὲν ὀνομαζόμενος ὡς ἐκ λύκου καὶ κυνὸς σύνθετον, ἀμφοῖν δὲ ἀγριώτερον, καὶ πολλῷ βαρύτερον, ... ὀδοῦσι δὲ καὶ κοιλίᾳ δυνατώτατον τῶν ἄλλων, etc. Hesych. item, Κροκόττας, pag. 252. Describitur et a Dione l. LXXVI, pag. 860. Straboni tamen lib. XVI, pag. 775, nisi mendum est Κροκούτας. H. — *Crocottas velut ex cane .... conficientes ventre.* Artemidorus ap. Strabonem lib. XVI; Diod. Sic. Biblioth. lib. III; Agatharchid. ap. Photium, Biblioth. cod. ccl, cap. 39, unanimi in crocottarum generatione quos a cane et lupo conceptos volunt, et utroque ferociores. Sed adulterina lupi et canis mistio, utut trita vulgarisque in θηριοτροφείοις nostris, non genus mansurum parit. Quamobrem Plinius: *velut ex*, etc. innuens nempe genus quod videtur utriusque particeps; quod sive de hyaena, sive de chakale intelligi potest; quanquam ad hyaenam quae sequuntur magis faciunt; nam hyaena animantium omnium qui quidem carnem vorant, validissimos dentes habet et facillime

tibus frangentes, protinusque devorata conficientes ventre: cercopithecos nigris capitibus, pilo asinino, et dissimiles caeteris voce: Indicos boves unicornes, tricornesque: leucrocotam pernicissimam feram, asini

ossa frangit. Neque objicito de hyaena alio loco sermonem agi, servato vero nomine; non sat Nostro iudicii ut haec intelligat. Caeterum e Ctesia Indic. cap. 32, desumptus est locus; et in isto coniuncta fuerunt quae de crocotta hic et leucrocotta (vid. paul. infr.) ait. *Ferunt in Aethiopia animal visum, cui nomen* crocotta, *sed vulgo* cynolycus (κύων, *canis*; λύκος, *lupus*), *cui vires maximae, vox humana, pernicitas equi, leonis magnanimitas, mos tamen homines compellare; tum appropinquantes vorare.* Omnia haec quoque de hyaena in Eois partibus iactitata saepissime sunt. Cuvier.

Velut ex cane. Crocottam ex cane lupoque hybridam esse docet etiam Artemidorus apud Strabonem lib. XVI, pag. 774: Κροκούττας δ' ἐστὶ μίγμα λύκου καὶ κυνός. Adstipulantur et Agatharchides apud Photium, et Diodorus Bibl. lib. III, pag. 68. H.

Cercopithecos... pilo asinino. Simias caudatas, a πίθηκος et κέρκος. Galli *marmots* et *marmousets* vocant. Sed hi Aethiopici a vulgaribus tum pilo, tum voce discrepant. H. — *Cercopithecos nigris capitibus, pilo asinino.* Non desunt in Iudia simiae quibus longior cauda, pilus leucophaeus, facies nigra; quales *entellus* (*simia entellus*) et *malbrouk* (*simia faunus*). At nullum novimus cui pilus leucophaeus sit et totum caput nigrum. Cuvier.

Indicos boves unicornes tricornesque. Scribendum puto, *Indi equos unicornes, tricornesque.* Nam dictionem, *boves*, adiectitiam putamus: paulo enim post, bovas Indicos reddit. De equis autem Indicis, Strabo libro XV: *Equos ubi unicornes esse, cervinis capitibus*, etc. Pint. — *Indicos boves unicornes.* In Aethiopia quoque hi generantur: sicut alia multa, quae Indiae quondam peculiaria et propria fueruint. — Vt ut Harduinus repugnet, placet *Indi boves*, aut *India boves*, etc. Non enim sensum assequor τοῦ *Aethiopia generat boves Indicos.* Potest quidem obiici silvestrem taurum de quo mox, si quid Agatharchidae credendum, esse Aethiopem. Sed mox Martichora cuius e Ctesia iniecta mentio est, Indica, Ctesiae iudicio, est; unde patet e duobus feris unam e loco translatam a Nostro. Quo constituto, libentius hanc translationem recipio quae sensui minus nocet. Certum aliunde est iam Solini tempore in MSS. codd. lectum fuisse *Indi* vel *India*; siquidem hic Plinium exscribens in India taurum silvestrem ponit. Quid si Aethiopas reputaveris saepe Indos appellatos? Cuvier.

Leucrocutam p. f. Quid si legas *Leocrocutam*, quasi compactam ex leone et crocuta. Sequitur enim, *collo, cauda, pectore leonis.* Pint. — *Leucrocotam.* Ita MSS. omnes: Κρόκοττας vocatur a Ctesia in libris de rebus Indicis, in fine operum Herodoti p. 667, atque adeo ab ipso Plinio cap. 45 huius libri, ubi ex hyaena concipi et leaena Aethiopica dicitur. Haec porro Solinus iisdem verbis, c. LII,

fere magnitudine, cruribus cervinis: collo, cauda, pectore leonis, capite melium, bisulca ungula, ore ad aures usque rescisso, dentium loco osse perpetuo. Hanc feram humanas voces tradunt imitari. Apud eosdem et quae vocatur eale, magnitudine equi flu-

p. 80. H. — *Leucrocotam*, etc. Ecce iterum ita describit, ut vera haec neges quae protulit, nisi in diversis animantibus. Pernicitas, par asini statura, crura cervi, cauda, pectus, et collum (ob iubam forte) leonis, bisulca ungula τὸν *Gnou* (*antilopen gnu* Gm.) indicant. Vocis humanae imitatio una e sexcentis fabulis de hyaena in Oriente. Itaque Ctesias, Indic. 32, et Agatharchides ap. Photium, Biblioth. codd. CCL, id soli crocottae non vero leucrocottae dant. At osseum et sine dentibus os, apud quem e mammiferis? In Cheloniis tantum. Forte auctor primarius de gingiva dixerat quae maxime dura in τῷ *Gnou* et omnibus ruminantibus pro maxillae superioris incisivis sola adspectatur. Non de istis animantibus quidquam certi et evidentis habuisse Nostrum ex hoc intellige quod crocottam, postquam e lupo et cane natam dixit, et plane diversam a leucrocotta, cui soli maxilla sine dente et vocis humanae imitatio competit, ad illam cap. 45 revolutus, ea transfert quae de leucrocotta modo dixerat, et ipsam, novo stemmate deducto, natam e leaenae et hyaenae maris adulterio pronuntiat. Caeterum audacior Plinio Aelianus, cui narratur crocotta non imitari tantum voces humanas, sed praeterea lignatorum confabulationibus aurem praebere, mox nomina ediscere, quae dein ipsa refert, ut accersitos et in invia adductos voret. Τῷ *Gnou* quoque, sub catoblepae nomine, diras dotes, triste ingenium tribui mox videbimus. Non impossibile igitur ad hunc quaedam hyaenae translata. Vnde unum et idem animal censendi leucrocotta et catoblepas. At tam crebro his in idem Veteres, ut non ex hoc obiectio ulla excerpenda sit; cuius erroris haec est causa, nempe quod nondum eo sagacitatis acuminisque devenissent, ut duarum descriptionum quas eiusdem rei auctores diversi adumbraverant, ὁμοιότητα intelligerent; quae hodie ars apud naturalium rerum peritos audit Συνωνυμία. Cuvier.

Asini fere. Nisi subsit in Solini contextu menda, quod quidem subesse auspicor, legi oporteret, *asini feri*, et *clunibus cervinis*. Hasn.

Cruribus cervinis. Scribo: *Clunibus cervinis*, ex utroque exemplari, et item Solino, capite LIII, astipulante etiam Romana impressione. Piat.

Capite melium. Est, inquit, leucrocotae ea capitis figura, qualis est melibus, de quibus dicetur cap. 58. Hasn.

Hanc feram. Hoc vero crocottae, de qua proxime habita mentio est, Agatharchides abscribit, apud Photium, cod. CCL, p. 1364. Hasn.

Apud eosdem. Aethiopas scilicet, ut ea quae subiicientur inferius demonstrabunt. De hac porro tale nihil usquam legere me memini, nisi apud Solinum haec eadem transcribentem cap. XXV, pag. 80. H.

viatilis, cauda elephanti, colore nigra vel fulva: maxillas apri, maiora cubitalibus cornua habens, mobilia, quae alterna in pugna sistit, variatque infesta aut
3 obliqua, utcumque ratio monstravit. Sed atrocissimos habet tauros silvestres maiores agrestibus, velocitate ante omnes, colore fulvos, oculis caeruleis, pilo in contrarium verso, rictu ad aures dehiscente, iuxta cornua mobilia: tergori duritia silicis, omne

Eale, etc. Rhinoceros bicornis, ut videtur, cuius cornua Sparrmann tradit aliquid mobilitatis habere. Ad. Cl. viri. *Voyage au Cap.* Cuvier.

Quae alterna. Solini haec paraphrasis, de cornibus eales: *Non rigent*, inquit, *sed moventur, ut usus exigit proeliandi: quorum alterum, quocum pugnat, protendit: alterum replicat: ut si nisu aliquo fuerit alterius acumen obtusum, acies succedat alterius.* Harn.

Sed atrocissimos habet. Aethiopis scilicet: dictio enim haec succurrit una, cui verbum istud respondeat. Et sane de tauris Aethiopiae eadem cum Plinio refert Diodorus, Bibl. l. III, pag. 168, et Agatharchides apud Photium, loco cit. ut ex alterutro hausisse haec Plinius videatur, et Indiae Solinus temere adscripsisse, loc. cit. Harn.

Tauros silvestres. Iterum rhinoceros bicornis designari hoc loco videtur, quem male e silvestrium hominum fabulosis commentitiisque relationibus viatores ignari descripserunt. Hoc Agatharchid. loc. cit. vel Diod. Biblioth. lib. III, prior narraverat. Cuvier.

Tauros silvestres maiores agrestibus. Potiorem lectionem ducimus, *Aggregibus*: aut si mavis, *congregibus*, quam *agrestibus*. Nam differentiam inter silvestres et agrestes tauros, non satis intelligo. Pint. — *Maiores agrestibus.* Agrestes pro mansuetis nunc accipimus, quibus agros vulgo aramus: agri enim hac in re silvis apposite satis opponi videntur. Et sane Agatharchides, loco citato quos agrestes Plinius vocat, ἡμέρους appellat, mansuetos et domesticos. Strabo lib. XVI, pag. 775, tauros Aethiopicos ἀγρίους vocat, sive silvestres, quos nostris opponit, τοῖς παρ' ἡμῖν. Igitur *agrestis* hoc Plinii loco, ut Glossae monent, non ἄγριος est, sed ἄγροικος et χωρικός, in agris et rure versans. Harn.

Velocitate ante omnes. Ante aves, non ante *omnes*, legendum colligitur ex Solino c. LIII, si castigatiora ipse, quam nos, nactus est exemplaria. Alioqui, quantum fidei hominii habeamus, supra testati sumus. Pint. — *Velocitate ante omnes.* Ipsissima licet haec sint Solini in paraphrasi verba, vereor ut Pintianus impetret fidem. Volucrem Plinius pro celeri dixit. Et Agatharchides, τάχει δὲ ὑπερβάλλον, *genus hoc*, inquit, *taurorum, pernicitate antecellit.* Hoc tantum. Haan.

Pilo in contrarium verso. Pilo ad caput verso. Harn.

Iuxta cornua. Hoc est, tauro seque atque ei ferae, quae vocatur Eale,

repuens vulnus. Feras omnes venantur: ipsi non aliter, quam foveis capti, feritate semper intereunt. Apud eosdem nasci Ctesias scribit, quam mantichoram appellat, triplici dentium ordine pectinatim coëuntium, facie et auriculis hominis, oculis glaucis, colore sanguineo, corpore leonis, cauda scorpionis modo spicula infigentem: vocis, ut si misceatur fistulae et tubae concentus; velocitatis magnae, humani corporis vel praecipue appetentem.

de qua dictum est proxime. Solinus non dissimiliter, in paraphrasi loci huius, postquam scripsit de Eale, de tauris istis haec deinde subnectit: *Hi quoque*, inquit, *circumferunt cornua flexibilitate* qua volunt, etc. H. et Az.

Feritate semper intereunt. Quoniam delapsi in foveas, aliove capti dolo, irae impotentia se praefocant, inquit Diodorus, Bibl. lib. III, pag. 168. Haao.

Apud eosdem. Aethiopas scilicet: nam Aethiopici quoque caeli animal mantichoram esse, Iuba admonuit, ut Plinius refert, cap. 49 huius libri. Quanquam in excerptis Ctesiae quae nunc exstant, Indiae illud adscribitur: quod et Ctesiae librum eum secutus facit et Aristoteles, Hist. Anim. lib. II, cap. 11; Pausanias, Boeot. lib. IX, pag. 573; Aelian. Hist. Anim. lib. IV, cap. 21; Solinus, cap. LII, p. 80, aliique. Ctesiae Graeca exstant apud Photium in Bibl. cod. LXXIII, p. 146: Καὶ περὶ τοῦ Μαρτιχώρα τοῦ ἐν αὐτοῖς (de Indis proxime ante mentio) ὄντος θηρίου, ὡς τὸ πρόσωπον ἐοικὸς ἀνθρώπῳ· μέγεθος μὲν ἔστιν ὥσπερ λέων, καὶ χρόαν ἐρυθρὸς ὡς κιννάβαρι: τρίστιχοι δὲ ὀδόντες, et reliqua, quae totidem fere verbis Plinius habet, caeterique scriptores proxime appellati suis pariter intexuere libris. Haan.

Mantichoram. Pausanias In Boeoticis vocat Martioram: Philostratus in Apollonio, Martichoram. Idem Ctesias, e quo Plinius hanc fabulam ad verbum sumpsit, vanissimus homo, pygmaeos, steganopodas, pegasos, sphinges impudenti mendacio posteritati tradidit. Brod. l. V, cap. 24. De fabuloso animale plura, si vis, reperias apud Aelian. Histor. Animalium libro IV, capite 21. Dal. — *Mantichoram.* Ita MSS. omnes, ipseque Aristoteles, Hist. lib. II, c. 11, p. 189, Μαντιχώραν vocat. Quanquam, ut recte monet Dalec. Ctesias ante laudatus, nisi error librariorum est, Μαρτιχώραν, eamque vocem id Indis sonare ait, quod Graecis ἀνθρωποφάγος; sequiturque Philostr. de vita Apoll. III, 14. pag. 150. H. — Perabsurda et dementiam fere arguens fabella de Mantichora e Ctesia est, Indic. c. 6; quam ita non praetermittit Aristoteles, ut tamen his moneat dubitationem summam, his fassus, Ctesiam solum de miraculo auctorem. At Plinius, quem Aelianus, Hist. Anim. lib. VI, cap. 21, sequitur, Ctesiam quoque nominat, se dubium minime inmuens; unde quid iudicii viro tute indica. Celeberr.

XXXI. In India et boves solidis ungulis, unicornes: et feram nomine axin, hinnulei pelle, pluribus candidioribusque maculis, sacrorum Liberi Patris. Orsaei Indi simias candentes toto corpore venantur.

Heeren (Hist. Commerc. apud Veteres) suspicatur hoc Ctesiam peccasse, nempe quod temere in rerum natura exstare crediderit quae in emblemate mythico hieroglyphicoque viderit. Nam hodie quoque in Persepoleos ruinis cernitur fera illi similis quam Ctesiaca descriptio exhibet; quam in Tabulis Chalcogr. Itiner. Persic. Corn. Lebrun, tab. 126, adi. Caetero Indiam quoque fabula pervaserat, siquidem Iarchas gymnosophista (Philostr. vit. Apollon. lib. III, cap. 14) descriptionem quamdam suam, Ctesiacae similem, Apollonio ingerit. Pausanias tamen coniicit commenti originem tigrim esse male ab his spectatam quos terruerat. Cuvier.

XXXI. *In India.* Hactenus de Aethiopia: nunc ad quadrupedes Indico sub caelo genitas transilit oratio. Bovem Indiae unicornem laudat etiam Solinus, loc. cit. Haan.

In India et boves... unicornes. Iterum e glyphis Persepolitanis animal. In his enim (Lebrun tab. 129) quadrupea fera cernitur unicornis cum viro, qui forte rex est, summa vi luctata. Cuvier.

Axin. Quamvis huic cornua Natur non dicit, probabilia horum opinio est qui de Gangetico cervo (*cerv. axis* Linn.) explicuerunt; quippe qui hinnulei instar maculas habet, sed lucido magis candore spectabilem. Cuvier.

Hinnulei pelle,... sacrorum Liberi Patris. Ita MSS. omnes, non ut editi, *hinnuli.* Ita Horatius ipse, *Vitas hinnuleo me similis, Chloe.* Mox item, *sacrorum Liberi Patris* rescripsimus, eorumdem MSS. et Parmensis, aliarumque vetustarum editionum admonitu: quas negleait Hermolaus, ut *sacram* scriberet: qua castigatione receepta *Libero Patri* scribendum fuit, non *Liberi Patris*: neque enim Rob. Stephanum moror, quem Barbarus in fraudem impulit, ut in Thesauro latinae linguae populari recte affirmaret, *Sacer*, cum genitivo: idque huius unius loci, sed depravati, ut vidimus, auctoritate stabiliret. Porro de axi hac Aethiopica nihil adhuc compertum. H. — Vid. not. 3. Ax.

Sacrorum Liberi Patris. Hoc est, eius Dei sacris privatim dicatam. H.

Orsaei Indi. Indos Nysaeos hoc loco intelligendos esse putat Aldrov. de Quadruped. lib. I, cap. 405, idque ex Ligorii nummo colligit, cuius epigraphen legit ΝΥΣΣΕΩΝ, cum monocerote ex aversa parte. Viri errorem in hac epigraphe legenda detegit Spanhemius, in dissert. de usu Numism. p. 138, post Reinesium, Var. Lect. lib. XI, cap. 2. H.

Simias candentes. De hoc simiarum genere multa Philostratus, de vita Apoll. lib. III, cap. 1, pag. 111. H. — *Orsaei Indi simias candentes.* Ολόλευκον (si fas ita dicere) simiam Audebert descripsit, talem pro oculis habens in Museo regio; nominavitque *simiam Atyn.* Sed haec forte individua varietas; similesque passim in India existisse non incredibile est. De his multus est Philostratus, si Hardulno credas; sed loc. cit.

Asperrimam autem feram monocerotem, reliquo corpore equo similem, capite cervo, pedibus elephanto, cauda apro, mugitu gravi, uno cornu nigro

nil video praeter commenta de simiis piperis arboreis colentibus bene multa, de candore aliquid frustra quaero. Cuvier.

Monocerotem. Diversa plane haec fera est ab asino Indico, quanquam et ipse monoceros, sive unicornis est, et solidipes: non ut ista, elephantinis pedibus. Diversam utriusque animalis descriptionem habet Manuel Phile, lib. de Propr. Animal. pag. 86 et 90. Hanc vero quam Plinius refert, totidem verbis mutuatus est ab eo Solinus cap. LII, pag. 80. Rhinocerotem porro cum monocerote cave confundas: gestat in nare cornu ille, iste in fronte. Monocerotem in superioris Aethiopiae iugis cerebro reperiri Marmolius est auctor, a quo ea fera describitur accurate lib. I, c. 23, pag. 65. Nostris, *la licorne.* H. — Quas vero et quales et quam multiformes de se lites hoc animal moverit, vel e nostrate Malte-Brun perspice, qui in suo *Précis de la Géographie universelle*, lib. XCII (tom. V, pag. 71, Par. 1817) sic habet: *On a récemment prétendu retrouver ici la licorne ou le* monocéros *des anciens; circonstance qui, si elle pouvait être démontrée, jetterait un grand intérêt sur cette région. Un auteur estimable du seizième siècle* (*Garcias*, Hist. Arom. *lib I, cap.* 14) *a rapporté que les premiers navigateurs portugais virent, entre le cap de Bonne-Espérance et le cap Corrientes, un animal qui avait la tête et la crinière d'un cheval, avec une seule corne mobile. C'est précisément dans cette même région que deux bons observateurs modernes* (*Sparrmann*, Voyage au Cap; *Barrow*, Voyage à la Cochinchine) *ont remarqué un grand nombre de dessins d'un animal unicorne; tous les rochers de Camdebo et de Bambo en sont couverts. Les colons hollandais affirment avoir vu de ces animaux vivants, et en avoir tué quelques-uns: ceux-ci ressemblaient à des quaggas ou chevaux sauvages; la corne était seulement adhérente à la peau. Ces témoignages positifs, mais malheureusement provenant de témoins peu instruits, sont cependant corroborés par le rapport de Barthéma* (*ou Varteman*) *qui, dans le quinzième siècle, vit à la Mecque deux licornes semblables à des antilopes: elles étaient venues d'Éthiopie.* (*Barthéma*, de Arabia, *lib. I, cap.* 18) *Les anciens ont sans doute parlé de leur monocéros d'une manière souvent fabuleuse, et toujours vague; cependant ils le comparent unanimement* (*Onesicrit. ap. Strab. tom. XV, pag.* 489, *ed. Casaub.*) *à un cheval pour le corps, à un cerf pour la tête; ce qui prouve qu'ils ont eu en vue un animal différent du rhinocéros. Outre cet unicorne semblable à un cheval, les anciens nomment encore distinctement l'âne unicorne, auquel ils attribuent une grande taille, une corne rayée de blanc, de noir et de brun, une extrême vitesse, l'amour de la vie solitaire; ils le font solipède, comme le cheval unicorne; circonstance qui répond à l'objection systématique des anatomistes, tirée de l'analogie des animaux à pieds bifourchus, qui tous ont deux cornes. D'ailleurs cette ob-*

media fronte cubitorum duum eminente. Hanc feram vivam negant capi.

XXXII. Apud Hesperios Aethiopas fons est Nigris, ut plerique existimavere, Nili caput: argumenta, quae diximus, persuadent: iuxta hunc fera appella-

jection de nos savants infaillibles n'est pas tout-à-fait solide, puisque d'abord il existe des antilopes chez qui les deux cornes sortent d'une base commune élevée de deux pouces au-dessus de la tête. Or, qui peut donc empêcher la nature de prolonger cette unité depuis les deux bases jusqu'à la pointe? En outre les rapports de ceux, parmi les modernes, qui prétendent avoir vu la licorne, tranchent cette difficulté en représentant la corne comme adhérente seulement à la peau, comme celle du rhinocéros. L'existence de la licorne n'est donc pas impossible, comme on l'a dit; mais elle n'est pas non plus prouvée, ni même très-vraisemblable. Cette race, comme tant d'autres, a pu s'éteindre. Mais soit que cet animal existe ou n'existe pas, les peintures qui le représentent sur les rochers de l'Afrique australe n'en sont pas moins des documents très-curieux: elles concourent à prouver les anciennes liaisons de la Cafrerie avec l'Asie; car l'image de la licorne était chez les Perses et chez les Hébreux le symbole du pouvoir monarchique; c'est comme tel qu'il figure sur les monuments de Persépolis. Sed omnes nodos quos hic in scirpo male quaesivit Malte-Brun solvit denuo G. Cuvier, in nota quam ad calcem libri Excursus vice reiecimus. Vid. Excurs. IV. Ai.

Vno cornu nigro media fronte cubitorum duum eminente. Male Solinus hanc cornu longitudinem quatuor pedibus emensus est, c. LII, pag. 80, perinde quasi cubitus duos pedes contineret. Nam sesquipedi par est cubitus, auctore Vitruvio, lib. III, cap. 1, pag. 39, hoc est, pedem cum dimidio aequat, colligens digitos duodeviginti, quum pes ipse duodecim constet. Hard.

Hanc feram. De asino Indico, qui pariter monoceros est, id quoque Ctesias refert, loc. cit. et ex Ctesia Aelianus, Hist. Anim. lib. XVI, cap. 20. Hard.

XXXII. *Quae diximus.* lib. V, cap. 10. Hard.

Catoblepas. Iisdem fere verbis totus hic locus a Solino repetitur; cap. XXX, pag. 56. Haec fera capitis immodici pondere praegravatur, adeo ut nunquam non humi despiciat: unde et illi nomen: nam κάτω *deorsum* est, et βλέπειν *aspicere.* H. — Aelianus lib. VII, c. 5, fusius describit: Tauro similem, altis et densis superciliis, oculis bubulis sanguine suffusis, ad terram vergentibus, iuba equinae simili, frontem et faciem occupante. Dein, eadem quae in Plinio fabella de eius aspectu. Vtrinque coniunctis indiciis, nulli dubitamus de *Gnou* (*Antilope Gnu*, Gmel. Buff. suppl. VI) agi. Nullum enim animal tot superstitiosis nugis ansam praebere debuit: nulli facies a consueta remotior, nulli illaetabilior oculus; praecipue ob longos pilos superciliorum et iubam in fronte et naso, quae in nulla animantium gente praeter hanc aspiciuntur. Cuvier.

tur catoblepas, modica alioquin, caeterisque membris iners, caput tantum praegrave aegre ferens: id deiectum semper in terram: alias internecio humani generis, omnibus qui oculos eius videre confestim exspirantibus.

XXXIII. Eadem et basilisci serpentis est vis. Cyrenaica hunc generat provincia, duodenum non amplius digitorum magnitudine, candida in capite macula, ut quodam diademate insignem. Sibilo omnes

Modica alioqui, caeterisque membris iners. Mallet Pellicerius in notis MSS. *non iners*: ut sententia foret, caetera quidem huius ferae membra esse modica, sed eorum tamen ministerio satis agiliter et commode uti, excepto capite. Verum huic coniecturae repugnant quum Solinus, tum libri omnes. H. — *Iners.* Hanc huius ferae descriptionem sumpsisse Plinius non videtur ex Alexandro Myndio, qui de ea multa prolixe scripsit libro II de Pecudibus et Quadrupedibus, ut auctor est Athenaeus, lib. V, pag. 221. Accuratior paulo ea est quam tradit Aelianus, Hist. Anim. lib. VII, c. 5. H.

XXXIII. *Basilisci serpentis.* Hunc iisdem verbis Solinus describit, cap. XXVII, pag. 53, et Nicander in Theriacis pag. 28. H. — *Basilisci serpentis*, etc. Supervacuum hodie est de basilisci aspectu commenta confutare. Notabimus unum hoc, in Plinio tantum de anguiculo agi cui in capite macula caodens; aliis posthac fuit anguis corona vera redimitus. Cuv.

Non amplius digitorum. Aetio, παλαιστῶν τριῶν, quod cum Plinio convenit. Dalec. — *Duodenum non amplius digitorum magnitudine.* In MS. Parisiensi, *duodecim.* In aliis omnium libris *XII.* Consentit Nicander in Ther. pag. 28, ubi basiliscus describitur: ἐπὶ τρία δῶρα φέρων μῆκός τε καὶ ἰθύν, *cui mensura modusque tripalmis.* Doron enim palmus est: habet autem palmus quatuor digitos, ut ait Vitruvius, lib. III, cap. 1, pag. 40. Palmus, inquam; non maior, qui σπιθαμὴ a Graecis vocatur, de quo nos agemus libro seq. cap. 17. Sed minor, qui παλαιστή, hoc est, mensura, ut diximus, quatuor digitorum, ut sunt in manu, coniunctorum, sine pollice. Unde Aetius (vide supra) παλαιστῶν τριῶν. At in corruptos Plinii codices incidisse Solinum necesse non est confiteri, eo quod quum de eodem basilisco scribens, c. XXVII, pag. 52: *Paene*, ioquit, *ad semipedem longitudinis.* Duodecim enim digitis pes ipse constat: unde semipes VI colliget. H.

Sibilo omnes fugat serpentes. Aelianus id quoque, Hist. Anim. lib. II, cap. 7, ex Archelao. Lucanus eleganter, lib. IX, v. 724: *Sibilaque effundens cunctas terrentia pestes, Ante venena nocens, late sibi summovet omne Vulgus, et in vacua regnat basiliscus arena.* Hard. — *Sibilo omnes fugat serpentes.* Similis ἱερὸς ὄφις in Asia, cuius meminit auctor

fugat serpentes: nec flexu multiplici, ut reliquae, corpus impellit, sed celsus et erectus in medio incedens. Necat frutices, non contactos modo, verum et afflatos: exurit herbas, rumpit saxa. Talis vis malo est. Creditum quondam, ex equo occisum hasta, et per eam subeunte vi, non equitem modo, sed equum quoque absumptum. Atque huic tali monstro (saepe enim enectum concupivere reges videre) mustelarum virus exitio est: adeo naturae nihil placuit esse sine pari. Iniiciunt eas cavernis facile cognitis, soli tabe:

περὶ θαυμ. ἀκουσμ. Vide infra lib. XXIII, cap. 4. Dal.

Sed celsus et erectus in medio incedens. Legend. *Sed celsus et erectus medio incedens*, id est, media parte. Scribit enim Plinius basiliscum media parte corporis serpere, media erectum et celsum incedere. Salmas. pag. 371. Et circa finem lege: *inferciunt eas cavernis*, per vim scilicet eas infulciunt intrare nolentes: vulgo legitur *iniiciunt*. Salm. pag. 372. — *In medio incedens.* Solini paraphrasis: *Quum movetur, media corporis parte serpit, media arduus est et excelsus.* Hardo.

Creditum quondam. Scripsimus ex MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chiffl. etc. *Creditum quondam ex equo occisum*, subintellige, basiliscum: prius *occiso* legebatur: quod quidem tolerari utcumque potuit: praesertim si legeretur, uti olim coniiciebamus, *quondam ex equo occiso.* Sed priore emendatione recepta, fides gemina hac voce *creditum* exprimitur: prior ad simplicem historiae narrationem pertinet: sequens, ad miraculum respicit. Hard.

Mustelarum. Mustelarum duo genera: alterum silvestre, distans magnitudine. Graeci vocant *ictidas.* Harum fel contra aspides dicitur efficax. Haec autem quae in nostris domibus oberrat... serpentes persequitur. Varro de Re rust. III, 10. — Graece γαλῆ· vernacula *belettes.* Haec fere ad verbum Solinus, cap. XXVII. Aj.

Iniiciunt eas cavernis, facile cognitis sola tabe. Apogr. Tolet. *Facile cognitis soli tabe.* Eximie. Solinus, capite XXIX: *Nec hominum tantum aliorumve animalium exitio datum, sed terrae quoque ipsius, quam polluit, et exurit, ubicumque ferale sortitur receptaculum.* Pint. — *Iniiciunt eas cavernis, facile cog.* Iniiciunt eas, mustelas scil. regiae cupiditatis mercenarii ministri. Alioqui mihi non fit verisimile, mustelam esse adeo nocendi avidam, ut ultro latebras basilisci pervestiget, et vel cum certa sua pernicie tam dirum monstrum lacessere non dubitet. Galen. — *Iniiciunt eas cavernis facile cognitis soli tabe.* Impressi ad hunc diem libri, *sola tabe.* Nos ex Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chiffl. Tolet. Pintianoque ipso favente, *soli tabe*, hoc est, exusta tellure. Quoad sensum vero sic habe: Cavernas esse non herbida laetave tellure, sed exesa,

necant illae simul odore, moriunturque, et naturae pugna conficitur.

XXXIV. (XXII.) Sed in Italia quoque creditur luporum visus esse noxius: vocemque homini, quem priores contemplentur, adimere ad praesens. Inertes hos parvosque Africa et Aegyptus gignunt: asperos trucesque, frigidior plaga. Homines in lupos verti, rursumque restitui sibi, falsum esse confidenter existimare debemus, aut credere omnia, quae fabulosa tot

squalentique, ob virulentum incolae serpentis afflatum. H.

Necant illae. Serpentes incerti sunt generis: varieque idcirco, nunc virili, muliebri nunc quoque sexu effarantur. HARD.

XXXIV. *Sed in Italia.* Hoc ita Solinus accepit, perinde ac si foret lupis Italiae caelo genitis peculiare ac proprium, non commune cum caeteris, cap. 2, p. 15: *Italia lupos habet*, inquit, *et quod cum caeteris simile non sit: homo, quem prius viderint, conticescit, etc.* H.

Creditur luporum. Credatur id sane vel ab imperita plebe, vel a credulis nimium vatibus: negant certe hae aetate philosophi non mediocris notae, id ratione ulla, ullove experimento comprobari. Quanquam Servius ad eum Maronis versum, Ecloga 9: *Vox quoque Moerim iam fugit ipsa, lupi Moerim videre priores.* »*Hoc etiam physici confirmant*, inquit, *quod voce deseratur is quem prior viderit lupus. Unde etiam proverbium hoc natum est*, Lupus est in fabula: *quoties supervenit ille de quo loquimur, et nobis sua praesentia amputat facultatem loquendi.*« Quanquam et hoc ipsum ex Platone ἐν ταῖς πολιτείαις refert Geopon. auctor lib XV, cap. 1, pag. 403. Vide Scalig. Exercit. CCCXLIV, pag. 1074; Fortun. Licetum de monstris, etc. H.

Inertes hos parvosque ... gignunt. Lupis Afris statura ea quae caeteris; at hoc forte de *Chakals* (*cane aureo* Linn.) intelligendum, cui lupi colores, staturaque vulpina non longe maior, caeterum Africam totam incolenti. CUVIER.

Homines in lupos verti. Animi is morbus est, ac melancholiae genus, quod λυκανθρωπίαν medici vocant. Aet. VI, 11; Arabes *Charab.* Avicen. I, 3. DAL. — *Homines in lupos.* Et λυκάνθρωποι ii, qui ludificationibus daemonum, magicisque artibus in luporum imagines sese vertere dicebantur. Narrat, nescio qua afflante superstitionis stolidaeque credulitatis aura bonus Harduinus, id contigisse prope Colonism Vbiorum, exusto sententia iudicum eo qui lupi effigiem, quum luberet, sic induebat; testante Martino Delrio, ex iudicialibus actis, Disquis. Mag. lib. II, c. 18, pag. 99, ubi de eo argumento plura. Sed ipse forsan non credidit, quamquam e phraseon tenore in anceipiti res videtur. AI.

Falsum esse. Mela Pomponius lib. II, cap. 1, pag. 38, sic scripsit: *Neuris statum singulis tempus est,*

2 saeculis comperimus. Vnde tamen ista vulgo infixa sit fama in tantum, ut in maledictis, versipelles habeat, indicabitur. Evanthes inter auctores Graeciae non spretus, tradit Arcadas scribere, ex gente Anthi cuiusdam, sorte familiae lectum, ad stagnum quoddam regionis eius duci, vestituque in quercu suspenso transnatare, atque abire in deserta, transfigurarique in lupum, et cum caeteris eiusdem generis congre-
3 gari per annos novem. Quo in tempore si homine se abstinuerit, reverti ad idem stagnum; et quum transnataverit, effigiem recipere, ad pristinum habitum addito novem annorum senio. Id quoque Fabius,

quo, si velint, in lupos, iterumque in eos qui fuere, mutentur. H.

Versipelles. Versipelles dicti sunt, quolibet genere se commutantes, inquit Nonius, cap. 1, pag. 503, ubi et illud Plautinum adducit, ex prologo in Amphitruonem, vers. 123: *Ita versipellem se facit, quando lubet.* Et in Bacchid. act. IV, sc. IV, vs. 10: *Nullus frugi esse potest homo, nisi qui et bene et male facere tenet: Improbis quum improbus sit, harpaget: furibus furetur quod queat: Versipellem frugi convenit esse hominem, pectus cui sapit: Bonus sit bonis, malus sit malis: utcumque res sit, ita animum habeat.* Vnde versipelles dicti, qui morea, ceu pellem vertunt, mutantque, instar τῶν λυκανθρώπων. Haec vox et apud Petron. exstat in fragm. pag. 240, ubi de homine, qui magica arte lupi formam induerat: *Intellexi*, inquit, *illum versipellem esse, nec postea cum illo ponem gustari potui: non, si me occidisses.* In Reg. 1, 2, Colb. Paris. *ut maledictis versipelles habeat.* Vide Busbeq. epist. 1, fol. 30. H.

Auctores Graeciae. Vide Pausaniam Initio lib. IX. Dalec.

Tradit Arcadas scribere. Plautus in Amphitruone: *Nam verum est, quod olim est auditum fabularier, mutatos Atticos in Arcadia homines: Et saevas belluas mansitasse, nec unquam denuo parentibus Cognitos.* Videatur et Pollet. Hist. for. Rom. lib. II, in fine. Hard.

Ex gente Anthi. Ita Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chiffl. non, ut libri editi ad hunc diem, *Antaei.* Ita sane legisse videtur interpolator Plautinae fabulae, cui Amphitruo nomen est, act. IV, sc. III, vs. 2: *Dii vestram fidem*, ubi ad hoc alludens: *Nam verú'st*, et caetera quae ad h. l. facientia excitavit Dalecampius. Mox etiam ex iisdem codd. praeter Chiffl. et ex Tolet. scripsi, *transnatare*, et *transnataverit*, pro *tranare* et *tranaverit*. Hard.

Id quoque Fabius.... Mirum est quo procedat graeca credulitas. Mira hoc loco consensio codicum quos vidimus. Verum quum latini scriptoris nomen locum hunc non admittere Pellicerius

eamdem recipere vestem. Mirum est quo procedat graeca credulitas! Nullum tam impudens mendacium est, ut teste careat. Itaque Agriopas, qui Olympionicas scripsit, narrat Demaenetum Parrhasium in sacrificio, quod Arcades Iovi Lycaeo humana etiam tum hostia faciebant immolati pueri exta degustasse, et in lupum se convertisse: eumdem decimo anno restitutum athleticae certasse in pugilatu, victoremque Olympia reversum. Quin et caudae huius animalis

suspicetur in notis MSS. ob ea quae de graeca credulitate subiiciuntur, legi putat oportere, *Addit quoque fabulosius*, idem Evanthes scilicet. Nos, si faveant alii codices, scripserimus libentius, *id quoque additur*, vel, *id quoque falsius*. In Parmensi editione et vetustis aliis ante Gelenium, legitur, *Addit quoque Fabius:* Quid si legendum quispiam suspicetur, *Addit quoque fabulis?* quia sequitur, *Mirum, quo procedat graeca credulitas*. Forte et hoc ad sequentia spectat. Hard. et Az.

Olympionicas. Olympia sunt ipsa certamina: Olympionicae vero, certaminum victores: οἱ ὀλυμπιονίκαι. Horum nomina vida apud Eusebium Scaligeri, p. 347. Hard.

Demaenetum Parrhasium. Demarchum vocat Pausanias in Aeliacis, narratque Olympiae statuam ei positam cum hac inscriptione: *Dinytta genitus Demarchus dedicat hanccc Effigiem, Arcadico Parrhasius genere*. Dal. — *Damaenetum*. Totidem plane verbis recitat haec Augustinus loco citato. Ex quibus Pausanias emendandus, qui Demarchum hunc pro Demaeneto nuncupat. Hard.

Parrhasium. Ex Parrhasia Arcadiae oppido, da quo lib. IV, cap. 10, p. 120. Hard.

Iovi Lycaeo. August. de Civit. lib. XVIII, cap. 17: *Neo Varro*, inquit, *propter aliud arbitratur in Arcadia tale nomen affictum Pani Lycaeo; et Iovi Lycaeo, nisi propter hanc in lupos hominum mutationem, quod eam nisi vi divina fieri non putarent. Lupus enim graece λύκος dicitur, unde Λυκαίου nomen apparet inflexum*. Hard.

Humana etiam tum hostia faciebant. Hoc est, nondum immanitate illa, quae postea mitescentibus saeculis exolevit, abolita. Hard.

Se convertisse. Se addidimus ex MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Chiffl. etc. Augustinus: *in lupum fuisse mutatum*. Hard.

Eumdem decimo anno restitutum athleticae, certasse in pugilatu. Ita Reg. 1, aliique. At numquid rectius; *restitutum*, humanitati scilicet pristinae, *athletica certasse in pugilatu*. Hard.

Victoremque Olympia. Vel id oppidi nomen, de quo lib. IV, cap. 6; vel *Olympia* dictum pro *Olympiis*, ludis scilicet ac certaminibus: qua de forma loquendi plura dicemus lib. XXXV, c. 40, n. 32. Hard. — Quod sane praestat non parum. Sic Horat. *Magna coronari quis victor Olympia*. Et athleticae, est τῇ ἀθλητικῇ. Gel.

Quin et caudae. Haec Solinus trans-

creditur vulgo inesse amatorium virus exiguo in villo: eumque, quum capiatur, abiici: nec idem pollere nisi viventi direptum. Dies, quibus coëat, toto anno non amplius duodecim. Eumdem in fame vesci terra. Inter auguria, ad dexteram commeantium praeciso

scripsit a Plinio totidem verbis, cap. 11, pag. 15: *Spectatissimum illud est*, inquit: *caudae animalis huius villus amatorius inest perexiguus, quem spontivo damno amittit, quum capi metuit: nec habet potentiam, nisi viventi detrahatur.* Amatorium simpliciter, vel cum adiecto, virus amatorium, poculumve dicitur, quod ad amoris impellit insaniam. Inter ea quae disputari solent, ponit Quintilianus, lib. VII, cap. 4 et 9, ac lib. VIII, cap. 5: an amatorium venenum sit, necne. Hard.

Dies, quibus coëat. Subintellige, ex superiore periodo, vulgo creditur: id enim pro incomperto et fabuloso ipse referi, ut Aristoteles, qui Hist. Anim. lib. VI, cap. 35, pag. 783: *Fertur*, inquit, *de lupi partu, ad fabulam proxime, lupos omnes intra* duodecim dies parere: Λέγεται δέ τις περὶ τοῦ τόκου λόγος πρὸς μῦθον συνάπτων· φασὶ γὰρ ἅπαντας τοὺς λύκους ἐν δώδεχ' ἡμέραις ἐνιαυτοῦ τίκτειν. Quod autem de partu Aristoteles prodidit, id de coitu refertur a Plinio: satis apposite: nam si certa sint statutaque his tempora utero ferendi, si duodecim dierum spatio pariunt, totidem diebus coire necesse est. At Solinus pro comperto et indubitato narrat, quod caeteri fabulosum putarunt: *Coëunt lupi*, inquit, loc. cit. *toto anno non amplius dies XII.* Solinum sequitur Albertus M. de Anim. tract. II, lib. XXII, cap. 1, p. 601. Non ita porro rem accepit Aelianus, quemadmodum caeteri: sed lupas dixit aegre partu solvi, diebusque ac noctibus continuis duodecim parere, Hist. Anim. lib. IV, cap. 4: Οὐ ῥᾳδίως οἱ λύκοι τὴν ὠδῖνα ἀπολύουσιν, ἀλλ' ἐν ἡμέραις δώδεκα, καὶ νυξὶ τοσαύταις. Hard.

Vesci terra. Solinus: *Vescuntur in fame terram.* Aristotelis verba ita se habent, Histor. Anim. lib. VIII, c. 9, pag 899: Τοὺς λύκους φασὶν, ὅταν πεινῶσιν, ἐσθίειν τινὰ γῆν, μόνον δὴ τοῦτο τῶν ζῴων. *Lupos aiunt esurientes certam terram devorare, idque huic uni evenire animali.* Plinius, eiusque simia Solinus, illud τινὰ neglexit. Expressit vero Albertus loco proxime citato: *Famelici lupi*, inquit, *aliquando terra satiantur, quae glis vocatur.* Glossae Isidori: *Glis, glitis, humus tenax.* Quod ad augurium spectat, ex occursu lupi, felicissimum id olim habitum scilicet, eo certe respexisse Petrus Blesensis videtur, epist. LXV: *Qui de iocundo*, inquit, *gloriantur hospitio, si eis lupus occursaverit, aut columba*, etc. Hard.

Inter auguria ad dexteram commeantium. Lupum ad dexteram euntem ore pleno, felicissima promittere aiunt. Prodigiosum fuit lupos in Capitolio vidisse. Lupus ingressus castra, et obviis laceratis egressus incolumis, exitium Romanis portendit insigne. Lupi in foro visi incolumes evaserunt: id significavit armis oppressum iri patriam. In Africa lupi metas, quibus ager designabatur, dissipantes,

itinere, si pleno id ore fecerit, nullum omnium praestantius. Sunt in eo genere, qui cervarii vocantur, qualem e Gallia in Pompeii Magni arena spectatum diximus. Huic quamvis in fame mandenti, si respexerit, oblivionem cibi subrepere aiunt, digressumque quaerere aliud.

XXXV. (XXIII.) Quod ad serpentes attinet, vulgatum est colorem eius plerasque terrae habere, in qua occultentur. Innumera esse genera: Cerastis corpore eminere cornicula saepe quadrigemina: quorum mo-

ne colonia deduceretur effecere. Alex. ab Alex. lib. V, cap. 13, et Iul. Obseq. de Prod. Dalec.

Qui cervarii. Loups cerviers. De his egimus cap. 19. Hard.

Huic quamvis. Solinus, c. II, pag. 15: *At hi quos cervarios dicimus, quamvis post longa ieiunia repertas aegre carnes mandere coeperint, ubi quid eam respiciunt, obliviscuntur, et immemores praesentis copiae, eunt quaesitum quam reliquerant, satietatem.* Hard.

Si respexerit. Ita rescripsimus ex Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chiffl. etc. et mox *subrepere* ex iisdem, pro *respexit*, et *surripere*. Sensus: si retro aspexerit. Hard.

Quod ad serpentes attinet, etc. Leg. *Quod ad serpentes attinet, vulgatum est colorem eius plerasque terrae habere in qua occultentur.* Pleraeque serpentium eius terrae in qua delitescunt colorem praeferunt, inter eas maxime hammodytes. Salm. pag. 343. — Non abludit a Salmasiana coniectura Pint. quin et hanc iam firmaverat, duobus allatis codd. qui ad veram lectionem propius accedentes, sic habuerunt, *Quod ad serpentes attinet, v. est color. eius plerasque terras habere in qua occultantur.* Ynam tantum litteram si mutaveris, et *terrae* pro *terras* scribas, verissimam elicies scripturam: docente id Nicandro in Theriacis, tradente accidere, quod hic prodit Plinius, serpentibus sepedoni et sepi. Scribit hoc ipsum et Oppianus de leporibus, lib. Cyneget. quarto. Olim *plerosque*. Az.

Colorem eius, etc. Sensus. A terris in quibus latent, colorem pleraeque serpentium mutuantur. Cum Plinio facit Nicander in Theriac. pag. 27, de amphisbaena, cui cutis aemula terrae, χροιῇ γέ μιν ἤϋτε γαίης. Et ob hoc praecipue formidati sunt; neque enim ob coloris similitudinem eminus queunt aspici. Az.

Cerastis. Ex Plinio eadem Solinus, cap. XXVII, pag. 51. Nicander in Theriacis, pag. 19: Εὖ δ' ἄν καὶ δολόεντα μάθοις ἐπιόντα κεραστήν, Ηὔτ' ἴχιν· τῷ γάρ τε δομὴν ἐνδάλλεται ἴσην· Ητοι ὁ μὲν κολός ἐστιν· ὁ δ' αὖ κεράσσι πεποιθὼς, Αλλοτε μὲν πιτύρεσσι, τότ' ἐν δοιοῖσι Κεραστής. Hoc est, Gorraeo interprete: *Nunc facile agnoscas instructum fraude cerasten: Viperea hic forma est, et imagine cretus eadem. Sed tamen haec mutila est: is fretus saepe quaternis Cornibus, aut binis, atque hoc discrimine notus.* H. — *Cerastis.* Cerastus optime h. l. di-

tu, reliquo corpore occultato, sollicitent ad se aves. Geminum caput amphisbaenae, hoc est, et a cauda, tanquam parum esset uno ore fundi venenum. Aliis squamas esse, aliis picturas: omnibus exitiale virus. Iaculum ex arborum ramis vibrari: nec pedibus tan-

stinctus. Ille enim anguis venenosus Aegypto et Lybia oriundus, cui viperina forma et in palpebra superiore tuberculus acuminatus corniculo similis. Nec tamen vadem me de reliquis spoponderim, nempe ferae corniculis aves sollicitari. Vivum habui, et arenae sese infigentem non semel observavi. Cornicula facile eminent; et hinc natus error de eorum usu. Cuvier.

Occultato. Vel ut MSS. *occulto.* Solinus: *Reliqua corporis de industria arenis tegunt.* Harn.

Geminum caput amphisbaenae, hoc est, et a cauda. Secuti sumus Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Chiffl. Paris. Tolet. etc. Et certe satis fuit ita dicere: nam si et a cauda quoque caput habet, et alterum suo loco, ut Solinus ait, fuisse intelligitur. Et parum apta oratio alioqui foret, *Geminum ei caput, alterum ad caput:* quid enim est, *caput ad caput?* Et tamen impressi libri sic habent, *hoc est, ad caput et ad caudam.* Id porro serpentis genus amphisbaenae sortitur nomen, non quod geminum reapse caput habeat, ut plerisque Veterum visum est, Nicandro in primis: is enim in Theriacis, pag. 27, ἀμφικάρηνον vocat: sed quod utraque ea sequo parte nitibunda serpat, ut Solinus ait, hoc est, non capite modo adverso ingrediatur, ut caetera, verum etiam, quum lubet, et a cauda gressum incipiat, utrimque sic aeque gradiens, sive serpens, ἀπὸ τοῦ ἀμφίς, quod *utrimque* sonat, et βαίνειν, quod *incedere.* Sic enim illa, dum hac modo, modo illa parte adversa ingreditur, geminum habere caput videtur, unde motus initium in caeteris serpentibus ducitur. Hoc prae caeteris Hesychius animadvertit pag. 83: Αμφίσβαινα, inquit, εἶδος ὄφεως μακροκέφαλον, ἰσόπηχυ, τὴν οὐρὰν κολοβὴν ἔχων, καὶ ταύτῃ πολλάκις τὴν πορείαν ποιούμενον, ὥστε τινὰς ἀμφισβητεῖν μὴ δύο κεφαλὰς ἔχειν. Hard. — *Amphisbaenae.* Lucanus lib. IX, vers 719: *Et gravis in geminum surgens caput amphisbaena.* Hard. — *Geminum caput amphisbaenae.* Αμφίσβαινα, *dupliciter incedens.* Duplex nulli anguium caput non opus est dicere. Error veterum inde profectus est, quod anguibus quibusdam cauda non tenuior quam caput contigerit, et perexigui oculi, ita ut hinc et inde extrema simillima videantur, et quidem non minus facile caput post caudam trahentes repunt, quam caudam post caput. Amphisbaenae quidam angues revera tales, nunc audiunt, sed ii ex America. Quocirca inter hos amphisbaenas Veterum ne quaerites; sed in genere *Typhlops*, cuius species quaedam adhuc minus notae in Asia. Iis enim cauda crassa et obtusa. Caeterum amphisbaenae et typhlopes omnes innocuae, nedum utrinque venenum spargant. Antiquis, ut hodie tribulibus, invisae et falsis criminationibus promiscue obrutae serpentes bestiae. Cuvier.

Aliis squamas. Solinus loc. cit. H.

Iaculum ... vibrari. Solinus: *Iaculi*

tum pavendas serpentes, sed et missili volare tormento. Colla aspidum intumescere, nullo ictus reme-

arbores subeunt, e quibus vi maxima turbinati, penetrant animal quodcumque obvium fortuna fecerit. Lucanus lib. IX, v. 822: *Ecce procul saevus sterilis se robore trunci Torsit, et immisit (iaculum vocat Africa) serpens: Perque caput Pauli, transactaque tempora fugit*, etc. Ακοντίας Graecis, quod in modum iaculi se mittit, Aeliano teste, Hist. Anim. lib. VI, cap. 18. Latinis *iaculus* dicitur. De eo Galenus lib. de Theriac. cap. 8, pag. 940. H. *Iaculum ex arborum ramis vibrari.* Iaculus, graece, ἀκοντίας, anguis quidam qui in arboribus sedem habet, unde in transeuntes irruit, quos perfodit. Aelian. lib. VI, cap. 8, et Galenus, de Theriac. c. 8, Pliniana tantum referunt. Lucian. Dial. de Dips. Ammianusque Marc. Afrum hunc dicunt, et Nicander Ther. 490 venenosum esse negat. Videtur ergo fuisse e colubrorum stirpe, qui ut exiles, ita in longitudinem porrecti, ramos spiris amplexi arbores conscendunt (ut *colub. ahaetulla* Linn.) Cuvier.

Pavendas serpentes. Ita MSS. omnes: ubi editi, *cavendas.* Haro.

Sed et missili. Sed et volare instar missilis tormenti. Haro.

Colla aspidum intumescere. Tum scilicet, quum meditantur ictum, tum intumescunt. Nicander in Theriac. p. 12: Ψαφαρὸς δ' ἀναπίμπλαται αὐχὴν Ακριτα ποιφύσσοντος, ὅτ' αντομένοισιν ὀδίταις Αἴδα προσμάξεται, ἐπιζαμενὲς κοτέουσα. *Quum vero iacandum ira, Et letum minitans venientibus obvia saevit, Squalida colla tument, et lato sibilat ore.* Haro. — *Colla aspidum intumescere*, De Veterum aspide diu apud Recentiores disputatum, et variis angulum speciebus id nominis inditum. Quum tamen de Aegyptiaco nihil ambigendum revera sit. Nam primus omnium Forskahl iodicavit, et in magna Aegypti descriptione Geoffroi Saint-Hilaire notam omnibus fecit viperam quamdam (melius dixerim *najam*); in Aegypto dicunt *Haje (coluber Haje* L.), quae veterum Aegyptiorum aspis sine dubio fuit. In aspide, praeter venenum notabilia, colli tumor si quando irasceretur, et ex feritate mansuetudo, vel ut exactius loquamur, incantamenti patientia. Quibusdam sonis at crepitu digitorum vocabatur (Aelian. lib. XVI, cap. 5); plebeculae a circulatoribus quaedam ostendebantur; et idem lib. IX, cap. 62, historiam tragicam narrat de balatrone quodam, qui Romae in ludis quos Aedilis factus Pomponius Laetus exhibuit, misere exstinctus est, dum aspidi palam sese mordendum offert, mox medicamina admoturus; quae invidentes socii occuluerant. Atqui omnia haec in colubro *Haje*. Iratus erigitur, et collum dilatat vix minus quam *naja* vulgaris. Sexcentis in Aegypto praestigiatoribus eicures aspides sunt, quos coram plebe exserunt, mire ludentes, sed postquam uncinatos dentes quibus inest virus exemerunt. Sic *naja* in India. Quin at quoslibet ad se trahunt, alterius seaus vocem imitati. Nostras Geoffroi comperit, si quis imae cervicis fossam digito presserit, subinde *Haje* paralysi quadam ita laborare, ut rigescat immotusque in similitudinem baculi componatur,

dio, praeterquam si confestim partes contactae am
2 putentur. Vnus huic tam pestifero animali sensus, vel potius affectus est. Coniugia ferme vagantur: nec

aliquandiu sic perstaturus. Dudum hoc factitatum e Genesi patet; quippe quae magos Pharaonis narrat id pollicitos ut serpentes in virgas, et rursus virgas in serpentes mutent. Posthac aspidis nomen anguibus non paucis additum. Aelian. lib. IX, cap. 3, sexdecim species notas ait. Sed si quis aspidem sine additamento nominaverit, de aspide principe, de Tmuthisco, de *Haje* sermo est. Hinc secundum Strabon. lib. XVII, aspidi Aegyptiae aliquid inerat quod ab aliis discrepet. Etenim *Haje* ob collum a quolibet angue interni maris accola abest: soli autem istius maris accolae Veteribus probe innotuerunt. Diis sacra aspis; Illius in formam taeniae laboratae quae Isidi instar diadematis fuerunt (Aelian. libro X, cap. 31); illius figuram regas, ut potentiae ἴμβλημα, tiarae intertextam habuere (id. lib. VI, cap. 38); illius volumine, quasi corona, cincta. Aegypti monumenta cuncta; et antiquorum templorum fores globus occupat, cuius pars quaeque angues erectos, quasi ad custodiam, habet; colli vero singularis tumor hos *Haje* esse arguit. Ad id facit mors Cleopatrae. Nam in urbe, qualis Alexandria fuit, non in promptu venenosae serpentes, ad improvisa belli. At si *Haje* non pauci circulatoribus Aegyptiis fuerunt, facile letalis bestia inveniri potuit, nempe apud quemlibet ex istis. Caeterum τὸ *intumescere* nimis forte ellipticum probe explicant, et quae nos praemisimus, et quae Nicander Theriac. 157-208. Cuvier.

Nullo ictus remedio. Eadem de causa imagine aspidis reges Aegyptii diadema ornabant, vim principatus invictam significantes. Gignuntur interdum quinum cubitorum aspides, atri ut plurimum coloris, nonnumquam cinerei, aliquando fulvi. Rhodig. XXV, 31. Somniculosam aspidem Sisenna vocat, quoniam lethalem somnum morsu affert, et ut inquit Plutarch. κάρον ὑπνώδη, καὶ καταφορά. Idem auctor, XXVII, 14. Dalec. — *Nullo ictus.* Sic Aelianus, Hist. Anim. lib. I, cap. 54. Negat idem lib. VI, cap. 38, eos qui ab aspide morsi sint, ultra horam quartam vivere. Assentiuntur et Galenus libro de Ther. ad Pison. cap. VIII, pag. 941, et Phile, pag. 114. Aceto tamen succursum esse huic malo non semel, Plinius ipse admonet lib. XXIII, cap. 27. Tum vero insanabilem esse morsum prodidit Plinius alter, de re Medica, lib. III, cap. ult. si morsum aspidis secutus est sanguis. Verum non de quavis, sed de Aegyptia solum aspide, Plinius noster hic agit, ut mox dicemus. Harc. — Sic creditum. Cf. Aristot. Hist. Anim. lib. VIII, cap. 29; Aelian. lib. I, c. 54; Galen. de Ther. cap. 8. Et revera *Haje*, ut et *Naja*, e formidatissimis anguibus est. Cuvier.

Vnus huic. Cf. Solinus loco cit. et not. seq. Harc.

Coniugia ferme vagantur: nec nisi cum pari vita est. In editis, *coniuga.* At in MSS. Reg. 1, 2, Paris. etc. *coniugia.* Ex mox. *cum pari*, non vero *cum compare.* Plinius idem de delphinis lib. IV, cap. 71 *Vagantur fere coniugia.* Et lib. X, cap. 15, de corvis:

nisi cum pari vita est: itaque alterutra interempta, incredibilis alteri ultionis cura. Persequitur interemptorem, unumque eum in quantolibet populi agmine notitia quadam infestat, perrumpit omnes difficultates, permeat spatia, nec nisi amnibus arcetur, aut praeceleri fuga. Non est fateri, rerum natura, largius mala, an remedia genuerit. Iam primum hebetes oculos huic malo dedit: eosque non in fronte ex adverso cernere, sed in temporibus: itaque excitatur pede saepius quam visu. (XXIV.) Deinde internecinum bellum cum ichneumone.

Itaque parvis in vicis non plusquam bina coniugia sunt. Solinus cap. XXVII, pag. 51, coniuges dixit: *Habent*, inquit, *affectus: non temere nisi coniuges evagantur: capto altero, vel occiso, uter superfuerit efferatur.* Quoad sensum *coniugia* sunt paria ipsa, marisque cum femina coniugationes, quas Graeci συζυγίας appellant. H. — *Vnus huia... sensus, vel potius aff. est. Coniugia*, etc. Quum feminae sonum imitata vox *Haje* marem quam facillime trahit, potest aliquis diversos sexus amor ita afficere, ut his fabulis quadamtenus vera immixta sint. CUVIER.

Eosque non in fronte ex adverso cernere, etc. Lege: *Eosque non in fronte, ne adverso cernere, sed in temporibus. Adverso* pro *adversum.* SALMAS. pag. 344. — *Ex adverso cernere.* Ita Reg. 2. At Reg. 1, *cerneret.* Paris. *ne ex adverso cerneret.* HARD.

Oculos.... in temporibus. Vt caeterae serpentes, *Haje* lateribus capitis proximos oculos habet. CUVIER.

Itaque excitatur pede saepius, quam visu. Editi hactenus, *excitatur saepius auditu.* Lege: *Itaque ex auditu sentit citius quam visu.* Solinus ait: *Citius audire quam aspicere.* SALM. pag. 344. — Re quidem vera videtur legisse Solinus cap. XXVII, pag. 51: *Raro*, inquit, *in adversum contuentur: nec frustra: quum oculos non in fronte habeant, sed in temporibus: adeo ut citius audiant, quam adspiciant.* At mihi potior est priscorum exemplarium auctoritas quovis alio testimonio: in his vero vox illa *auditu* nusquam exstat: nusquam vero deficit τὸ *excitatur.* Reg. 2, Colb. 1, 2, Paris. et Chiffl. *sed saepius quam visu.* Reg. 1, *sed saepedius quam visu.* Vnde reponere nihil dubitavi, *pede saepius quam visu.* Vt sit sententia, hebetium oculorum incommodo situ effici, ut aspis pede saepius, pressus calcatusque videlicet, quam ipso adspectu hominis, ad iniuriam esciletur. Hinc illud Maronis: *Improvisum aspris veluti qui sentibus anguem Pressit humi nitens.* Solinus aliquid librariorum vitio praetermissum ratus, auditum visui recte opponi hoc loco censuit. Et hinc Salmasii, ut mihi quidem videtur, error, qui non aditis codd coniecturam a vero distantem prae se tulit. HARD. at AJ.

Deinde internecinum bellum cum

XXXVI. Notum est animal hac gloria maxime, in eadem natum Aegypto. Mergit se limo saepius, siccat-

ichneumone. Addidere Impressi libri voculam, *Habet deinde*, ut ex ea voce commodius capitis initium duceretur: sed haec a superioribus perperam esse divulsa, ut Pintianus vidit, tum MSS. omnes testantur, quorum nullus hanc vocem agnoscit: tum orationis textura, significantis, hoc alterum remedium dedisse naturam, adversum aspidis malum, bellum scilicet internecinum cum ichneumone. Hard.

Ichneumone. Quem Aegyptii hodie murem Pharaonis, seu murem Aegypti vocant, Bellonio teste, a quo describitur luculenter. Observ. lib. II, cap. 22. Allatum ex Aegypto ichneumonem qui viderunt, forma esse dicunt, qualis est ictidis, ut cecinit Nicander in Theriacis, c. 15: Μορφὴ δ' ἰχνεύτακο κινωπέτου, οἷον ἀμυδρῆς Ἰκτιδος, ἥ τ' ὄρνεισι κατοικιδίῃσιν ὄλεθρον Μαίεται, ἐξ ὕπνοιο καθαρπάζουσα πετεύρων, Ἔνθα λέχος τεύχονται ἐπ' ἴκριον, ἢ καὶ ἀφαυρὰ Τέκνα τιθαιβώσσουσιν ὑπὸ πλευρῇσι θείρουσαι. Quibus verbis describit poëta, quem vulgo *Furetum* vocamus: cuius insidiae sunt gallinis periculosissimae: ut recte Gorraeus interpres: *Mustelae hic parvae, vero quam nomine dicunt Ictida, persimilis, quae villae in chorte volucres Somno irretitas tabulata per ardua rimans, Dum recubant, tepidoque fovent sub pectore pullos, E nidis raptas scelerata fraude trucidat.* H. — *Internecinum bellum cum ichneumone*, etc. Ichneumon, h. e. Mangusta (*Mangouste* Buff. *viverra ichneumon* Linn.) omnes serpentes invadit. Nam de hodierno nomine nulla difficultas. Verus ichneumon in Aegypto frequens occurrit, et nomen habet *Nems*; et, gaudente Aegypti plebe, crocodili et anguium ova vorat, ipsos serpentes necat. Itaque huic bellum cum aspide vere est. Sed aspidi ea magnitudo, id venenum ut saepe vorantem ichneumona suo morsu pessumdet. Immo, non absque causa ichneumona ait coeno, ut lorica, solitum tegi; namque, dum per sulcos et fossas it ova quaerens tum crocodili, tum serpentium bestiarum, cum limo et luto squallere par est; cui vero ille aspectus est ad dimicationem tali squallore properans, rem animanti provisam facile iudicaverit, quae tamen forte fortuna evenerit. Sexcenties ita argumentati sumus Recentiorum bona pars; neque est quod hac de causa Veteribus stomachemur. Ichneumonis et aspidis dimicatio, quae facundiae professoribus ansam praestitit, descripta non semel est. Vid. Nicand. Ther. vs. 188; Aelian. III, 22, etc. De ichneumone quoque olim circumferebatur illi duplicem sexum competere, et muliebria pati qui in certando infirmi animi se praestitisset. Cf. Aelian. lib. X, cap. 47. Cui fabellae locum dedit pera quaedam in ichneumone, quicumque huic sexus, sub cauda sita, et vulvae apparentiam praeferens. Id satis, ut pronum fuit, sacerdoti Aegyptio historiunculam excogitare, viatori Graeco credere, Aeliano scribere. Similis causa de hyaena similia commenta peperit; at Aristoteles hac gravitate confutavit, quae hominem arguit et decet rei certiorem factum, oculisque solis fidentem. Cuvier.

XXXVI. *In eadem natum Aegypto*.

que sole. Mox ubi pluribus eodem modo se coriis loricavit, in dimicationem pergit. In ea caudam attollens, ictus irritos aversus excipit, donec obliquo capite speculatus invadat in fauces. Nec hoc contentus, aliud haud mitius debellat animal.

XXXVII. (xxv.) Crocodilum habet Nilus, quadrupes malum, et terra pariter ac flumine infestum. Vnum hoc animal terrestre linguae usu caret. Vnum

Non igitur de quavis aspide haec sunt accipienda, sed de Aegyptia tantum, quae quidem, ut Strabo ait lib. XVII, pag. 823, peculiare quiddam habet praeter alias alibi natas. Et vero pugnam aspidis cum ichneumone describens Nicander in Theriacis pag. 12, de sola Aegyptia aspide loqui se profitetur. Nicandrum sequitur, laudatque Strabo loco cit. Arist. Hist. Anim. lib. IX, pag. 1024; Plutarchus lib. de Solert. Anim. p. 966; Aelianus, Hist. Anim. lib. III, cap. 23, alibique passim; Phile pag. 144, et alii multi. Hard.

Coriis. Nimirum crustis e lato. H.

XXXVII. *Crocodilum.* Solinus iisdem verbis, cap. xxxii, pag. 60. Eadem fere Diodorus habet Bibl. lib. I, pag. 34; Herodotus lib. II, Euterpe p. 115, aliique. Hard. — *Crocodilum.* Crocodili ἀπὸ τοῦ δειλαίνεσθαι omnes dicuntur, marini quidem, τὰς κρόκας, nempe littorum, vel lapides, vel testas, nam ad terrae contactum expavescunt; terrestres vero τὸν κρόκον: nam quamvis mel valde appetant, alvearia tamen illita croco non attingunt. Rhodig. XV, 21. Dalec.

Vnum hoc locum animal terrestre, etc. Eo modo legi quo scripsit Harduinus, nosque servamus, iubet Salmasius, Exercitt. Plinian. pag. 442. Ar. — *Linguae usu caret.* Caute admodum, non lingua omnino, sed linguae usu carere Noster hoc loco dixit. Non ita bene multi e scriptoribus aliis: ut Herodotus lib. II, Euterpe n. 68, pag. 115: γλῶσσαν δὲ μοῦνον θηρίων οὐκ ἔφυσε, *linguam non habet innatam.* Solinus c. xxxii, pag. 60: *Crocodilus linguam non habet.* Ammianus lib. XXII: *Lingua caret.* Accuratius certe inspicienti, in crocodilo quoque lingua conspecta est, quae multos latuerat ob exiguitatem: ita, ut quodammodo lingua insit ei, naturae beneficio; non insit, quia nullus sit usus. Amphibiae hoc naturae argumentum est: piscis enim aliquo modo et ipse est unde qualem pisces habent, sortitus est linguam, ut Philosophus animadvertit, Hist. Anim. lib. II, cap. 14, pag. 203, hoc est, Inexplicatam, ut cypriul, *les carpes*, οὐκ ἀπολελυμένην ἔχουσι τὴν γλῶτταν. Et vero Plinius ipse auctor est lib. XI, cap. 65, crocodilis esse linguam palato totam adhaerentem. Non vacat autem Salmasium nunc coarguere, qui in Solin. pag. 442, Plinium hoc loco sane non merito reprehendit. Quod vero dicit *unum*, est unum e terrestribus animalibus, uti dicetur lib. XI, c. 60. Nam ex avibus superiorem rostri partem movet phoenicopterus. Sed de

superiore mobili maxilla imprimit morsum, alias terribilem, pectinatim stipante se dentium serie. Magnitudine excedit plerumque duodeviginti cubita. Parit ova, quanta anseres, eaque extra eum locum semper incubat, praedivinatione quadam, ad quem summo
2 auctu eo anno accessurus est Nilus. Nec aliud animal ex minori origine in maiorem crescit magnitudinem.

crocodilo quoque ipso negant anatomici quidam recentiores id esse verum. Hard. — *Linguae usu caret.* Crocodilo quidem lingua ita maxillae inferiori adhaeret, ut non proprie mobilis sit, possitque dici illi non esse linguam. Cuvier.

Superiore mobili maxilla. Erroris reum Herodotum generaliter nimis fecere, ob prototypam ialius descriptionem. Maxilla quidem superior crocodili cranio adhaeret ut quadrupedum. Sed quum inferioris maxillae brachia retrorsum eant, longiora multo quam cranium, cervicem latam et loricatam crederes esse vere cranium; illud vero quum superiori adhaereat, hanc solam repraesentare videtur. Porro, quum os aperit crocodilus, non deprimit inferiorem maxillam; sed, immota hac, ut vulgo fit in animantibus, superiorem erigit, et insimul cranium. Quod optime explicuit Geoffroy Saint-Hilaire. Cuv.

Pectinatim. Dentes serratos esse ait Herod. loc. cit. χαυλιόδοντας, hoc est, instar serrae divisos, atque disiunctos. A Plinio, quod eodem recidit, pectinatim iuncti dicuntur, quum dentium ordo superior inferiori non imprimitur modo, sed etiam inseritur: sic manus iunctae pectinatim, quum digiti alii inter alios inseruntur. H.

Duodeviginti cubita. Solinus, loc. cit. *Plerumque ad vigiuti ulnas magnitudinis evalescit:* ex hoc Plinii loco emendandum, *ad duodeviginti*, siquidem, ut Salmasius ait, pag. 442, Solino ulnae sunt, quae cubita Plinio. Ab Herodoto hoc acceptum, qui crocodilum ultra XVII cubita excrescere liquido affirmat, Euterpe, lib. II, p. 115. Aristoteles quoque, Hist. Anim. lib. V, cap. 28, pag. 635, et Antigonus, qui Aristotelem ubique sequitur, hanc mensuram statuunt. Diodorus sedecim tantum. Vidisse se crocodilum longitudine decem et octo cubitorum contestatur Albertus M. de Anim. lib. XXIV, p. 652. H.

Parit ova, quanta anseres. Leg. *Parit ova quanta anseris.* Salm. 442. — *Quanta anseres.* Subintellige, quanta anseres pariunt. Sic Herod. et Solinus, loc. cit. Aristot. Hist. Anim. lib. V, cap. 28, pag. 635: Ὠὸν οὐκ ἔστι μεῖζον χηνείου. H.

Praedivinatione. Solinus loc. cit. Id vero non crocodilis modo, sed etiam testudinibus, cancris, et aspidibus commune esse scribit Aelianus, Hist. Anim. lib. V, c. 52. H.

Nec aliud. Notat Aelianus, Hist. Anim. lib. IX, cap. 58, tria haec e minima origine, in ingentem crescere magnitudinem: ex aquatilibus, crocodilum: struthiocamelum, ex volucribus: e quadrupedibus, elephan-

Et unguibus hic armatus est, contra omnes ictus cute invicta. Dies in terra agit, noctes in aqua, teporis utrumque ratione. Hunc saturum cibo piscium, et semper esculento ore in littore somno datum, parva avis, quae trochilos ibi vocatur, rex avium in Italia, invi-

tum. Hard. — *Nec aliud animal.... magnitudine.* Verissima res, siquidem vix crocodilo ovum egresso pollices sex, adulto pedes triginta, aut quadraginta. Cuvier.

Contra omnes ictus. Recentiores, inquit Scaliger, Exercit. cxcvi, pag. 636, etiam pilulis sclopetorum praedicant imperviam cutem eam esse. Hard.

Noctes in aqua teporis utrumque, etc. Lege: *Noctes in aqua teporis utique ratione.* Salm. p. 443. — Quoniam interdiu aër, aqua noctu tepidior quam aër serenus et roscidus. Θερμότερον γὰρ δή ἐστι τὸ ὕδωρ τῆς τε αἰθρίης, καὶ τῆς δρόσου, inquit Herod. loc. cit. Quam causam quoque Aristoteles repetit, Hist. Anim. lib. II, cap. 14, pag. 205. An vero potius veritus insidias crocodilus, munitiore tum subter aquam loco consistat, aliis cogitandum relinquo. Hard.

Hunc saturum. Haec totidem verbis Herod. loc. cit. Arist. Hist. Anim. lib. IX, cap. 8, p. 1024; Plutarch. lib. de Solert. Anim. pag. 980; Aelianus, Hist. Anim. lib. III, c. 14; Phile pag. 142; Solinus cap. xxxii, pag. 60, aliique. Hard.

Avis, quae trochilos, etc. Aquae in Aegypto parvulis hirudinibus scatent, quae saepe bibentibus noceot, et crocodili gutturi adhaerent; cui quum lingua immobilis sit, impossibile est eas seu removere, seu edere. Avicula quaedam ripensis, non, ut Plinio placet, regulus (vid. not. seq.) has hirudines corripit, illisque vescitur, sineote crocodilo de quo optime tunc meretur. Haec etiamnum Aegyptiis narrata vidit saepe laudatus nostras Geoffroy Saint-Hilaire. Locum dedere narrationi Plinianae, cuius auctor Herodotus, adoptantibus mox Stagirita, Hist. Anim. lib. IX, cap. 8; Aelian. Hist. Anim. lib. III, cap. 14; Plutarch. etc. Cuvier.

Rex avium in Italia. Valde vereor ut haec verba Pliniana sint, ac non glossema potius sapiant alicuius coniectoris, huc translatum ex lib. X, cap. 95, ubi trochilum nostratem, regem avium Plinius interpretatur. Nam etsi is quem regulum vocamus, *un roitelet*, τροχίλον nomen habet apud Philosophum; diversus tamen est a regulo nostro trochilus hic peregrinus, sive Niliacus, ut quidem consentiunt rerum naturalium scriptores: quibus Scaliger suffragatur, Exerc. cxcvi, pag. 636: *Non est fabula*, inquit, *de avicula, quam trochilum Graeci nominarunt. Eam quoniam Plinius regulum nostrum existimavit, describenda est, ut ex hac narratione veritas deprehendatur. Candidam aiunt, turdi magnitudine, cristata pluma, acuta, plicatili, quam surrigit, ut belluae palatum figat, si claudatur intus.* Prolixam disputationem Aldrovandus instituit, Ornithol. lib. XIX, c. 64, p. 288, ut eam avem esse probet quam Itali *Corrira* vocant. Hard.

tat ad hiandum pabuli sui gratia, os primum eius assultim repurgans, mox dentes, et intus fauces quoque ad hanc scabendi dulcedinem quam maxime hiantes: in qua voluptate somno pressum conspicatus ichneumon, per easdem fauces, ut telum aliquod, immissus, erodit alvum.

XXXVIII. Similis crocodilo, sed minor etiam ichneumone, est in Nilo natus scincos contra venena praecipuus antidotis: item ad inflammandam virorum Ve-

Ad hiandum. Reg. 2, et Tolet. *ad hiantum.* Hard.

In qua voluptate. Solinus loc. cit. Diodorus, Bibl. lib. I, pag. 78; Oppianus, Cyneget lib. III, v. 420, etc. Hard.

Ichneumon, ut telum, immissus, etc. Haec bellandi ratio, ut Herodoto auctore, omnibus probata, apud Veteres, naturalium rerum peritissimis, ita mihi videtur fabellis appendenda, quibus plebs ornata vult quae ad notabilium animantium historiam spectant. Cuvier.

XXXVIII. *Scincos.* Graecis σκίγκος. De eo dicemus opportunius l. XXVIII, cap. 30, ubi haec rursum a Plinio repetuntur. Hard. — *Scincos* Zoologistosophis necnon et pharmacopolis scincus dicitur nunc quaedam lacerta in Aegypto frequens, capite et cauda mediocri, squammis argenteis, etc. (*lacerta scincus* L.) Sed Plinii et Veterum non iste est scincus. Nam scincon suum vult in Nilo nasci et ichneumoni magnitudine cedere; quod lacertae huic e gente monitorum, quam hodie appellamus *Uaran aquatilem* (*lacertam Uaran.* N.) bene applices. Sed *lacerta scincus* L. ita exigua est, ut eam cum ichneumone comparari ridiculum foret; tum nec in Nilo nascitur. Alibi Plin. de scinco: (lib. XXVIII, c. 30) *Scincus quem quidam terrestrem crocodilum esse dixerunt, candidiore autem et tenuiore cute, praecipua tamen differentia dignoscitur a crocodilo squammarum serie a cauda ad caput versa.* Non male id ad *Uaranum* terrestrem retuleris, cui, utique non in flumine nato, squammarum series modice erecta a capite ad caudam extenditur. Vtriusque figura in magna *Descriptione Aegypti*, Hist. Natur. Rept. pl. III. Quod sequitur, *maximus Indicus*, firmat coniecturam. Nam in India monitores Aegyptio monitore maiores, nulla lacerta scincus. Herodotus in Euterpe cap. 192, de crocodilis terrestribus Libyes lacertarum similibus et τριπήχεσι aliquid iecit. Pausan. Corinth. c. 28, iisdem crocodilis Libycis ait caudam esse δίπηχυν, quod optime convenit *Uaranis*, quibus longitudo est aliquando 4, vel 5 pedum; minime vero lacertae scinco quae nunquam ultra pollices octo in longitudinem protenditur. Prosp. Alpinus, rer. Aegypt. lib. IV, c. 5, putat quoque veros scincos aut crocodilos terrestres Veterum esse Uaranos, et erasse Arabas quum pro illis *lacertas scincos* in pharmaceutriis usurpaverunt. Caeterum plebs in Aegypto

nerem. Verum in crocodilo maior erat pestis, quam ut uno esset eius hoste natura contenta. Itaque et delphini immeantes Nilo, quorum dorso tanquam ad hunc usum cultellata inest spina, abigentes eos praeda, ac velut in suo tantum amne regnantes, alioqui impares viribus ipsi, astu interimunt: callent enim in hoc cuncta animalia, sciuntque non sua modo com-

nunc quoque putat Varanum esse iuniorem crocodilum in sicca humo natum. Cuv.

Et delphini immeantes Nilo. De hoc naturali et iusito delphinis astu adversus crocodilos, egit et Seneca, Natur. Quaest. lib. IV. cap. 2, pag. 886; Solinus loc. cit. Hard. — *Delphini immeantes*, etc. Sive id verum arbitrabimur, sive secus, patet non de delphino sermonem esse, quem recentiores naturalistae norunt. Neque huic enim, neque ulli cetaceorum spina in dorso. Et hoc loco non praeteream pluries Plinio de spinis delphinicis ita agi, quanquam persaepe nostrum ille delphinum intelligit. Sic in historia de euiusdam in lacu Lucrino delphini amore erga puerum Baianum, notat hunc, antequam tergo adolescentem admiserit, pinnae aculeos demittere et occulere. Mihi videor eum piscem reperisse, quem Seneca et Plinius, immo aliquando Aristotelea a delphino non distinxere, quia nempe eodem nomine utrumque piscatores signaverunt. In eodem libro Noster cap. 7, multa de vero hodiernoque delphino miscet cum quibusdam dissimillimis. *Velocissimum*, inquit, *omnium animalium .. est delphinus .. ac nisi multum infra rostrum os illi foret medio fere in ventre, nullus piscium celeritatem eius evaderet. Sed affert moram providentia naturae; quia nisi resupini atque conversi non corripiunt.* Neque id unus ex istis erroribus est, qui persaepe in Plinio occurrunt. Nam Aristoteles qui tam bene delphinum verum descripsit, huic et cartilaginosis os infra rostrum tribuit. (de Partibus Anim. lib. IV, cap. 13) Credibile est illud, ut de nostro delphino falsum, ita de altero quodam pisce verissimum. Atqui tria haec, os infra rostrum, aculeos in pinna dorsali, et eas vires ut contra crocodilum pugnetur, in quibusdam duntaxat squalis, ex. gr. *sq. centrina* L. *sq. spinax* L. invenio. Favet eximie coniecturae locus IX, 11. Plinius, postquam tursiones dixit esse delphinorum simillimos: *Maxime tamen*, ait, *rostris canicularum maleficentiae assimilati.* Vbi assimilationem non de maleficentia solum, sed et de ipso rostro dictam reor. Ergo hic tursio aquali formam habet. Tum Athenaeus lib. VII, magis expresse ait a Romania tursionem nuncupari Carchariae piscis frustum sale conditum. Haec satis ut probetur duobus piscibus unum nomen impositum esse, quod et nostris diebus factitatum; nam delphinus quoque audit apud quosdam navigatores *magna aurata.* (*coryphaena hippuris* L.) Et hoc modo spero longis de Veterum delphino litibus finem aliquem tandem positum iri. Cuvier.

moda, verum et hostium adversa: norunt sua tela, norunt occasiones, partesque dissidentium imbelles.
2 In ventre mollis est tenuisque cutis crocodilo: ideo se, ut territi, mergunt delphini, subeuntesque alvum illa secant spina. Quin et gens hominum est huic belluae adversa in ipso Nilo Tentyritae, ab insula, in qua habitat, appellata. Mensura eorum parva, sed praesentia animi in hoc tantum usu mira. Terribilis haec contra fugientes bellua est, fugax contra insequentes: sed adversum ire soli hi audent. Quin etiam

Quorum dorso . . . . cultellata inest spina. Sic ipse Plinius, mox in eodem habitans argumento, et hunc ipsum locum respicieus, *subeuntes*, inquit, *alvum illa secant spina.* Quamobrem nos hic quoque *spina* reposuimus, etsi libri fere omnes *pinna* legunt. Adstipulatur et Seneca rem eamdem narrans eo quem diximus loco: *Balbillus*, inquit, *virorum optimus, in omni litterarum genere rarissimus, auctor est, quum ipse praefectus obtineret Aegyptum, Heracleotico ostio Nili, quod est maximum, spectaculo sibi fuisse delphinorum a mari occurrentium, et crocodilorum a flumine adversum agmen agentium, velut pro partibus praelium. Crocodilos ab animalibus placidis morsuque innoxiis victos. His superior pars corporis dura et impenetrabilis est, etiam maiorum animalium dentibus: at inferior mollis ac tenera: hanc delphini spinis, quas dorso eminentes gerunt, submersi vulnerabant, et in adversum enixi dividebant. Recisis hoc modo pluribus, caeteri velut acie versa refugerunt. Fugax animal audaci, audacissimum timido:* H.

Quin et gens hom. est huic, etc. Lege: *Quin et gens hominum est huic belluae adversa in ipso Nilo a Tentyris insula in qua habitat appellata.* Salm. — *Quin et gens h. est huic belluae adversa.* Scribendum reor, *Quin et genus hominum est huic belluae adversum.* Nec sum oblitus Virgilianl carminis in VIII: *Genusque virum truncis et duro robore nata.* Permissum illud poëtis fuerit, qui muscarum etiam et apum gentem appellant: non ideo et oratoribus. Denique Plinius ipse paulo post ostendit, quomodo hic locus sit legendus, quum dicit, *Olfactuque eius generis hominum, ut Psyllorum, serpentes fugantur.* Pint. Caeterum vid. Senecam, et Solinus loc. cit. Aelianus Hist. Anim. lib. X, cap. 21. H.

Tentyritae. Vide Senecam Quaest. Natur lib. IV, cap. 2, et infr. lib. XXVIII, cap. 3, ubi scriptum *Tentyri*, sed perperam. Vide Strabonem Geograph. lib. ultimo, et Aelianum Histor. Animal. lib. X, cap. 21. Dalec.

Mensura eorum parva, etc. Sic legend. *Mensura eorum parva, sed praesentia animi in hoc tanto usu mira.* Salmas. — Sed vid. infr. As.

In hoc tantum usu. Ita libri omnes. Salmasius male p. 453, in Solin. *In hoc tanto usu.* H. et As.

flumini innatant: dorsoque equitantium modo impositi, hiantibus resupino capite ad morsum, addita in os clava, dextra ac laeva tenentes extrema eius utrimque, ut frenis in terram agunt captivos: ac voce etiam sola territos, cogunt evomere recentia corpora ad sepulturam. Itaque uni ei insulae crocodili non ad- 4
natant: olfactuque eius generis hominum ut Psyllorum serpentes, fugantur. Hebetes oculos hoc animal dicitur habere in aqua, extra acerrimi visus: quatuorque menses hiemis inedia semper transmittere in specu. Quidam hoc unum quandiu vivat, crescere arbitrantur: vivit autem longo tempore.

XXXIX. Maior altitudine in eodem Nilo bellua, 1
hippopotamus editur: ungulis binis, quales bubus,

Dorsoque. Crocodilorum videlicet, quos captivos in terram agunt. H.

Ut Psyllorum. Dictum est de iis lib. VII, cap. 2. H.

Hebetes oculos. Herodotus, et Solinus, locis citatis, eadem de oculorum hebetatione, et inedia quatuor mensium narrant. H.

Quatuor menses hiemis inedia... in specu. Id observatum et in crocodilis Americae septemtrionalis, quos, ut caeteras repentium bestiarum, per sequiorem tempestatem torpere non ambigitur. Cuv.

Quidam hoc unum. Arist. Hist. Anim. lib. V, cap. 28, pag. 635. H.

XXXIX. *Ungulis binis.* Hoc est, bifidis. Sed *binis* maluimus, omnium codicum mira consensione in ea voce, quam *bifidis*, quod glossema videbatur, edere. Herodotus lib. II, pag. 116; Diodorus Sic. lib. I, p. 31, et Aristoteles Hist. Anim. lib. II, cap. 12, pag. 196: δίχηλον παραπλησίως τοῖς βουσὶν aiunt, *ungulis bifidis quales bubus.* Solinus hanc hippopotami descriptionem transtulit in opus suum, cap. 60, pag. 61. Aldrovandus reiicit, lib. I de quadrup. digit. cap. 12, pag. 182, quod equidem miror, quum non tot scriptorum modo testimoniis, sed nummorum etiam veterum auctoritate firmetur: Philippi nimirum Imp. et Otaciliae, in quibus expressa hippopotami figura, qualis ab his auctoribus delineatur. H. — Mira, nec laudabilis Veterum fuit constantia in iterandis hippopotami falsis descriptionibus, etiam postquam harum falsitas innotescere potuit. Primus de hoc animante mentionem Herodotus fecit; quanquam et ab Hecataeo Milesio Herodotea desumpta Schneiderus putat. Sed quisquis ille fuerit qui primus descripsit, falsus in omnibus est, nisi in dentibus quos apri dentibus similes ait, et cutis spissitudine quam telis imperviam vel ad tela figenda idoneam (nam de hoc ambigitur) narrat. Caetera, magnitudo asinina, pes fissus, cauda et iuba

dorso equi, et iuba, et hinnitu, rostro resimo, cauda et dentibus aprorum aduncis, sed minus noxiis: tergoris ad scuta galeasque impenetrabilis, praeterquam si humore madeat. Depascitur segetes, destinatione ante (ut ferunt) determinatas in diem, et ex agro ferentibus vestigiis, ne quae revertenti insidiae comparentur.

equina, nasus sursum retortus in antilope *gnu* solo adspectantur. Vnde concludi par est, primo descriptionis auctori dentes tantum et aliquam cutis partem visam, at debinc effigiem, aut descriptionem τοῦ *gnu* cui subscriptum hippopotami nomen, ita ut duas species minime similes unum quid et idem ille censeret. Mirum tamen Herodotum qui Aegyptum adiverat, vir alioqui accuratus in designandis ibi, crocodilo, etc. circa hippopotamum dormitasse; Aristotelem vero, cui tot viae ad veritatem indagandam patuere, Aegyptum occupantibus Alexandro, Ptolemaeo Lago, quorum uterque illius discipuli, satis habuisse, si Herodotum exscriberet; mox Plinium, qui visos scribit hippopotamos Romae in ludis Scauri, non inquisivisse sedulo in illorum characteres; tum Ammianum Marcellinum, qui saepe in monumentis Hadriano principe elaboratis, praecipue in Praenestinis sectilibus, hippopotamos conspexerat pulcherrime repraesentatos, notionibus falsis usum esse, quas priores legarant. Solus Diodor. aliquid novum et verum de hoc animale dixit, eum asserens validissimis tauris vi parem; in caeteris Herodotum ducem secutus est. Cuvier.

Rostro resimo. Sursum versus reducto. Sic Columella lib. VI, c. 1, nares resimas dixit, pro simis. H.

Impenetrabilis. Verisimilius id multo, quam quod ab Herodoto et Aristotele proditum, tam crassum videlicet illud esse corium, ut ex eo hastilia fieri, venabula, pilaque missilia possent, ὥστε δόρατα ποιεῖσθαι ἐξ αὐτοῦ. Hard. — Idem scribit auctor Historiae Africanae de corio animalis, quod *Lant*, aut *Dant*. vocant. Dal.

Depascitur segetes, etc. Legend. *Depascitur segetes, destinatione ante, ut ferunt, determinatas, indidem et ex agro ferentibus vestigiis.* Determinat ante ac destinat segetes, quas depasturus est: *indidem*, id est, ex eo loco ipso segetis, *et ex agro ferentibus vestigiis.* Salmas. — *Depascitur segetes.* Non segetes, inquit, depascitur, in quascumque forte inciderit: sed de die in diem antea observatas: sic enim nec locorum imperitia, neque rursus assuetarum segetum repetitione, intercipi periclitatur. Quin et aversus destinatos agros intrat, ut observanti vestigia, egressus inde, non ingressus existimetur. Ita fere Solinus cap. XXXII, pag. 61; Diodorus, Bibl. lib. I, pag. 31; Aelianus, Hist. Animal. lib. V, cap. 53. Miror Salmasium, in Solin. pag. 456, *indidem* emendare, pro *in diem*, reclamantibus MSS. H.

XL. (XXVI.) Primus eum, et quinque crocodilos Romae aedilitatis suae ludis M. Scaurus temporario euripo ostendit. Hippopotamus in quadam medendi parte etiam magister exstitit. Assidua namque satietate obesus exit in littus, recentes arundinum caesuras speculatum: atque ubi acutissimam videt stirpem, imprimens corpus, venam quamdam in crure vulnerat, atque ita profluvio sanguinis morbidum alias corpus exonerat, et plagam limo rursus obducit.

XLI. (XXVII.) Simile quiddam et volucris in eadem Aegypto monstravit, quae vocatur ibis: rostri adun-

XL. *Primus eum, et quinque crocodilos.* Totum hoc caput ex verbo fere transcripsit Solinus, cap. XXXII, p. 61. H. — *Quinque crocodilos.* Crocodilon artifices romani optime cognoverunt. Praeter effigies quas in statuae Nilum exhibentis πλίνθῳ videmus, et in tessellatis Praenestinis, imago illius eximia est in Aegyptiaco basalto Vaticani, ansgeglymmene, ubi minutissima quaeque sedulo et felicitER expressa sunt. Una tantum ungula postieus pes abundat. Cuv.

Hippopotamus. Idcirco repertor detrahendi sanguinis ille appellatus fuit, XXVIII, 31. H.

Exit in littus, recentes arundinum caesuras speculatum, etc. Leg. sic, non *exit in littus recenti arundinum caesura speculatus tum atque ubi acutissimam videt stirpem, imprimens corpus, venam quamdam in crure vulnerat.* — Recenti arundinum caesura, id est, quum recens caesae sunt arundines, esit in littus speculatum, atque ubi videt acutissimam stirpem, ibi corpus imprimit. Salmas. — *Speculatum.* Its rectius quoque nostri codd. Reg. 1, 2, Paris. etc. quibus et Salmasio quum bene obsequendum crederemus, *speculatus* e textu sustulimus. H. — Caeterum quae hoc capite et prosimo proponuntur remedia, inutilis et fabulosa dicere, ut et morbos et ab animantibus data praecepta, supervacuum est, etsi sane ex optimae notae scriptoribus Plinius excerpsit, Aeliano posthac, Plutarchu et aliis exscribendus. Sed Veteribus minus iudicii etiam in naturalium rerum aestimatione quam in vulgaris historiae, in quibus tamen modica indagandi veri industria illos enituisse nota res est Cuvier.

XLI. *Ibis.* His terris ignota avis, non habet in Europa nomen, inquit Aldrov. de ibide agens, Ornithol. l. XX, cap. 3, p. 312. Esse *ciconiam totam nigram in dorso* ait Albertus M. lib. II de Animal. tract. 2, cap. 2, p. 251. De ibide vero, immittendi per inferiorem partem, purgandi gratia, medicamenti magistra, Plinio suffragantur Plutarchus, lib. de Iside, pag. 381, et de Solert. Animal pag. 972; Phile, lib. Prop. animal. cap. de ibi, pag. 48: Aelianus, Hist. Animal. lib. II, cap. 35. Hard. — Excursum de ibide videsis ad calcem huius libri. Cuvier.

citate per eam partem se perluens, qua reddi ciborum onera maxime salubre est. Nec haec sola a multis animalibus reperta sunt, usui futura et homini. Dictamnum herbam extrahendis sagittis cervi monstravere percussi, et telo pastu eius herbae eiecto. Iidem percussi a phalangio, quod est aranei genus, aut aliquo
2 simili, cancros edendo sibi medentur. Est et ad ser-

Nec haec sola a multis animalibus reperta sunt. Sincera haec lectio quam exhibent MSS. omnes, vetustaeque editiones, ipso Aristotelis contextu stabilitur. Haec enim Philosophus, Hist. Animal. lib. IX, cap. 8, pag. 1022, unde idem ille argumentum orditur: Πολλὰ δὲ καὶ τῶν ἄλλων ζώων τῶν τετραπόδων ποιεῖ πρὸς βοήθειαν, ἑαυτοῖς φρονίμως. *Multas praeterea caeterarum quadrupedum sibi prudenter opem ferre constat. A mutis* tamen, ut vulgo editi praeferunt libri, defendi utcumque potest, ut sit sententia, multa nos doceri ab animalibus, quae sermone tamen eo carent, qua doceri nos ea oporteat. Hard.

Cervi monstravere. Valerius Mas. lib. I, cap. ult. et Arist. Hist. lib. IX, cap. 6, id capris tribuunt: auctor vero libri τῶν θαυμασ. ἀκουσμ. capris; Item Dioscorides, item Virgilius: .... *non illa feris incognita capris Gramina, quum tergo volucres haesere sagittae.* Dalec. — *Cervi monstravere.* Idem repetit lib. XXV, c. 53. Solinus item de cervis agens, c. XIX, pag. 19: *Dictamnum*, inquit, *ipsi prodiderunt, dum ex eo pasti excutiunt accepta tela.* Feris tamen capris, non cervis, dederunt hoc, praeter multos, quos hic non congerimus, Dalecampiana nota iam allegatos, Theophrastus Hist. lib. IX, cap. 16; Antigonus Carystius, Dioscorides, et e nostris quoque, Cicero de Natur. Deor. lib. II, pag. 101, et Virgilius. Verum Iitem dirimit, ratus hoc utriusque esse Apuleius, cap. 72, tit. 3: *Si caprea, vel cervus in venatione telo percussus fuerit, quum pervenerit ad herbam dictamnum, et ea pascitur, mox telum excutitur e plaga*, etc. Et sane sunt ambo congeneres, formaque ac moribus ferme pares. De dictamno dicemus libro XXV, capite 53. Hard. et Ai.

Pastuque eius herbae eiecto. Chiffl. cod. *electo*, perperam. Respondent enim his ea Philosophi verba: ὅταν γὰρ φάγωσιν, εὐθὺς ἐκβάλλουσι τὰ τοξεύματα, *eius pastu tela e corpore eiiciunt* Hard. — *Dictamnum herbam extrahendis sagittis cervi monstravere percussi, et telo pastu eius herbae eiecto.* Corruptissimus olim locus, nec sensum habens, Salmasio iudice qui scribi iussit: *Dictamnum herbam extrahendis sagittis cervi monstravere percussi, telo pastu eius herbae eiecto;* Exerc. pag. 224. — Nos dumtaxat et interpolavimus, e vestigiis τοῦ eo coniicientes. Ai.

Iidem percussi. Arist. Hist. Anim. lib. IX, cap. 6, pag. 1021. De phalangio dicetur lib. XI, cap. 28. H.

Est et ad serpentium. Condrillen hac circuitione verborum, ut quidem rentur, intelligit, de qua idem ipse

pentium ictus praecipua, qua se lacerti, quoties cum his conseruere pugnam, vulnerati refovent. Chelidoniam visui saluberrimam hirundines monstravere, vexatis pullorum oculis illa medentes.

Testudo cunilae, quam bubulam vocant, pastu, [3] vires contra serpentes refovet: mustela rutae, in murium venatu cum iis dimicatione conserta: ciconia

lib. XXII, cap. 45: *Condrillon, sive condrille.... dividitur in pastillos, contra serpentes, argumento probabili, siquidem mures agrestes laesi ab his, hanc esse dicuntur.* Hard.

Qua se lacerti. Haec de lacerto viridi accipienda sunt, qui propterea ὀφιομάχος, et ὀφιονίκος dicitur. Pandectarius: Ophionicos *graece, id est, lacerta.* Erasmus in Dialogo de Amicitia: *Italia magnas habet lacertas et virides.... Quodam die vidi praegrandem, et mire viridem in osito cavi decertantem cum serpente... Paulo post venit ad nos lacerta, velut ostendens sua vulnera, ac remedium flagitans*, etc. Est enim, ut idem paulo ante dixit, hoc animal natura et amicum homini, et serpentibus inimicum. H.

Chelidoniam. Dicemus de Chelidonia, lib. XXV, cap. 50 et 91. Rem eamdem narrat Basilius in Hexaem. homil. 9, pag. 145. Aelianus item Hist. Anim. III, 25. Hard.

Testudo cunilae. Idem scribitur et lib. XX, cap. 16, et ab Arist. lib. IX, cap. 6 Hist. et in lib. τῶν θαυμασ. ἀκουσμ. Dalec. — Rursus et Noster de cunila, libro XX, cap. 61. Origanum agreste vocat Albertus M. de Animal. lib. XIII, tract. 2, c. 2, pag. 251. Hard.

Testudo cunilae, quam bubulam vocant, pastu, vires contra serpentes refovet. Pellicerius in notis MSS. et Salmasius in Solin. pag. 1277, interpretis partes haud satis fideliter obiisse Plinium aiunt: accepta enim haec putant ab Aristotele, Hist. Animal. lib. IX, pag. 1025, ubi sic ait: ἡ δὲ χελώνη ὅταν ἴχνεως φάγῃ, ἐπεσθίει τὴν ὀρίγανον, etc. Sed aliud est quod Plinius, aliud quod Philosophus hoc loco tradit: ille ad pugnam capessendam vires suas origano munire testudinem scribit: iste, si viperae forte cadavere pasta fuerit, pro antidoto veneni eius, origano uti: id quod et a Plutarcho quoque in Natural. Quaest. pag. 918 repetitur, et a Basilio, Homil. IX, in Hexaem. pag. 145, et ab auctore Geopon. lib. XV, cap. 1, p. 404. E Latinis vero et ab Alberto M. de Animal. lib. 8, tract. 2, cap. 2, pag. 251. Ex alio igitur Philosophi volumine, cuiusmodi multa de Animalibus ab eo scripta intercidisse diximus, cap. 17, hausta haec esse necesse est: ea quo et Aelianus accepit, qui Hist. Animal. lib. VI, cap. 12, testudinem ait depasto origano, διαστραγοῦσαν ὀρίγανον, viperae pugnam non expavescere: si desit origanum, adversus eamdem ruta praesumpta periculum amoliri. Hard. — *Contra serpentes.* Ad pugnam cum serpentibus ineundam. Hard.

Mustela rutae in murium venatu. Aristotelea libro IX, cap. 6: *Mustela quoties cum serpente dimicatura est,*

origano, edera apri in morbis sibi medentur, et can-

rutam comedit: odor enim eius herbae infestus serpentibus est. Ex quibus Aristotelis verbis videtur legendum hic non, *murium*, sed *anguium*. Certe romana exemplaria sic habent. Alioqui scribi posset, non *in murium venatu*, sed *in murium venantes*: aut *in murium venatores*, ut sic Plinius vertat latine, quos citato loco Aristoteles *Myotheras* appellat: *Quin et mustela*, inquit, *prudenter copere aves videtur: iugulat enim quas cepit, ut lupus ovem. Serpentem quoque impugnat: cum praecipue qui mures venatur; videlicet ea causa, quia etiam ipsa mures persequitur.* Haec Aristoteles. Praeterea quae potest esse dimicatio mustelae cum muribus, serpentes quoque debellanti? Sed ut ad priorem castigationem redeam, si *ruta* legas, sensum obscurabis. Nam ambiguum erit, pastu an frictione et contactu refoveat vires. Ob id quod sequitur, *Ciconio origano*, recte auferendi casu expressum est. Neque enim origani pastu ciconiae et aliae volucres medentur vulneribus in dimicatione sceptis, sed applicatu eius herbae ad plagam, auctore Aristot. loco praedicto. Pint. — *Mustela rutae, in murium venatu.* Hunc locum Pintianus non intellexit, qui contra omnium exemplarium fidem legi voluit, *in anguium venatu*, non *in murium*. Repugnat certe Aristoteles, Hist. Anim. lib. IX, cap. 9, p. 1026, ubi mustelam ait cum serpentibus murium venatricibus dimicare, veluti de communi praeda certantes, propterea quod ipsa quoque mures venatur: Μάχεται δὲ ἡ γαλῆ καὶ τοῖς ὄφεσι τοῖς μυοθήραις, διὰ τὸ καὶ αὐτὴν τοῦτο τὸ ζῶον θηρεύειν. Eadem habet Aelianus, Hist. Anim. lib. IV, cap. 14. Adde his et quae dicemus lib. XXIX, cap. 16. Mustelam certe solitam esse vi pariter et astu mures venari, Phaedrus ipse est auctor, lib. IV, fab. 1: *Non semper ea sunt quae videntur: decipit Frons prima multos: rara mens intelligit Quod interiore condidit cura angulo. Hoc ne locutus sine mercede existimer, Fabellam odiosam de mustelo et murbus. Mustela quum annis et senecta debilis Mures veloces non valeret ossequi, Involvit se farino, et obscuro loco Abiecit negligenter. Mus escam putans Assiluit, et compressus occubuit neci; Alter similiter, deinde periit tertius. Aliquot secutis, venit et retorridus, Qui saepe laqueos et muscipula effugerat, Proeulque insidios cernens hostis callidi: Sic valeas, inquit, ut farina es quae taces.* Quoad sensum attinet: Rutae pastu, inquit Noster, vires suas adversus serpentes mustela confirmat: persaepe enim, dum eundem murium venatum serpentes mustelaeque exercent, congrediuntur ac dimicant inter se. Mustela haec domestica est scilicet, Graecis γαλῆ nominata, Gallis *une belette*. Repetit hoc Plinius iterum lib. XX, cap. 51. Hard.

Cum iis. Cum serpentibus. Haro.

Ciconio origano. Aristoteles Hist. Anim. lib. IX, cap. 8, pag. 1025. Eadem refert et Aelianus, Histor. Anim. lib. V, cap. 46. Id vero ambo non ciconiae proprium ac peculiare, sed et cum aliis multis avibus commune esse aiunt, ut vulneribus cumilam bubulam imponant: eandem enim herbam unus latino *cumilae*, nunc graeco ὀριγάνου vocabulo, uti mox alteram modo feniculi, modo marathri nomine repraesentat. Hard.

Et canceros. Cancrorum certe fluviatilium esu mederi sibi sues in ca-

tros vescendo, maxime mari ejectos. Anguis hiberno situ membrana corporis obducta, feniculi succo impedimentum illud exuit, nitidusque vernat. Exuit 4 autem a capite primum, nec celerius quam uno die ac nocte replicans, ut extra fiat membranae, quod fuerat intus. Idem hiberna latebra visu obscurato, marathro herbae sese affricans, oculos inungit ac refovet: si vero squammae obtorpuere, spinis iuniperi se scabit. Draco vernam nauseam silvestris lactucae succo restinguit. Pantheras, perfricata carne aconito,

pitis doloribus auctor est Plutarchus, in Quaestionib. Natural. p. 918. H.

Anguis hiberno. Hac de re opportunius, uberiusque lib. XX, cap. 95. Sic Arist. Hist. Anim. lib. VIII, cap. 23, pag. 941 et 942. Secuti sunt Plutarchus, lib. de Solert. Animal. pag. 972, et Aelianus, Histor. Animalium lib. IX, cap. 16. Hard.

Vi extra fiat. Nova cute, quae nata iam subtus est, extra prodeunte, semota ea penitus, quae ante exterior erat. Aristotelis verba loco cit. haec sunt: Ἐν νυκτὶ δὲ καὶ ἡμέρᾳ πᾶν ἀποδύεται σχεδὸν τὸ γῆρας, ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἀρξάμενον μέχρι τῆς κέρκου. Γίνεται δὲ ἐκδυομένου τὸ ἐντὸς ἐκτός. Quae Plinius similiter dicit. Hard.

Marathro herbae. Graeca nunc voce, ut diximus, abutitur, ut quod feniculum latine prius appellavit, id esse Graecorum μάραθρον obiter indicet. Haec porro similiter referunt auctores proxime laudati, secuti fortassis Aristotelem, et Nicandrum, initio Theriacōn, pag. 3. Hard.

Si vero squammae. Si squammae duriores oculos obtexere. Hard.

Draco vernam. Similem fere medicinam in dissimili morbo, adhiberi a dracone, auctor est Aristoteles, Hist. Animal. lib. IX, cap. 8, pag. 1025: Ὁ δὲ δράκων, inquit, ὅταν ὀπωρίζῃ, τὸν ὀπὸν τῆς πικρίδος ἐκφορεῖ. *Draco, ubi fructum esu gravatur, picridis succum haurit.* Aelianus quoque, Hist. Anim. lib. VI, cap. 4. Hard.

Silvestris lactucae. Locis proxime laudatis Aristoteles et Aelianus dixere πικρίδα. Est autem πικρὶς inox silvestre intubum, sive cichorium, ut Dioscoridi placet, et Aetio, verbo Σίρις. Hanc picridem Virgilius signasse videtur, scribens, *Et amaris intyba fibris.* Interdum vero etiam πικρὶς est genus lactucae silvestris; Plinio lib. XIX, cap. 38, et Apuleio in Herbario, cap. 30, cui titulus, *De lactuca silvestri:* Graecis, inquit, θρίδαξ ἀγρία dicitur.... aliquibus πικρίς. Hinc Hieronymus in Exodo et Numeris, Graecum ἐπὶ πικρίδων, reddidit, *cum lactucis agrestibus.* Ab amaritudine nomen herba utraque sortita est: quippe maior in ipsis est, quam in sativis eiusdem generis. H.

Pantheras. Haec Arist. Hist. Anim. lib. IX, cap. 8, pag. 1023. Ex Plinio Solinus, cap. XVII, pag. 38. Ex Aristotele rursum, auctor libri de Mirab. Auscult. pag. 1151. Aelianus, Hist. Anim. lib. IV, c. 43; Cicero, de Nat.

(venenum id est), barbari venantur. Occupat illico fauces earum angor: quare parallianches id venenum
5 appellavere quidam. At fera contra hoc excrementis hominis sibi medetur: et alias tam avida eorum, ut a pastoribus ex industria in aliquo vase suspensa altius, quam ut queat saltu attingere, iaculando se appetendoque deficiat, et postremo expiret: alioqui vivacitatis adeo lentae, ut eiectis interaneis diu pugnet. Elephas, chamaeleone concolori frondi devorato,
6 occurrit oleastro huic veneno suo. Vrsi quum mandragorae mala gustavere, formicas lambunt. Cervus herba cinare venenatis pabulis resistit. Palumbes,

Deor. lib. II, pag. 101. Quid quod hodieque homines ipsi in insulis orientalis Indiae, quae Iava dicitur, veneni vim a suis corporibus vel sic depellunt? Nam ad ictus telorum, quae solent hostes veneno inficere maxime letali, excremento suo sibi quisque statim medetur, arefacto, tritoque in pulverem, et ex aqua cyathi unius mensura poto. Auctor Cl. V. Tavernier, in Relationibus. H.

Carne aconito. Παρδάλειον φάρμακον hoc vocat auctor libri τῶν θαυμ. ἀκουσμ. a quo et sequentia de hominis stercore traduntur, sumpta tamen ex Aristotele Histor. lib. IX, c. 6. Cicero de Nat. Deor. II: *Auditum est Pantheras, quae in Barbaria venenata carne caperentur, remedium quoddam habere*, hominis nempe excrementa. Vide infra lib. XXVII, c. 2. Dalec.

Alioqui. Alioqui *id animal* vitae est adeo tenacis, ut vel eiectis intestinis diu adhuc luctetur, *prius quam efflet animam.* Hard.

Elephas. Solini paraphrasis, cap. xxv, pag. 47: *Si quis casu chamaeleontem devoraverit, vermem elephantis veneficum, oleastro sumpto pesti medetur.* Sensus vero est: Elephas chamaeleonem aliquando devorat, incaute, quod eiusdem coloris chamaeleo est cum fronde quam elephas in pastum quaerit: occurrit autem huic veneno suo oleastri esu. Hard.

Vrsi. Plutarchus de animal. prudentia, hoc remedio uti scribit ursos, quum sunt ἀσώδεις, id est, quum cibum fastidiunt, aversantur et abhorrent. Ἄλλως δ' ἀσώδης γινομένη, inquit, πρὸς τὰς μυρμηκίας τρέπεται καὶ κάθηται προβάλλουσα λιπαρὰν καὶ μαλακὴν ἰκμάδι γλυκείᾳ τὴν γλῶσσαν, ἄχρις οὗ μυρμήκων ἐμπλέω γένηται, καταπίνουσα δ' ὠφελεῖται. Caeterum fortassis aliquis suspicari possit esu fructus mandragorae ursis τὴν ἄσην nasci. Victorius, XIII, 17. Vide infra lib. IX, cap. 6. Dalec. — *Vrsi.* Solinus, cap. xxvi, p. 48, et Plutarchus in Quaest. Natur. p. 918, et lib. de Solertia Animal. pag. 972. De hac re iterum lib. XXIX, cap. 39. Hard.

Cervus herba cinare venenatis pabulis resistit. Scribe: *herba cinarae.* sic Horatio, *herba lapathi*: nam κινάρα

gracculi, merulae, perdices, lauri folio annuum fastidium purgant: columbae, turtures, et gallinacei, herba quae vocatur helxine: anates, anseres, caeteraeque aquaticae herba siderite: grues et similes, iunco palustri. Corvus occisa chamaeleone, qui etiam victori nocet, lauro infectum virus exstinguit.

XLII. (XXVIII.) Millia praeterea, utpote quum plu-

dicitur graece, non κινάρη. Salm. — *Cervus herba cinare venenatis pabulis resistit.* Solini haec paraphrasis est, cap. XIX, pag. 39, ubi de cervis scribit: *Herbam quoque, quam cinarem vocant, contra noxia edunt gramina.* Quae loquendi forma peculiare quoddam herbae genus videtur prae se ferre, non eam quae nota est omnibus, cinaram, quam Galli *articoactum* vocant, *artichaut*; quae nempe pomum habet, sive capitulum squammatim compactum ad instar nucis pineae, et sculeatum. Neque Salmasio in Solin. pag. 225, neque Pellicerio in notis MSS. assentior, qui de hoc altili carduo locutum hic Plinium volunt: quum neque reliquo opere universo, ubi de eo sermo est, cinarae vocabulum usquam usurpet: neque hic hortensis carduus ac domesticus silvestri ferae prompta satis et facilis medicina videatur. Harn.

Gracculi. De his dicemus libro undecimo, cap. 25. Harn.

Palumbes, gracculi, merulae, perdices, etc. Lego: *Palumbes, gracculi, merulae, lauri folio annuum fastidium purgant: perdices, columbae*, etc. Hinc namque perdicium helxine vocatur, quod ea comesa se perdices purgent, ut idem scribit lib. XXII, cap. 10. Dalec.

Lauri folio annuum fastidium purgant. Prohibuit unanimis exemplarium omnium consensus, quominus hic quidquam moverem: alioquin haud gravate sic emendaturus, *annuum fascinum purgant.* Memini enim vero apud Philen me legere, Ἀνθίσταται δὲ πρὸς τὸ βάσκανον πάθος Δάφνην φαγοῦσα φάττα. Et Aelianus Hist. Anim. lib. I, cap. 35, auctor est palumbos ad fascinationis amulelum laurinos tenues ramos colligere, atque ad pullorum munimen in nidos imponere. Ac revera nauseam laurus amovet; quippe quae a medicis censetur cephalica, nervina, stomachica, carminativa et roborans. Haec de lauru vulgari, gall. *laurier franc*, lauru nobili Linn. neque enim de caeteris ago, quae aut India, Taprobane, Moluccis, America advectae sunt, aut omnino Veteribus parum innotuerunt. Sed alia Plinii mens est, ut apparet. Caeterequin *annuum fastidium* intellige nauseam vernam. Ar.

Siderite. Seride ex Colum. VIII, 14. Ideoque Virg. Georg. I, inter segetum noxas quum memorasset improbos anseres, Strymoniasque grues, adiecit, ...*et amaris intyba fibris.* Quae radicum fibris terram defrugant, triticum angunt, et anseribus expetitae illos invitant. Turn. lib. XXVII, c. 35. Dalec.

XLII. *Millia praeterea.* Rectius fortassis *millia praetereo.* Tamen lib.

rimis animalibus eadem natura rerum, caeli quoque observationem, et ventorum, et imbrium, et tempestatum praesagia, aliis alia dederit, quod persequi immensum est, aeque scilicet quam reliquam cum singulis hominum societatem. Siquidem et pericula praemonent, non fibris modo extisque, circa quod magna mortalium portio haeret, sed alia quadam significatione. Ruinis imminentibus musculi praemigrant, aranei cum telis primi cadunt. Auguria quidem artem fecere apud Romanos: et sacerdotum

X, cap. 41: *Multa praetered similia, quae prudens subinde omitto*, etc. H.

Hominum societatem. In eo posita societas aoimantium cum hominibus videtur, quod hominum pericula extis illae, fibrisque, alisque aliae via praenuntiant. Quibusdam *ominum* magis placet, hoc est, auguriorum, quam *hominum* legi. H.

Ruinis imminentibus musculi praemigrant. Cicero ad Atticum: *Tabernae mihi duae corruerunt: reliquae rimas agunt. Itaque non solum inquilini, sed mures etiam migraverunt*. Dal. — *Ruinis*. Et id observat Aelianus Hist. Anim. lib. VI, cap. 41, et lib. XI, c. 19. Libro item primo Var. Hist. cap. 11. H.

Auguria quidem artem fecere, etc. Distinctionem sus deque vertit Salmas. vultque legi (Exercit. Plin. pag. 440): *Auguria quidem artem fecere apud Romanos et sacerdotum collegium: vel maxime solemne est inter ea locis rigentibus et vulpis, animalis alioquin solertia diri: amnes gelatos lacusque non nisi ad eius itum reditumque transeunt*. Az. — De augurum numero, dignitate, disciplina, officio, habitu, vide Alex. ab Alexandro lib. V, cap. 19, et Feuestell. V, seu potius Floccum de sacerd. Rom. cap. 4. Onuph. Panvin. Civit. Roman. pag. 459. Dalec. — Observationes, inquit, ab avibus aliisque animalibus sumptae, id fidei sibi vindicarunt apud Romanos, ut Augurum disciplinam Romae intulerint, solemneque his collegium ibidem institutum sit atque sacratum. Auguratus certe potissima apud Romanos superstitio fuit. Inde in nummis antiquis Augures inscribuntur, Caesar Dictator, M. Antonius, Caius Caesar, qui postea Augustus est dictus, Vespasianus, et alii. Nummus a Seguino vulgatus, e plumbo tertiae magnitudinis, pag. 21 secundae edit. virum exhibet nudum, pileo Narbonensi urbano tectum, gerentem sinistra lituum augurialem, dextra caput cum collo alicuius animalis, ut videtur. Titulum Auguris etiam in Graecis nummis primi deprehendimus; in nummo perpulchro scilicet, neque antea in his terris viso, ex aere maximo, de quo iam diximus ad librum V, cap. 22. Est ille nummus Alenorum in Cilicia. Priore parte, caput est iuvenile laureatum; epigraphe: ΔΗΜΟΣ ΑΛΗΝΩΝ. *Populus Alenorum*. Parte altera, deam

collegium vel maxime solemne est. In Thracia locis rigentibus et vulpes, animal alioqui solertia dirum; amnes gelatos, lacusque, nonnisi ad eius itum reditumque transeunt. Observatum, eam aure ad glaciem apposita, coniectare crassitudinem gelus.

Annonam exhibet, cum temone et cornucopia. Epigraphe: ΕΙΙΙ ΑΛ. Μ. Κ. ΑΡΧΟΝΤΩϹ Δ. ἐπὶ Ἀλεξάνδρου Μάντιος καὶ Ἄρχοντος δ'. *Sub Alexandro Augure et Archonte quartum.* Qui nummi dicuntur a Spanhemio, tom. II, pag. 85, sub Tito et Domitiano habere Οἰωνιστὴς pro *Augure*; ii Golziani sunt, hoc est, ficti. H.

In Thracia locis rigentibus. Chiffl. cod. *interea*, inepte. Probante quidem Salmasio (vid. not. sup.): damnante Plutarch. lib. de Sol. Anim. Οἱ δὲ Θρᾶκες, etc. Az. — Sensum pulcherrimum verba vitiosissima adumbrant, neque sinunt percipi ad plenum. Ambo exemplaria, verba illa, *non nisi ad pastus iturae redituraeque*, aliter legunt, ut puto recte: *Non nisi ad eius itum reditumque.* Beneficio igitur scriptae lectionis, totus hic locus sic restituetur: *In Thracia locis rigentibus, et vulpes animal alioqui solerti auditu.* Repetendum hic, *artem periculis fecit.* Tum sequitur, *Amnes gelatos, lacusque, nonnisi ad eius itum reditumque transeunt. Observatum eam*, etc. Confirmat hanc correctionem Plutarchus in libro, cui titulum fecit, Vtra animalium sagaciora aquatica an terrestria, ubi multis verbis persequitur, quod hic Plinius paucis complexus est. Pint.

Animal alioqui solertia dirum. Ita restituimus secuti veteres codices, Reg. 1, 2. Paris. Chiffl. etc. quod editores Plinianl in *solerti auditu* perperam transmutarunt. Est enim loci sententia, Vulpem, animal alioqui caeteris sua solertia noxium ac metuendum, hominum tamen pericula praemonere. De documentis enim agi, quae varia ferarum genera nobis dederint, certissime superiora declarant. Hardo. — Quoad sensum Harduinus explicat: Cuius solertia caeteris alioqui animalibus exitiosa est. Pessime. Nam hic *dirum* est pro mirum, maximum, ut Graecis δεινόν. Aristot. Δεινὸς περὶ τὴν νομοθεσίαν, et sexcenta. Az.

Ad eius itum reditumque. Nihil est sane exploratius, quam ad rigentium locorum incolas, non ad vulpes, transitum illum gelatorum amnium lacumque referri oportere: hoc enim loci sententia postulat, ubi de documentis agitur, quae ab animalibus homini tribuuntur. Itaque sequi maluimus fidem vetustorum codicum, Reg. 1, 2, Paris. Tolet. et Salamant. quod Pintianus laudat, quam editorum emendationem praeposteram, *nonnisi ad pastus iturae redituraeque.* H.

Transeunt. Accolae amnium eorum transeunt. H.

Coniectare. Et quidem, si Plutarcho credimus eadem referenti lib. de Solert. Animal. pag. 969, ratiocinatione hac fere adhibita, ubi admota aure sentit aquam subter glariem labi, ac sonitum edere: *Quod sonitum edit, movetur: quod movetur autem, non congelavit: quod gelu*

XLIII. (XXIX.) Nec minus clara exitii documenta sunt etiam ex contemnendis animalibus. M. Varro auctor est, a cuniculis suffossum in Hispania oppidum, a talpis in Thessalia: ab ranis civitatem in Gallia pulsam, ab locustis in Africa: ex Gyaro Cycladum insula incolas a muribus fugatos, in Italia Amyclas a serpentibus deletas. Citra Cynamolgos Aethiopas late deserta regio est, a scorpionibus et solipugis gente

non concrevit, humidum est: ubi vero humidum est, ne quod superstat, subsidat, periculum est. H.

XLIII. *Ab ranis.* Sic Autariatarum gentem, circa Paeones Dardanosque positam, ab ranis coactam cedere patria, auctor est Diod. Sicul. lib. III, pag. 164, et ex Trogo Iustinus lib. XV, cap. 2, et Aelianus Hist. Anim. lib. XVII, c. 41, aliique. H.

Ab locustis. Quantam olim stragem in Aegypto Iudaeaque ediderint, prolixa disputatione explicat Samuel Bochartus, de Animalibus Scripturae sacrae, parte I, lib. IV, cap. 3 et 4, pag. 460. H.

Ex Gyaro. Id rursum repetitur cap. 82. De Cleonis oppido in monte Atho, narrat eadem Heraclides in Politicis. De quibusdam circa Troiam incolis, Plinius ipse lib. X, c. 85. H.

In Italia. Haec quoque Solinus ex Plinio, cap. 11, pag. 15. Sotion ex Isigono cives inde pulsos affirmat ab hydrorum multitudine, in opusc. de fluminibus et paludibus, pag. 112: Περὶ δὲ Ταρρακίναν τῆς Ἰταλίας φησὶν Ἰσίγονος λίμνην εἶναι Αμυκλαίαν καλουμένην, καὶ παρ' αὐτῇ πόλιν ἔρημον· ἧς τοὺς ἐνοικοῦντας στερηθῆναι τῆς πόλεως διὰ τὸ πλῆθος τῶν ὕδρων. Harn.

Citra Cynamolgos Aethiopas, etc. Leg. *Circa Cynamolgos Aethiopas late deserta regio est, a scorpionibus et solpugis* (an *solifugis*) *gente sublata.* Salmas. — Aethiopiae populi bi fuere versus austrum ultimi, de quibus lib. VI, cap. 35. H.

Et solipugis. Sive *solipugis* scripseris, ut habet Regius codex 2, cum Parmensi, vetustisque aliis editionibus, sive *solpugis*, cum aliis, nihil interest: id enim contractum est a *Solipunga* nomen: *quod genus est*, inquit Festus, *bestiolae maleficae, quod acrius concitatiusque fit fervore solis, unde etiam nomen traxit.* Atque ita Lucanus scripsit lib. IX, vers. 837: *Quis calcare tuas timeat, Solpuga, latebras?* Nec aliter apud Ciceronem legerim, auctoresque probatiores, Soliol Salmasiique Solifuga, quod solem fugiat, explosa penitus atque damnata: quam nec ipsa Lucaniani metri ratio patitur. Araneorum generi solpugas accensent Diodorus lib. III, pag. 164; Strabo lib. XVI, pag. 772, et Aelianus Hist. Animal. lib. XVII, c. 40, qui haec pariter de iis narrant. Formicis adscribit Plinius lib. XXIX, ubi de iis rursum. Nempe inter araneos sive φαλάγγια genus est quoddam, a formicae similitudine μυρμήκιον appellatum, quemadmodum suo loco dicemus: ut plane mediae for-

sublata : et a scolopendris abactos Rhoetienses, auctor est Theophrastus. Sed ad reliqua ferarum genera redeamus.

XLIV. (xxx.) Hyaenis utramque esse naturam, et alternis annis mares, alternis feminas fieri, parere sine mare, vulgus credit, Aristoteles negat. Collum et iuba continuitate spinae porrigitur, flectique, nisi cir-

mae inter araneum formicamque fuisse solpuga videatur. H.

Scolopendris. Terrestribus, nam et marinae sunt. Dal.

Rhaetienses. Libri fere omnes aut *Trerienses* habent, aut *Eretrienses.* Nos *Rhoetienses* scripsimus, Aeliani admonitu, cuius haec verba Hist. Anim. lib. XI, cap. 8, σκολόπενδραι δέ, Ροιτιεῖς, subintellige ἀνέστησαν ex superioribus: quod ille haud dubie ex graeco Theophrasti accepit. Idem lib. XV, cap. 26, Αἴγουσι δὲ ὑπὸ σκολοπενδρῶν ἐξαναστῆναι Ρυτιεῖς, ubi Ρυτιεῖς pro Ροιτιεῖς, ut puto, mendose. Sed ut ut est, emendatio nostra utriusque loci auctoritate stabilitur. Rhytium Plinio lib. IV, cap. 20, et Stephano, Cretae Ροιτιεῖον, Troadis oppidum est. H.

XLIV. *Hyaenis.* Haec Aelianl, Hist. Anim. lib. I, cap. 25; haec vulgi apud Oppianum, Cyneget. l. III, vers. 289; haec Herodori Heracleotae opinio fuit, referente Philosopho, de Gener. Anim. lib. III, cap. 6, existimantis hyaenae duplex genitale esse, alterum masculum, femineum alterum, *ac marem et feminam*, ut Tertullianus ait, lib. de pallio, cap. 3, *alternare*: quod Philosophus tum eo loco refellit, tum Hist. Anim. lib. VI, cap. 32, pag. 778. Plura Veterum testimonio, qui in eadem haeresi fuerunt, collegit Bochartus, parte I, de Animal. lib. III, cap. 11, pag. 834. H. — Enimvero Aristoteli iam diximus, postquam vulgata de hoc retulit, optime fabulam confutatam, dum hyaenae ait sub ano peram esse vulvae satis similem; unde hermaphroditis annumerata fera. Et ea similitudo est, ut quidem obiter conspicientis error facile sit excusandus. Cuv.

Parere sine mare. Quod feminae utramque vim, hoc est, non concipiendi solum, sed et alteram eum qua coëant, implendi, potestatem sortitae a natura existimentur: id quod de leporum genere credidisse Archelaum Plinius admonet, capite 81: *Archelaus auctor est*, inquit,... *utramque vim singulis inesse, ac sine mare aeque gignere.* Neque vero venire in suspicionem quamquam oportet, librariorum vitio excidisse hic voculam *trochon*, qui seipsum inire dicitur; legendumque esse, *trochon parere sine mare*: quum et exemplaria plane consentiant, et ipsa refragetur orationis series, in qua cuiusvis alterius animalis, praeter hyaenam, importuna nimis mentio fuerit. Nam quae sequuntur, *Collum et iuba*, etc. ad trochum referri tum necesse foret, quod abhorret a vero. Harn.

Collum et iuba continuitate spinae porrigitur. Scribe: *Collum et iubam ei unitate spinae porrigitur.* Hoc est, quod ait Solinus, collum ei cum

cumactu totius corporis, nequit. Multa praeterea mira traduntur. Sed maxime sermonem humanum inter pastorum stabula assimulare, nomenque alicuius addiscere, quem evocatum foras laceret. Item vomitionem hominis imitari, ad sollicitandos canes, quos
2 invadat. Ab uno animali sepulcra erui, inquisitione

spina figere continua unitate. Dicit ergo collum et iubam unitate spinae ei porrigi, id est, collum cum spina unum esse, et iubam per totum porrigi. Salm. pag. 336. — Citra vertebrarum distinctionem, quum dorsi spina continuatur, quae in nodos et articulos divisa est in caeteris animalibus, quemadmodum videre est infra lib. XXVIII, cap. 8. Dalec. — Arist Hist. Anim. lib. VIII, cap. 899, hyaenae ait iubam inesse, sicut equo: sed et setas ipsas tum duriores, tum densiores: continuarique toto dorso, καὶ δι' ὅλης τῆς ῥάχεως. Quae de continuato cum spina colli rigore Plinius adiicit, et illius deinde transcriptor Solinus, ab alio quopiam scriptore, quam a Philosopho, acceptа esse necesse est. Esse nihilominus vera testis αὐτόπτης prodidit Busbequius epist. 1, pag. 33: est enim id ferae genus in Phrygia frequens, ab incolis *Zartlan* nuncupatum. Hard. — *Collum et iuba continuitate spinae porrigitur.* Aristoteles qui hyaenam optime descripsit, de continuitate spinae nihil dixit; et contra Plinianam opinionem multi reclamavere. Error in hoc situs est, generaliorem e particulari casu regulam temere deductam. Omnium quos ego dissecui animantium hyaena habet musculos in collo crassissimos; unde huius collo et dentibus vis summa inest. Quae semel corripuit, nihil huic subtrahet. Quamobrem Arabibus emblema pertinaciae est, et in Bibliis credo hyaenae meminisse sacrum scriptorem, quum pervicaces viros dicit rigidi colli homines. Talis vigor in musculis potest aliquando ossa, ut ferrumine, iungere; et quidem ankylosibus maxime obnoxia hyaena est. In Cl. V. Camper Cimeliis vide partem cervicis conferruminatis vertebris spectabilem. Tale quoddam ille conspexerat, e quo Plinius sua mutuatus est. Re simili delusus quoque Busbek id hyaenae solitum credidit. Caeterum, etsi non continentes aliquando forent vertebrae, sat et amplius colli rigor ad hanc gignendam opinionem, cuius tenacissima etiam nunc in Oriente est plebs. Covier.

Multa praeterea Quae Solinus ad verbum transcripsit ex Plinio loc. cit. Hard.

Foras laceret. MSS. *foris.* Hard.

Item vomitionem hominis imitari. Aelianus quoque, de Animal. l. VII, cap. 22 Dalec. — Aristoteles, Hist. Anim. lib. VIII, c. 9, pag. 899; Solinus loc. cit. Philes pag. 100. H.

Ab uno. Arist. loc. cit. Solinus c. XXVII, pag 51. Hard. — *Ab uno animali sepulcra erui.* Caetera falsa quae congerit Noster; id verum, et aliis excogitandis locum dedit. Quas enim et quales fabulas non debuit de se gignere animal turpe et triste,

corporum. Feminam raro capi. Oculis mille esse varietates, colorumque mutationes. Praeterea umbrae eius contactu canes obmutescere. Et quibusdam magicis artibus omne animal, quod ter lustraverit, in vestigio haerere.

XLV. Huius generis coitu leaena Aethiopica parit crocutam, similiter voces imitantem hominum peco-

cui mos noctu solum ambulare, cadaveribus vesci, sepulchrata movere, et ululatibus longis complere ἀφυλάκτους pagos et urbes? Cuvier.

Feminam. Arist. de Gener. III, 6: Αλίσκονται οἱ ἄῤῥενες μᾶλλον, *magis capiuntur mares.* Solinus: *Promptius est marem capere: feminis enim ingenita est callidior astutia.* Hard.

Praeterea umbrae eius. Arist. περὶ θυμ. ἀκουσμ. Aelianus, de Animal. lib. III, cap. 7. Dal. — *Praeterea umbrae.* Cf. Solinus loc. cit. Hard. — Item lib. VI, cap. 14.

Et quibusdam. Solinus loc. citato. Et in amatoriis quidem vim ei Turcae maximam tribuunt, teste Busbequio, epist. 1, pag. 33. Hard.

XLV. *Huius generis coitu leaena Aethiopica parit crocutam.* Nulla ratione defendi potest, *crocutam.* Nam cap. 21, ex canoe lupoque crocutas concipi tradit: confirmaturque auctoritate Strabonis lib. XVI: hic vero ex hyaena leaenaque Aethiopica. Itaque ne a seipso dissentiat Pliinius, commodius legetur, *leocrocutam*, quam *crocutam.* Nam leocrocutam voces humanas imitari, superius scripsit et item dentium loco os habere perpetuum, quam duplicem naturam hic repetit. Sed repugnant tum auctoritas Solini cap. XXIX, tum quod Plinius Indicum animal supra fecit Isocrocutam, non, ut hic, Aethiopicum. Apogr. Tolet. *Corocotiam* legit, non *crocutam:* ut forte animal sit diversum corocotia a crocuta. Non placet hoc nimis, nec item nimis displicet. Ita ad Aristotelicum in ambiguis remedium confugiendum erit, ut consideretur melius. Pint. — *Parit crocutam.* Reg. 1, 2, Chiffl. Paris. indexque huius operis, *corocottam.* Haec leucrocota est, de qua diximus cap. 21, quae κροκόττας Ctesiae vocatur; item Aeliano, Hist. Animalium lib. VII, cap. 22. Imitari vero voces humanas, Diodorus falsum putat: laborat Aelianus ut affirmet. Hard. — *Crocutam*, etc. Simillima iam, modo originem excipias, de leucrocota dixerat cap. 30; ubi praeterea crocotam cane et lupo natam volebat, hic hyaenae et leaenae adulterio conceptam ratus. Negligentiae difficillime absolvetur, dum notas et documenta quae passim lectitando congerit, ne comparat quidem, nedum excutiat tentetque aestimare. Sed ut paucis agamus, *crocotta*, *crocuta*, *leucrocuta*, *catoblepas* e superstitione et mira imaginandi studio fere tota profecta sunt, nec in rerum natura aliquid fundamenti habent nisi hyaenam et *Gnu*, cuius descriptiones varie a variis mutilatae, amplificatae, coaptataeque in monstrositates abiere, quarum amantissima plebs ubivis gentium est. Cuvier.

rumque. Acies ei perpetua: in utraque parte oris nullis gingivis, dente continuo: qui ne contrario occursu hebetetur, capsarum modo includitur. Hominum sermones imitari et mantichoram in Acthiopia, auctor est Iuba.

4 XLVI. Hyaenae plurimae gignuntur in Africa, quae et asinorum silvestrium multitudinem fundit. Mares in eo genere singuli feminarum gregibus imperitant. Timent libidinis aemulos, et ideo gravidas custodiunt, morsuque natos mares castrant. Contra gravidae latebras petunt, et parere furto cupiunt, gaudentque copia libidinis.

4 XLVII. Easdem partes sibi ipsi Pontici amputant fibri, periculo urgente, ob hoc se peti gnari: casto-

Acies ei perpetua in utraque parte oris. De acie dentium perpetua debet accipi, ac continuo dentium acumine. Salm. pag. 337 et 338. — *Acies ei perpetua, in utraque parte oris nullis gingivis.* Legendum opinor, *Acies ei perpetua in utroque orbe, oris nullis gingivis.* Solinus c. xxix: *Numquam connivet aciem orbium, sed in obtutum sine nictatione contendit. In ore gingiva nulla.* Pint. — *Acies ei.* Vide quae adversus Salmasium dicturi sumus in notis ad lib. XI, cap. 55. Quoad sensum, sic habeto: Nunquam connivet aciem oculorum: in utraque parte oris nullae gingivae, sed dens perpetuus inest. Hard. et Aj.

Mantichoram. De qua superius c. 30. Hard.

XLVI. *Asinorum silvestrium.* De his eadem repetit Solinus c. xxvii, p. 51. Describuntur a Philostorgio lib. III, cap. 11. Hard. — *Asinorum silvestrium.* De asinorum gregibus in desertis calidissimarum regionum, et vetulorum in iuvenes imperio, omnia vera. Quae mox de iuniorum eviratione, an sint, necne, nullus recentiorum hactenus pervidit. Cuv.

Furto. Occulte. Hard.

XLVII. *Easdem partes sibi ipsi Pontici amputant fibri.* Iuvenalis, satyr. xii: . . . *imitatus Castora, qui se Eunuchum ipse facit, cupiens evadere damno Testiculorum, adeo medicatum intelligit inguen.* Falsum tamen vanumque id esse Sextius tradit infra lib. XXXII, c. 13. Dalec. — *Amputant fibri.* Vulgi errorem nunc recitat, quem ipse refellit lib. XXXII, cap. 13, Sextium secutus, diligentissimum, ut vocat, medicinae auctorem. Sunt enim parvi castoribus, substrictique, ut in sue, testes, inquit Diosc. lib. II, cap. 26, et adhaerentes spinae: (ut quibusdam placet, etsi alii pernegant,) unde revelli dentibus nulla ratione possunt. At habent iidem in inguinibus geminos tumores sive folliculos, membrana sua contectos, quos inter

reum id vocant medici: alias animal horrendi morsus, arbores iuxta flumina, ut ferro, caedit: hominis parte comprehensa, non antequam fracta concrepuerint ossa,

exstat τὸ αἰδοῖον. Ex his liquor pinguis exsudat, quem castor saepe admoto ore lambit et exsugit: postea hoc veluti oleo, quas potest corporis partes contingere, oblinit. Hinc erroris ansa oblata Imperitis. Similes tumores quum in omnibus leporibus vulgus observasset, lepores omnes mares simul et feminas esse credidit. Ita fere Rondelet lib. de Amphib. cap. 8, et post eum Saracenus in notis ad Diosc. lib. II, cap. 26. Fiber Gallis est, *Bièvre* vel *Castor*, animal in Polonia finitimisque provinciis, et in Nova Francia notissimum. His adde quae Plinius affert XXXII, 13. Haan. — *Easdem partes sibi ipsi Pontici amputant fibri.* Castoreum ipse Plinius, lib. XXXII, fatetur non esse castoris testiculos. Nos scimus substantiam pinguem et foetidam quae in glande quadam nascitur praeputio adhaerente. Cuius glandis meatus ubi castoreo repleti sunt, facile crediderim feram ingnina truncis aut lapidibus atterentem onere inutili sese liberare. Vnde dictum forsitan fuit ab illa castoreum venatoribus linqui, et quum crederetur castoreum ipse testiculus, illam sibimet virilitatem exsecare. Caeterum mirarer si non et Veteres ob vellus persecuti essent castores. Cuvier.

Alias animal horrendi morsus, arborem iuxta flumina ut ferro caedit, etc. Locus inter caeteros huius operis insigniter vitiatus, ac prope conclamatus; qui si opera mea non fuerit in integrum restitutus, elegantiorem tamen habitum, ut puto, assumet. Scribo igitur sic: *Latax animal horrendi morsus, arbores iuxta flumina, ut ferro, incidit. Homine Lutra comprehenso, non antequam fracta concrepuerint ossa, morsu resolvit.* Aristoteles libro VIII, cap. 5: *Sunt inter quadrupedes ferasque quae victum ex lacu et fluviis ferant, at vero a mari nullum, praeterquam vitulus marinus. Sunt etiam in hoc genera fiber, satherium, satyrium, lutris, latax, quae latior lutre est, dentesque habet robustos, quippe quae noctu plerumque egrediens virgulta proxima suis dentibus ut ferro praecidit. Lutris etiam hominem mordet, nec desistit, ut ferunt, nisi fracti ossis crepitum senserit.* Haec Aristoteles; a quo tamen longissime abeunt quae subiicit Plinius, utrique molliorem pluma esse pilum. Nam lataci Aristoteles eodem loco pilum esse tradit durum, specie inter pilum vituli marini et cervi. Nisi quis dicat non *utrique* scribendum in Plinio, sed *lutrae*. Lutrae praeter alios, et Athenaeus undecimo, et Herodotus primo meminere. Pint. — *Arbores iuxta flumina, ut ferro, caedit.* Etsi arbores proceras morsu laedere, caedere, non fibro Aristoteles, sed lataci attribuit, Hist. Anim. libro VIII, c. 9, pag. 901, quae causa Pintiano fuit (vide quae praecedunt), et Pellicerio deinde in notis MSS. cur locum mire immutarent, Pliniumque securitatis, negligentiae, supinitatisque arguerent; de fibro tamen ipso id quoque experientia comprobat, quam cepere oculis ii, a quibus nos et hanc morsus vim prope incredibilem, et alia quae rastori a Plinio adscribuntur, tam esse vera didici-

morsus resolvit. Cauda piscium iis, caetera species lutrae. Vtrumque aquaticum: utrique mollior pluma pilus.

XLVIII. (XXXI.) Ranae quoque rubetae, quarum et

mus, quam quae verissima. Haec dudum scriptis prodidit Albertus M. qui se ab iis accepisse profitetur, qui, ut ait, *erant experti valde circa castores. Castor*, inquit, de Animal. tract. I, lib. VII, cap. 5, pag. 221, *habet dentes fortes valde, et saepe exit de nocte de caveis riparum, et amputat ramos arborum qui sunt circa fluvios, et construit sibi casas ex eis... Caudam autem habet latam et squammosam, quia per illam natat insequendo pisces: et testes eius sunt id quod vocatur castorium. Dentes autem habet fortes, et est animal morsax, aliquando mordens homines: et dicunt quidam morsum illum non sanari, nisi laesus audiat fracturam ossium castori... Et abundant ista animalia valde in partibus Alemanniae quibusdam, et in terris Sclavorum, Poloniae, et Prussiae, et Russiae.* Eadem iterum repetit tract. II, lib. XXII, cap. 1, p. 584. Quibus sunt ea consentanea maxime, quae de fibris sive castoribus narrant ii, a quibus frequenter visos accepimus: nam et arbores ab iis morsu fractas, exstructasque ex arte casas ipsi visas a se referunt. Castoris dentes aliquando et nos tractavimus, duritiei prope incredibilis: frangi vix ut ulla vi queant. Ἀάταξ porro cuius Aristoteles meminit, animal est amphibium, lutrae fibroque congener: cui vis proinde par Inesse possit. Caeterum Pliniana transcripsit Solinus c. XIII, pag. 33. Hard. — *Iuxta flumina.* Festo fiber quasi fimber dicitur, quod in extremis fluminum oris ac tanquam fimbriis degat. Rem vero Aristoteles scripsit περὶ τῆς ἐνυδρίδος, quam lutram vocamus, Hist. lib. XI, cap. 5. Plautus: *Sic me subes quotidie, quasi fiber salicem.* Dalec. — *Arbores iuxta flumina, ut ferro, caedit.* Re quidem vera omnium rodentium bestiarum principes sunt fibri, et validissimos dentes habent; quibus utitur gens ad arbusta caedenda, casas sibi aedificatura. Cuv.

Cauda piscium iis. Nempe fibris. Vidimus et nos squammosam, latam semipede, sesquipede ipso longam. Hard. — *Cauda piscium iis.* Nempe squammosa, lata atque in horizontoidem lineam patens, sine pinna postica, et ut in caeteris quadrupedum intus composita. Cuvier.

Lutrae. La loutre Gallis dicitur. E fibrorum genere, inquit Plinius lib. XXXII, cap. 53. Hard.

Mollior pluma. Geminus fibro pilus est: alter longior, duriorque: interior alter, spissior, brevior, molliorque: Galli *duvet* vocant, unde pileis pretiosioribus concinnandis materies aptissima, quibus a castoribus nomen est. Hard.

XLVIII. *Rubetae.* A Graecis φρύνους vocari, idem Plinius scribit l. XXXII, cap. 18. Errant, qui bufonem putant, quem Galli *crapaud* nominant: neque enim Pliniana descriptio libri XXXII cum bufone congruit: aut Aetiana, de qua mox. Ranae genus est venenatae, a rubis et vepribus in quibus degunt, nomen sortitum. In notis quae Tironi falso adscribuntur, apud

in terra, et in humore vita, plurimis refertae medicaminibus, deponere ea quotidie ac resumere a pastu dicuntur, venena tantum semper sibi reservantes.

XLIX. Similis et vitulo marino victus, in mari ac terra: simile fibro et ingenium. Evomit fel suum, ad multa medicamenta utile: item coagulum ad comitiales morbos: ob ea se peti prudens. Theophrastus auctor est, anguis modo et stelliones senectutem exuere, eamque protinus devorare, praeripientes comitiali

Gruterum pag. 182, *Ranorubeta*. H. — *Ranae quoque rubetae*. De rubetarum veneno et sumpto, et afflatu incusso, vide Aelianum, de Animal. XVII, 12, et infra XXXII, 6. Dal.

Et in humore. Et quidem in humore seu aqua primum, post in terra, rubisque; unde ei lum rubetae nomen. Aelius, serm. XIII, cap. 36, pag. 258: *Rubeta, ranae species est, quae palustris vitae conditionem in terrestrem mutavit: unde et rubeta appellatur*, etc. Hard.

XLIX. *Similis*. Marini vituli victus similis est rubetis, in mari ac terra: ingenium vero simile fibris: *Nam ut sibi testes amputant fibri*, sic ille fel evomit... et coagulum... ob ea se peti gnarus. Hard.

Item coagulum. Theophrastus, haec habet, libro περὶ τῶν ζώων ὅσα λέγεται φθονεῖν, et auctor libri de Mirab. Auscult. pag. 1155. Dioscorides quoque lib. II, cap. 85, phocae, seu vituli marini coagulum, pares castorio vires habere, credique comitialibus plurimum prodesse testatur; et Aelianus, Hist. Animal. lib. III, cap 19. H. — *Coagulum*. Quartus vituli stomachus, cui gallice nomen *présure*, et cuius in premendo lacte frequens est usus. Quod hic phocae tribuit Plinius, id e Theophrasto (de Animalibus quae dicuntur invidere) mutuatus est. Nos non censemus ab illo suum stomachum vomi, neque id ulli animanti evenire posse. At verissimum est multis piscibus, quum derepente ex alto trahuntur linea, stomachum sus deque verti et par os exire, cuius rei causa est in vesicae natatoriae dilatatione, quam non iam comprimit columna aquae ipsi nuper incumbens. Porro qui primus hoc Theophrasto phaenomenon tradidit, sive ξυγγραφεύς, sive piscator, hunc errasse verisimile est in piscis nomine, et phocam pro alio quovis dixisse. Cuvier.

Theophrastus. Loco antea appellato. Sed recte is monet, neque vitulum marinum, dum coagulum emittit, neque stellionem, dum corium vorat, invidia id facere: sed illum metu evomere: hunc innato instinctu, quo canes, sues, et quadrupedes fere omnes secundas a partu vorant. Theophrastus magistrum secutus est, Hist. Animal. lib. VIII, cap. 23, pag. 911. Vtrumque auctor libri de Mirab. Auscult. pag. 1155, et Aelian. Anim. III, 17. Hard.

Senectutem exuere. Aristoteles et Theophrastus citatis locis. Senectutem stellionis tunicam auctor vocat lib. XX, cap. 10. Dalec. — *Anguis*

morbo remedia. Eosdem mortiferi in Graecia morsus, innoxios esse in Sicilia.

4 L. (XXXII.) Cervis quoque est sua malignitas, quanquam placidissimo animalium. Vrgente vi canum, ultro confugiunt ad hominem. Et in pariendo semitas minus cavent, humanis vestigiis tritas, quam secreta

modo et stelliones senectutem exuere. Repentes bestiae omnes identidem pellem mutant; quod Veteres nuncupabant senectutem exuere. Cuv.

Eosdem mortiferi in Graecia morsus, innoxios esse in Sicilia. Immo e contrario scribendum videtur verbis permutatis, *Eosdem mortiferi in Sicilia morsus, innoxios esse in Graecia.* Aristoteles in libro de Admirandis auditionibus: *Et in Sicilia autem aiunt et in Italia stelliones letali esse morsu, non sicuti nostrates.* Pint.— Ita se graece locus quem excitat Pintian. habet, pag. 1166, Καὶ ἐν Σικελίᾳ δὲ φασὶ καὶ ἐν Ἰταλίᾳ τοὺς γαλεώτας θανάσιμον ἔχειν τὸ δῆγμα· sive Stagiritae tribuendus, sive alio. Ipse certissime Arist. Hist. Animal. lib. VIII, cap. 33, pag. 987, in Italia stellionum morsus docet esse letales. Sed hinc quid sequitur? Aristotelem errasse Noster norat, quippe qui Italus. Ar. — *Stelliones mortiferi.... in Sicilia.* Auctor anonym. de Mirab. Auscul. contrarium dicit; non magis e vero. Neque enim in Sicilia, neque in Italia morsu nocet *Gecko* (nam is est vere stellio). At illius pedum acutae ungulae in cute papulas creant. Hactenus ille nocet. Quod non vetat meridionalis Europae plebi hunc maxime formidari, ut nobis; immerito quoque, hinc terrori est. Cuv.

L. *Cervis.* In historia cervi multa vera. Nec tamen vadem me praestiterim in quibusdam: qualia ex. gr. sunt parere cervam iuxta vias homini frequentatas; et ante et post partum certis herbis vesci, quas selegerit; et illius viscera quam facillime rumpi, et eius carne febrem fugari. Immo et cornu dextrum ab his humari, et ex hoc nasci hederam, expresse nego. Notandum quoque non ante octavum annum aurculos desinere, et longissimam vitam his minime contigisse; quod iam Aristoteles in dubium vocaverat, et nunc experientiis multis confutatum est, unde hos ultra tricesimum sextum annum et raro quadragesimum non durare certissimum est. Cuvier.

Sua malignitas. Sua quoque cervis, inquit, invidia est, qualis fibro, phocae, ac stellioni: nam cornu suum, ut infra dicetur, ceu medicamento aliquo praeditum, quum decidit, occultant, nobisque praeripiunt: alioqui animal placidissimum est: quippe urgente vi canum, etc. H.

Et in pariendo. Aristot. Hist. Anim. lib. VI, cap. 29, pag. 768, et lib. IX, cap. 6, pag. 1018; Plutarchus lib. de Solert. Anim. pag. 974. Causam vero huius instituti repetit Aelianus Hist. Anim. lib. VI, cap. 11, non ex placiditate morum, sed ex ingenii solertia magis: quod insidias nimirum sibi estulisque struit a feris timet, quibus se viribus imparem novit: homines autem celeritatis ac pedum confidentia nihil reformidat. Harp.

ac feris opportuna. Conceptus earum post Arcturi sidus. Octonis mensibus ferunt partus, interdum et geminos. A conceptu separant se. At mares relicti rabie libidinis saeviunt: fodiunt scrobes. Tunc rostra eorum 2
nigrescunt, donec aliqui abluant imbres. Feminae autem ante partum purgantur herba quadam, quae seselis dicitur, faciliore ita utentes utero. A partu duas,

Post Arcturi sidus. Ita Solinus c. XIX, pag. 39. Accuratius tempus Aristoteles signavit, scribens Hist. Anim. lib. VI, pag. 678: Οχεία γίνεται μετ'Αρκτοῦρον, περὶ τὸν Βοηδρομιῶνα καὶ Μαιμακτηριῶνα. *Coëunt post Arcturum*, etc. Coitum cervorum Nostri vocant, *le rut*. Duos ferme menses perdurat. Incipit post Arcturi exortum, quem oriri diebus undecim fere ante aequinoctium vernum Plinius tradit lib. XVIII, cap. 74. Hard.

Octonis. Quae sequuntur, ea habet etiam Aristoteles loco citato p. 769 et 771. H.

Donec aliqui. Ita MSS. omnes: editi *aliquando*. Rostrorum porro nigredinem imbribus elui delerique Plinius tradere videtur: Aristoteles vero sensisse exagitatos libidinis rabie cervos, inedia laboribusque se conficere, faciem nigrescere, exsudantibus guttis, sibi quemque seorsum scrobem fodere, nec prius huiuscemodi furorem exuere, quam supervenerint imbres: tunc enim primum, tanquam Veneris igne refrigerato, ad sanitatem pabulumque reverti. H.

Feminae autem ante partum purgantur herba quadam quae seselis dicitur, faciliore ita utentes utero. A partu, etc. Multa hic advertere est animadversione digna: Seseli et a partu et ante partum cervas pasci. Quod non fit mihi verisimile. Alia ergo herba est, quam seselis, qua post partum pascuntur. Helxinen eam appellat lib. XXV, ut habent libri scripti. Iidem libri hoc loco sic scribunt: *A partu duas, quae tamo et siselicis appellantur; pastae redeunt ad fetum*. Carent enim illis verbis, *herbas habent*. Puto scribendum: *A partu duas, quae tamus et sideritis appellantur, pastae redeunt ad fetum*. Salm. pag. 224. — Cicero, de Nat. Deor. lib. II, pag. 101: *Cervae*, inquit, *paulo ante partum perpurgant se quadam herbula, quae seselis dicitur*. Dioscorides quoque lib. III, c. 60, semen seselis menses et fetus ex utero ducere praefatus, mox idipsum ut partus adiuvet, capris quadrupedibusque aliis bibendum esse subiecit. Sibique adeo constans Plinius lib. XX, cap. 18, utilia et seselis folia esse dixit, ut quae partus adiuvent, etiam quadrupedum, parturasque ideo cervas eo pasci. Adde et Aelianum, Var. Histor. lib. III, cap. 35. Hard.

A partu duas. Libri omnes editi, *a partu duas habent herbas*: sed voculae duae postremae absunt a Reg 1, 2, Colb. 1, 2. Paris. Chiffl. etc. Referuntur enim haec verba, *a partu duas*, ad dictionem subsequentem *pastae*. Duas, inquit, a partu herbas pascuntur, ut ante partum unam. Ita

quae aros et seselis appellantur, pastae, redeunt ad fetum : illis imbui lactis primos volunt succos, qua-

Virgil. Georg. lib. IV, apes pasci arbuta dixit. Hano.

A partu... pastae redeunt ad fetum. In voce *seselis* nihil mutandum. Sed pro *quae aros*, legendum *chorion*, quod aeque ac *seselin* pro herbae genere accepit Plinius insigni errore : quum χορίον graece dicatur ea membrana, qua foetus involvitur. Boch. 891. — *Quae aros et seselis.* Dissentiunt de utraque herbula : hanc Salmasio depellente, ut *sideritin* reponat, in Solin. pag. 224 ; hanc improbantibus Pellicerio in notis MSS. et Bocharto parte 1 de Anim. lib. III, cap. 17, pag. 891. Arbitrantur hi nimirum Pliniana haec accepta esse ab Aristotele, Hist. Anim. lib. IX, cap. 6, pag. 1018, cuius verba haec sunt : Καὶ ὅταν τεκῇ, ἰσθὺς τὸ χορίον πρῶτον· καὶ ἐπὶ τὴν σίσελιν δὲ τρέχουσι, καὶ φαγοῦσαι, οὕτως ἔρχονται πρὸς τὰ τέκνα πάλιν. Hoc est : *A partu statim, χορίον edit, indeque accurrunt ad seselin, eaque depasta, sic rursus ad catulos redeunt.* Addunt χορίον Aristotelis, qua voce Graeci membranaceam tunicam, qua in utero fetus obvolvitur, significarunt, herbae cuiusdam nomen Plinium arbitratum esse : atque a partu duabus purgari, quae chorion et seselis appellarentur, somnieulosum alterius vocis interpretem nobis reddidisse : inde emendatores haud satis peritos, pro *chorion*, *quae aros* rescripsisse. At seselis certe nomen retinendum esse, adversus Salmasium evincit apertissime hic Philosophi locus. Quid si ex eodem colligam et aron non defendi modo posse, sed et oportere? Secundas enim statim a partu vorari ait. Quid si ad vim veneni depellendam, quam illae continent, pasci a cerva aron, sive draconteam, (nam herba est eadem) ex probato, idoneoque scriptore ostendero? Annon palam fiet ab Aristotele Plinium non discrepare? servandamque *aron*, quam recepta dudum lectio exhibet, manuque scripti libri permulti : etsi in quibusdam legitur, *quae tamo et siselicis appellantur* ? Auctor is est doctior multo quam elegantior, Albertus M. de Animal. lib. VIII, tract. 2, cap. 1, pag. 250 : *Quum*, inquit, *femina cervi peperit primo, si potest, comedit herbam, quae draconteа vocatur, vel aliam, quae similem virtutem habet contra venenum secundinae, quam semper cerva partam comedit, et tunc redit ad partum.* Et paulo post : *Amplius autem, quando parit cerva, subito comedit secundinam, antequam comedat super terram, et quum adhuc adhaeret partui : et est opinio quorumdam, quod secundina sit venenosa : propter quod comedit draconteam.* Quin etiam alios ad usus draconteam a cerva mandi docet idem pag. 251, nempe ad dentes exacuendos. Hoc vero eum aut certo didicisse experimento necesse est, aut ab iis haussisse scriptoribus, ex quibus Plinius sua concinnavit : qui lib. XXIV, cap. 16, sect. 92, aron commendat ipse pro antidoto contra venena. H. — Nos dormitasse Plinium eredimus, *chorion* pro herbae nomine accipientem. Aj.

Illis imbui. His herbis, inquit, cervae lac primum, quod fetui traditurae sunt, eondi perpurgarique a partu statim, aliqua nobis ignota vi ac ratione satagunt. Dioscorides certe loe.

cumque de causa. Editos partus exercent cursu, et fugam meditari docent: ad praerupta ducunt, saltumque demonstrant. Iam mares soluti desiderio libidinis, avide petunt pabula. Vbi se praepingues sensere, latebras quaerunt, fatentes incommodum pondus. Et [3] alias semper in fuga acquiescunt, stantesque respiciunt: quum prope ventum est, rursus fugae praesidia repetentes. Hoc fit intestini dolore, tam infirmi, ut ictu levi rumpatur intus. Fugiunt autem latratu canum audito secunda semper aura, ut vestigia cum ipsis abeant. Mulcentur fistula pastorali et cantu:

cit. concoctiones adiuvare potum seselis semen, testatum reliquit. H.

Editos partus. Aristot. Histor. Anim. lib. VI, cap. 29, pag. 770. H.

Saltumque demonstrant. Absurda Solini paraphrasis cap. XIX, pag. 39: *Et assuescunt salire per abrupta.* Saltus hic lustrum est, et cubile, ut Turnebus admonuit, Advers. lib. III, cap. 22. Aristoteles, tum loco cit., tum Hist. lib. VI, cap. 29, p. 770, σταθμούς vocat. Εἴθισται δὲ ἄγειν τοὺς νεβρούς ἐπὶ τοὺς σταθμούς· ἔστι δὲ τοῦτο τὸ χωρίον αὐταῖς καταφυγή, πέτρα περιῤῥαγεῖσα μίαν ἔχουσα εἴσοδον, οὗ καὶ ἀμύνεσθαι εἴωθεν ἤδη τοὺς ἐπιτιθεμένους. *Assuescit hinnuleos petere lustra: quem locum pro profugio habet: saxum est illud praeruptum, uno aditu: ubi etiam pugnare solet adversus eos qui se adoriuntur.* H. — *Saltumque demonstrant.* Cubile et lustrum, Turneb. Advers. lib. III, cap. 22. Quidam exponunt editum montem: alii, saliendi pernicitatem. Dalec.

Vbi se praepingues. Arist. Hist. Anim. lib. IX, cap. 6, pag. 1018. Hard.

Et alias semper. Non utuntur perpetua, sed interrupta fuga: mox sistunt se, aversi tamen: respiciunt enim donec venator superveniat: tum fugam redintegrant. Arist. Hist. Anim. lib. VI, cap. 29, pag. 772, totidem plane verbis intermissionem cursus et causam explicat.

Quum prope. Quum prope est, qui eas insectatur: ἕως ἂν πλησίον ἔλθῃ ὁ διώκων. H.

Rumpatur intus. Exteriore interim corio salvo atque integro, τοῦ δέρματος ὑγιοῦς ὄντος. H.

Vt vestigia cum ipsis abeant. Vestigiis persequi feras dicuntur qui odorem earum sequuntur. Hinc *vestigia* pro odore. Salm. pag. 220. — Vestigia pro odore dixit. Vnde paraphrastes Solinus cap. XIX, pag. 39: *Acceptis canum latratibus, secundo vento vias dirigunt, ut odor cum ipsis recedat.* Nec leves ego causas illas praeterea duco, ut celeritatem ventus addat, tum ne spiritus occludatur. Hard.

Mulcentur fistula pastorali, et cantu. Negat Salmasius in Solin. pag. 220, de fistula Aristotelem esse locutum: sed de sibilo, qui solo ore editur, συρίττειν accipiendum esse. Tamen

quum erexere aures, acerrimi auditus: quum remisere, surdi. Caetero animal simplex, et omnium rerum miraculo stupens: in tantum, ut equo aut bucula accedente propius, hominem iuxta venantem non cernant: aut si cernant, arcum ipsum sagittasque mirentur. Maria tranant gregatim nantes porrecto ordine, et capita imponentes praecedentium clunibus, vicibusque ad terga redeuntes. Hoc maxime notatur a Cilicia Cyprum traiicientibus. Nec vident terras, sed in odore earum natant. Cornua mares habent, solique animalium omnibus annis stato veris tempore amittunt: ideo sub ipsa die quam maxime invia petunt. Latent amissis velut inermes: sed et hi bono suo invident. Dextrum cornu negant inveniri, ceu

eum Philosophi locum lib. IX, cap. 6, pag. 1021, interpretatur Scaliger, ἁλίσκονται δὲ θηρευόμεναι αἱ ἔλαφοι συριττόντων καὶ ᾀδόντων, ita vertit, *Capiunt venatores cervos fistula et cantu.* Et qui plus in ea lite diiudicanda momenti habet de fistula haud dubie Plutarchus accepit l. de Solert. Anim. pag. 961: Κηλοῦνται μὲν ἔλαφοι, inquit, καὶ ἵπποι σύριγξι καὶ αὐλοῖς, καὶ τοὺς παγούρους ἐκ τῶν χηραμῶν ἀνακαλοῦνται βιαζόμενοι ταῖς φώτιγξι. *Illiciuntur ac deliniuntur cervi et equi fistulis atque tibiis: et paguros e saxorum cavernis vi eliciunt lotinae fistulae cantu.* Xenophon item in Geopon. lib. XIX, cap. 5, pag. 467: Αὐλῶν δὲ καὶ συρίγγων ἐμμελῶν ἐπακούσασαι, οὐκ ἀπορεύγουσι, ἀλλ' ἡδόμεναι παραμένουσι, καὶ οὕτως θηρῶνται. *Tibias et fistulas concinnas audientes non aufugiunt*, etc. H.

Quum erexere. Aristot. Hist. Anim. lib. IX, cap. 6, pag. 1022. H.

Caetero. Solinus cap. XIX, p. 39. Hasd.

Maria tranant. Solini loco citato, MSS. melius, *trameant.* Solinus tamen in editis, *tranant.* H.

Vicibusque. Vices ita servant, ut primus qui ducebat agmen, defessus, in postremum agmen remigret, recreetque cervices lassas. H.

A Cilicia Cyprum. Aelianus, Hist. Anim. lib. V, cap. 56. H.

Cornua mare. Habet haec omnia, quae mox aequantur, Aristoteles, Hist. Anim. lib. IX, cap. 6, p. 1019 et 1020. Idque antea liquido affirmaverat, Hist. lib. IV, cap. 11, pag. 502, scribens, κέρατα ἔλαφος θήλεια οὐκ ἔχει. Sunt auctores tamen qui visam esse olim in Gallia cervam cornutam affirment, atque eius hodieque cornua asservari. Pindarus, Anacreon, Sophocles, etiam et feminis cornua esse scripserunt, inquit Aelian. Hist. Anim. lib. VII, c. 39. Haro.

Latent amissis velut inermes, etc. Sic scribe: *latent amissis velut inermes, sed et hic bonum suum* (an *bona*

medicamento aliquo praeditum : idque mirabilius fatendum est, quum et in vivariis mutent omnibus annis: defodi ab iis putant. Accensi autem utriuslibet 5 odore comitiales morbi deprehenduntur. Indicia quo-

sua) *invident*: *dextrum cornu negant inveniri*. Cervi quum cornua amittunt, dexterum defodiunt, quod multis in rebus efficacius ad medelam esse creditum. Sic bona sua invident cervi, non bono suo: nec enim hoc illis prodest, sed ne homini prosit, ideo putantur subtrahere. Salm. pag. 224. — Arist. loco cit. et Aelianus, Hist. Anim. l. VI, cap. 5. H.

Sed et hi. Sed et hi, *ut fiber et vitulus marinus*, bonum suum nobis invident. H.

Sed et hi bono suo invident. Scribebatur olim *invidentes*. Ego lego alterutro modo, aut expuncta particula, *sed*: *et ipsi suo bono invidentes*; aut certe, *sed et ipsi bono suo invident*. Pint. — *Bono suo invidentes*. Inter lapides Orpheus, suo de illis poëmate, cornuum cervi dotes et medicas vires diligenter prosequutus est. Theophrast. de Invidia Animal. Dalec.

Dextrum cornu negant inveniri. Solinus, *dextrum* quoque cum suo Plinio: sed magis ast ut *sinistrum* legatur. Aristoteles, libro nono, capite sexto: *Fertur autem sinistrum cornu a nemine unquam visum: abscondi enim ab his tanquam medicam quamdam vim habens*. Sed quoniam idem Aristoteles, in libro de admiranda Auditione, Epiri cervas dextra cornua defodere ait, videtur Plinius, aut quivis alius lapsu memoriae, quod est proprium cervarum Epiri, cervis omnibus tribuisse. Pint. — *Dextrum cornu*. Aristoteles loco. cit. sinistrum habet: sed Theophrastus, in fragmento, De animalibus quae dicuntur invidere: Καὶ ὁ ἔλαφος τὸ δεξιὸν κατορύττει κέρας, etc. Subscribit Aelianus, Hist. Anim. lib. III, cap. 47. In Epiro etiam cervos dextrum cornu defodere, scribit auctor libri de Mirab. Auscult. pag. 1156. De sinistro vero consentit Aristoteli Albertus M. de Anim. tract. II, lib. VIII, cap. 1, pag. 250. H.

In vivariis. De his dicemus cap. 78. Haan.

Accensi autem utriuslibet, etc. Vulgat. libri, *accensis aut. utrislibet*; sed leg. ut noster se textus habet: *accensi autem utriuslibet odore et comitiales morbi deprehenduntur*; scilicet adusto cervino cornu. Salm. p. 224. — *Accensis autem*. Duo illa verba, *serpentes fugantur*, in neutro exemplari habentur, non male: nam eius rei paulo post fit mentio; et glossema h. l. odoror. Reliqua in eisdem sic leguntur: *Accensi autem utrius collibeat odore, et comitiales morbi*, etc. Pint. — *Accensi autem utriuslibet odore o. morbi deprehenduntur*. In aditis ad hunc diem libris, scriptum est, *Accensis autem utrislibet, serpentes fugantur*. Nos admonitu codicum Reg. 1, 2, Paris. Chifflet. Toletan. et Salmant. quos Pintianus laudat, has postremas voces expunximus, quoniam eius rei fit postea mentio: prioresque sanavimus. Solinus tamen agnovisse et illas hoc loco videtur, scribens cap. XIX, pag. 39: *Si fugare angues gestias, utrum velis, uras: quae ustrina*

que aetatis in illis gerunt, singulos annis adiicientibus ramos usque ad sexennes. Ab eo tempore similia revivescunt: nec potest aetas discerni, sed dentibus senecta declaratur. Aut enim paucos, aut nullos habent: nec in cornibus imis ramos, alioqui ante frontem prominere solitos iunioribus. Non decidunt ca-
6 stratis cornua, nec nascuntur. Erumpunt autem renascentibus tuberibus primo aridae cutis similia. Eadem teneris increscunt ferulis, arundineas in paniculas molli plumata lanugine. Quandiu carent iis, noctibus procedunt ad pabula: increscentia solis vapore durant, ad arbores subinde experientes: ubi placuit robur, in aperta prodeunt. Captique iam sunt, edera in cornibus viridante ex attritu arborum, ut in aliquo ligno, teneris, dum experiuntur, innata. Fiunt

praeterea nidore vitium aperit ac detegit, si cui inest morbus comitialis. Sed ex dicendis postea huc antevertit. Hac de re iterum Noster lib. XXVIII, cap. 63. H.

Indicia quoque aetatis in cornibus gerunt, singulos annis adiicientibus ramos usque ad sexennes. Lege: *singulis annis adiicientibus ramos.* Vsque ad sexennes id incrementum perseverat. In trimatu ramosa habere cornua incipiunt. Salm. — Aristot. Hist. lib. IX, cap. 6, pag. 1019; Solinus cap. xix, pag. 39, et Albert. M. loc. cit. Hard.

In cornibus imis ramos. Propugnacula rectius appellasset, ut Aristoteles ἀμυντῆρας. Sunt autem ἀμυντῆρες nutantes prorsum partes cornuum, quibus pugnant: has porro vetuli non habent. Hard.

Non decidunt. Solinus loco citato. Hard.

Erumpunt autem renascentibus, etc. Plumata molli lanugine in paniculas arundineas, id est, ad instar panicularum arundinearum. Salmas. — *Erumpunt autem.* Aristotelis verba haec sunt, loco citato, pag. 1020: Φύεται δ' ὥσπερ ἐν δέρματι τὰ πρῶτον, καὶ γίνονται δασέα· hoc est, *Inchoantur primum quasi cute obducta, et quasi hirsuta.* Erumpunt autem cornua in hunc modum: sunt enim similia primo tuberibus cutis aridae renascentibus: crescunt eadem teneris similia ferulis, molli lanugine vestita, quales sunt fere arundinum comae. H. — Caeterum duplex olim varietas lectionis fuit, prior nimirum scripto *generis* pro *teneris*; posterior vero *plumosa* pro *plumata.* Vtrumque Salmas. loco citato respuit. As.

Quandiu carent. Arist. iisdem verbis loco cit. H.

Solis vapore durant. Solis calore duriora efficiunt. H.

Capti iam sunt. Arist ibid. H.

Teneris. Teneris cornibus innata,

aliquando, et candido colore, qualem fuisse tradunt Q. Sertorii cervam, quam esse fatidicam Hispaniae gentibus persuaserat. Et iis est cum serpente pugna. Vestigant cavernas, nariumque spiritu extrahunt retinentes. Ideo singulare abigendis serpentibus, odor adusto cervino cornu. Contra morsus vero praecipuum remedium ex coagulo hinnulei in matris utero occisi. Vita cervis in confesso longa, post centum annos aliquibus captis cum torquibus aureis, quos Alexander Magnus addiderat, adopertis iam cute in magna obesitate. Febrium morbos non sentit hoc ani- 8

dum attritu arborum experirentur eorumdem robur. H.

Candido colore. Philostratus de vita Apollonii lib. III, cap. 3, pag. 116. In Reg. 1 et 2 legitur: *Fuit aliquando et candido colore.* H.

Esse fatidicam. Appianus, Bel. Civil. lib. I, pag. 419; Gellius lib. XV, cap. 22, pag. 837: *Cervo*, inquit, *alba eximiae pulchritudinis et vivacissimae celeritatis, o Lusitano quodam, Sertorio dono dato est: hanc sibi oblatam divinitus, et instinctam Dianae numine colloqui secum, monereque, et docere, quae utilia foetu essent, persuadere instituit*, etc. Valerius Maxim. de simulata Religione, I, 3. H.

Et iis est. Solinus cap. XIX, pag. 39, iisdem fere verbis, reliquum hoc totum caput in suum opus transtulit. Hard.

Vestigant. Aelianus, Histor. Animal. lib. II, cap. 9; Plinius ipse, lib. XXVIII, cap. 9, cap. 42. Xenophon, quem laudat auctor Geopon. XIX, 5, pag. 467. Hard.

Ideo singulare. Aelian. Hist. Animat. IX, 20, aliique. H.

Vita cervis. Hoc quidem Aristoteles, loco proxime appellato, hominum fama ac sermone circumferri ait: constare, non affirmat. H.

Post centum annos. Refert Guaguinus, Hist. Franc. lib. IX, cap. 3, Caroli Sexti temporibus, prope Silvanectum, *Seulis*, canum latratibus excitatum esse cervum, compulsumque in retia, qui torquem aeneum in collo gestaret. Erat in torque latinis litteris inscriptum, *Hoc me Caesar donavit*, interpretantibus nonnullis, inquit, id de Iulio Caesare accipiendum esse. H. — Scilicet nec Imperator Germanicus *Caesar* (*Kaiser*) dicitur, nec repugnat undecies saecularem cervum vixisse! Ω μοι τοῦ πώγωνος ὃν ἀληθῶς ἀνέφυσας, quisquis primum ista crepuisti! Az.

Febrium morbos. Solinus, loc. cit. Martialis eo alludit, lib. VI, epigr. XXXI, *in leonem uxoris suae*: quod omnes hactenus interpretes latuit. *Vis sine febri mori*, inquit: hoc est, cervorum vis ritu vivere ac mori: qui et cornua habent, et febri carent. Hac de re dicemus iterum in transcursu, XXVIII, 66. H.

mal, quin et medetur huic timori. Quasdam modo principes feminas scimus omnibus diebus matutinis carnem eam degustare solitas, et longo aevo caruisse febribus: quod ita demum existimant ratum, si vulnere uno interierit. (XXXIII.) Eadem est specie, barba tantum et armorum villo distans, quem τραγέλαφον vocant, non alibi quam iuxta Phasin amnem, nascens.

Quin et medetur huic timori. Chiffl. cod. *timor.* Perperam sane: timori febrium mederi dixit: quod efficeret id morbi genus ne metueretur. Ita Solinus accepisse videtur, cap. XIX, pag. 39: *Patuit nunquam eos febrescere: quam ob causam confecta ex eorum medullis unguina, sedant calores hominum languentium.* H.

Quasdam modo. Ita MSS. omnes: editi, *quasdam nos.* H.

Matutinis. Horis scilicet, ut persaepe alias, subauditis. H.

Caruisse febribus. Tamen Avicenna lib. II, tract. 2, cap. de Carne, pag. 28, carne cervorum quartanas febres excitari scribit. Damnat eamdem Galenus, de Aliment. Facultat. tom. VI, lib. III, cap. 2, pag. 383, quod et vitiosum succum generet, et difficilis sit ad concoquendum. H.

Τραγέλαφον. Hoc est, hircocervum, ab hircina barba: idem ab equina iuba hippelaphus a Philosopho appellatur, Hist. Anim. lib. II, cap. 5, pag. 162. Salmas. in Solin. pag. 229, verum tragelaphum Lutetiae a se visum affirmat, quem *hircum Barbariae* nominabant ii, qui circumferebant. Albertus M. de Animal. tract. 2, lib. XXII, cap. 1, pag. 597, equicervum hunc ab equicervo Germanorum, quem *Eleud* ii appellant, diversum esse admonet, ut sane est. Solinus porro locum hunc transcribit iisdem verbis, cap. XIX, pag. 39. HARD. — *Tragelaphon.* Quis sit Aristotelis hippelaphus, Plinii tragelaphus, diu quaesitum. Hippelapho equi et cervi forma particeps, iuba quaedam parva in collo et armis; barba sub gula; pes biaulcus, cornua capreoli, tum cervi statura; sedes vero usitatissima Arachosia est. Tragelaphus Phasidi proxima incolit, et barba tantum armorumque villositate a cervo distat. Saepe iam productis Buffon et Pallas placet hippelaphon tragelaphonque cervos esse senectute confectos; his collum longioribus villis tunc vestiri. At capreoli cornua minime habent. Privigno meo Alf. Duvaucel contigit, ut verum hippelaphon reperiret, quem cum tragelapho eumdem esse reor. Cervus ille est montanus e septemtrionali India; unde facillime in Arachosiam, Caucasumque et Phasidos ripas potuit migrare. Huic cervi statura, villi longi et tenues circa collum, et cornua in tres ramos ut in capreolo abeuntia. Ego illius descriptionem inserui meis *Recherches sur les ossements fossiles*, tom IV, pag. 503, nomenque imposui *cervum Aristotelis.* Cuv.

Iuxta Phasin. Et in Arabia, ut Diodorus est auctor, Bibl. lib. II.

LI. Cervos Africa propemodum sola non gignit: at, chamaeleonem et ipsa, quanquam frequentiorem Indiae. Figura et magnitudo erat lacertae, nisi crura essent recta et excelsiora. Latera ventri iunguntur, ut piscibus, et spina simili modo eminet. Rostrum, ut in parvo, haud absimile suillo: cauda praelonga in tenuitatem desinens, et implicans se viperinis orbibus: ungues adunci; motus tardior, ut testudini: corpus

LI. *Cervos Africa.... non gignit.* Arist. Hist. Anim. lib. VIII, cap. 33, pag. 981, post Herodot. Melpom. lib. IV, pag. 286. Et tamen cervis socios refecit Aeneas, apud Maronem, in conspectu fere Carthaginis ipsius. Cervos Libycos laudat et Opplanus, Cyneget. lib. II, vers. 259. Sed poetis credere intutum. Haap. — *Cervos Africa propemodum sola non gignit.* Videtur quidem Africa, utut antiloparum plena staturis et coloribus variis notabilium, non habere cervos, ne has quidem species a nostris maxime distantes, Asiamque maxime frequentantes. De quibusdam nos monuimus in nostris *Recherches sur les ossements fossiles*, vol. IV. Quosdam Shaw in Barbaria esse vult, cornibus quidem cervo pares, sed statura impares, quos Arabes *beker el wash* nominant; imo talem in montibus captum et a se visum asseverat. Bossmann quoque in Guinea tales ponit. Sed antilopas esse figurae arguunt; et sequutus est Bossmann exemplum Batavorum colonorum *Agathelpidos* (*cap. de Bonne-Espérance*), qui antilopibus nomina imponunt *alcen*, *cervum*, *capreolum*. Suspicor et similem errorem in Labat, dum a Senegambiae nigritis nuntiat multos cervos comprehendi; namque in Senegambia recentiores viatores antilopas solas notarunt. Cuv.

Chamaeleonem, etc. Satis bona descriptio, quamvis non omnia continet, quae Aristoteles suae inseruit, Hist. Anim. II, 11. A Stagirita tamen hanc Plinius desumpsit. Cuv.

Figura. Integram hanc de chamaeleone narrationem habet etiam Arist. Hist. Anim. lib. II, pag. 205 et 206. A Plinio Solinus, cap. XL, pag. 71. H.

N. crura. Aristotelis verba haec sunt: Μετεωρότερος δ' ἐστὶ τῇ ἀπὸ τῆς γῆς ἀποστάσει, τῶν σαύρων· τὰς δὲ καμπὰς τῶν σκελῶν, καθάπερ οἱ σαῦροι, ἔχει. *Excelsiore habitu est a terra, quam lacertus: inflexus crurum, ut illi.* H.

Latera ventri. Planiora sunt Arist. verba: Τὰ δὲ πλευρὰ κάτω καθήκει, συνάπτοντα πρὸς τὸ ὑπογάστριον, καθάπερ τοῖς ἰχθύσι. *Costae demissiores* quam lacerto, *quae sub ventrem, sicut in piscibus, coeunt.* H.

Et spina simili modo eminet. Olim legebatur: *et spina simili modo. Eminet rostrum, ut in parvo haud absimile suillo.* Sed verbum *eminet* cum minore littera scriptum, superioribus annecte. Aristoteles lib. XI, cap. 12: *Et spina erigitur aeque ut in piscibus.* Reliqua sic legenda sunt, *Rostro ut in parvo, haud absimili suillo.* Porro in impressione romana,

asperum, ceu crocodilo: oculi in recessu cavo, tenui discrimine praegrandes, et corpori concolores: nunquam eos operit: nec pupillae motu, sed totius oculi versatione circumspicit. Ipse celsus hianti semper ore, solus animalium nec cibo nec potu alitur, nec alio

et plerisque aliis, *ut in parvo sit*, legitur. Existimo igitur huoc locum truncatum, sic posse in priorem, aut priori propinquum statum reponi, *Rostro, ut in parvo, simiae haud absimile suillae*. Arist. loco praedicto: *Rostrum simiae porcariae simillimum*. Pint. — *Suillo*. Simiae suillae dixit Aristoteles: Τὸ δὲ πρόσωπον ὁμοιόρατον τῷ τοῦ χοιροπιθήκου. Verum quid si pro χοιροπιθήκου in Aristotele scribi oportuerit, κερκοπιθήκου? Nam caudata simia nihil vulgatius: de porcaria nihil legere me memini. Sed re ipsa chamaeleonis rostrum, nec simiarum rostro simile esse, nec suillo, docent anatomici, qui chamaeleonem ante annos quindecim Lutetiae disseeuere: sed quale fere piscium est. H.

Ceu crocodilo. Sed squamis tamen multo minoribus, laevioribusque, quam crocodilo. Perperam hic inscitiae Plinius arguitur, in libro inscripto *Mélanges d' histoire et de littérature*, tomo I, pag 242. H:

Nunquam eos. Nunquam totos operit: nam etsi praegrandes per se, et iidem cute obducti sunt, tenue tamen foramen, locosve in meditullio oculi situs, unde id animal cernit, nunquam ea cute obtegitur. Οὐδέποτε δὲ τῷ δέρματι ἐπικαλύπτει τοῦτο. Hard.

Nec pupillae motu. Deprehenditur, inquit, in caeteris animalibus, immotis palpebris pupillae motus: hoc motu pupillae chamaeleo caret, nec nisi totius oculi, cum ipsis simul palpebris, seu obtegente cute, circumspicit oculis etiam in orbem versatis: Στρέφει δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς κύκλῳ, etc. H.

Versatione. Ita MSS. omnes fere. Editi, *versione*. H. — *Oculi... versatione circumspicit*. Pro oculo hic Noster accepit oculum simul et palpebram, qua tegitur pars illius anterior. Quum autem exiguum palpebrae foramen sit, dissectione sola error vitari poterat. Melius sane Aristoteles, dum oculum ait pelle tectum, quae oculo simillima est. Cuv.

Nec cibo. Falsum hoc, neque ab Aristotele proditum: etsi aliorum eruditorum animis haec opinio dudum insedit. Aelianus Hist. Anim. lib. IV, cap. 33, pugnare interdum cum serpente chamaeleonem, cibi inopia, ex Alexandro Myndio testatum reliquit. Ioan. Brodaeus, Misc. lib. VI, cap. 21, et anatomici Parisienses, anno 1669, operis sui pag. 33, linguam ei testantur inesse praelongam, in extrema parte glutinosam, cuius repentino iaculatu, muscas, culices, formicas, vermes captet, attrahatque in os: aiuntque ea a se in ventriculo chamaeleonis dissecti esse reperta. Hard. — Falso Plinius. Insectis vescitur chamaeleo, sed perpaucis; nec mirum quum corporis partem maiorem pulmones occupent, quibusdam id placuisse, aërem alimenti loco esse chamaeleoni. Cuv.

quam aëris alimento: circa caprificos ferus, innoxius alioqui. Et coloris natura mirabilior: mutat namque eum subinde, et oculis, et cauda, et toto corpore, redditque semper quemcumque proxime attingit, praeter rubrum candidumque. Defuncto pallor est. Caro in capite et maxillis, et ad commissuram caudae admodum exigua, nec alibi toto corpore: sanguis in

Nec alio quam aëris alimento. Theophrasto auctore, parum abest quin pulmo totum corpus impleat, ideoque dum auram captat, et consectatur avidius, ea vivere sola creditur: eadem quoque causa et colorem mutare idem censet, nempe raro et pellucente corpore, ob aëris copiam distendentis. Dal.

Circa caprificos. De caprifico arbore hoc accipiendum putaruot Claimondus nescio quis, et onatomici Parisieoses: quumque intelligerent nihil ferociae accessisse chamaeleool, ex arboris huius vicioitate atque adsceosu, Plinii placitum falsum esse pronuntiarunt. *Circa Capricornum* ille reposuit: isti placidissimum eo tempore id auimal esse deprehenderunt, nedum feritate praecipua, ut Plinios asseverat. Nos caprificiales dies interpretati sumus de quibus Plinius, lib. XI, cap. 15: *Aestivi mellis vindemiae Attici signum dederunt caprificialem diem Vulcano sacrum.* Haec porro Volcanalia celebrari solita, decimo kal. septemb. hoc est, sub fioem canicularium dierum, testatur romanum calcodarium vetus apud Gruterum, pag. 133 et 134. H. — *Redditque semper quemcumque proxime attingit.* Certum quidem est, ut caeteris lacertis quibus magoi pulmones, sic chamaeleooi solitum facile mutare colores, prout affectus sensationesque variant; tum et viridem, luteum, fuscum, nigrum huoc fieri, ounquam vero omnino rubrum, aut omnino album. Nec earum rerum colorem rapit quas tetigit; neque id Aristoteles scribit. Theophrastus (*de anim. quae colorem mutant*) optime causas indicat talium mutationum, quas pulmoonm eoorml volumini tribuit. Cov.

Praeter rubrum, etc. Facit cum Arist. et Solino, locis citatis, Theophrastus in fragmeoto, de animalibus quae colorem mutant. Aelian. tameo, Hist. Anim. lib. II, c. 14, et anatomici Parisienses, album etiam colorem io eo auimadversum testantur. H.

Defuncto. Arist. et Solinus, locis cit. H.

Nec alibi toto corpore. Noo exacte, quamvis ex Hist. Animal. Arist. Chamaeleonis musculi perexigui quidem suot, et ubicumque in lacertis caeteris esse solent; his crassiores taotum paulo sunt. Cuv.

Sanguis in corde... tantum. Arist. l. cit. Parisienses tamen anatomici, pag. 33, toto corpore sanguinem esse fusum aiunt. H. — *Sanguis in corde, et circa oculos tantum.* Aristoteles quoque auctor, et in vano est. Nam chamaeleoni ubique iofusus sanguis, sed non abunde, et mor-

corde, et circa oculos tantum: viscera sine splene. Hibernis mensibus latet, ut lacertae.

LII. (XXXIV.) Mutat colores et Scytharum tarandus,

tuo animali, tunc circa cor consistit. Cuvier.

Viscera sine splene. Splenis vestigium nullum vidisse se iidem anatomici fatentur, pag. 23. Non esse conspicuum potius, quam omnino deesse splenem, Aristotelis sententia esse videtur, scribentis, σπλῆνα δ'οὐδαμοῦ ἔχει φανερόν. *Viscera* porro nunc interiora significant, et quidquid sub corio est: quo sensu Maro, *Et viscera nudant.* H. — *Viscera sine splene.* Splen chamaeleonis ita parvus, ut multos vel sedulo observantes facile fefellerit; nam lentem via aequat magnitudine. Aristoteles tamen eum ait tantum non adspici. Audacior Noster, qui nil suis oculis pervidet. Cuv.

LII. *Tarandus.* Hesychio, Τάρανδος, ζῶον ἐλάφῳ παραπλήσιον, *cervi simile.* Tauro magnitudine et dorso parem fecit Aelianus, Histor Anim. lib. II, cap. 46, τὰ νῶτα παραπλήσιος ταύρῳ καὶ τὸ μέγεθος. De tarando pariter scripsere, Auctor libri de Mirab. Auscult. p. 1152; Theophrastus, de iis quae colorem mutant; Phile, de Prop. Animal. pag. 102; Stephanus, p. 203, etc. Vulgo, *le Ranger*, appellari in Germania, ab eruditis existimatur. H. — Arist. περὶ θαυμασ. ἀκουσμ. et Theophrastus fragmento de iis, quae colorem mutant. Dalec. — *Scytharum tarandus.* E libro de Mirabilib. Auscult. et Theophr. de iis anim. quae colorem mutant desumpta pagella; et rem explicant tum varietas singularis cui Laponici *Rangiferi* (*renne*) genus obnoxium est, tum albidus color quem facile, saeviente hyeme, contrahit. Quibusdam forsan e Graecis negotiatoribus qui in Scythiam itabant, et a quibus tot fabellas Herodotus acceperat, dictus est tarandus colorem mutare et hyemis tempore nivi similis fieri; mox aucta usque et usque narratio eo pulchritudinis devenisse quo videmus in Antigono Carystio, Theophrasto, Aeliano, Plinio, aliis. (Cf. Bekmann. ad lib. de Mirab. Ausc. Goetting. 1786, in-4.°, p. 65 sqq.) Caeterum tarandum eumdem cum Laponico Rangifero (*cervo tarando* Linn.), non eum Elann, *cervo alce* eiusd. arguit, ut coloris mutationem praeteream, Teutonicorum nominum similitudo; siquidem Germanice est *das rennthier*, Anglice, *the rendeer*, unde *tarandus.* Quid si cum asino similitudinem cogitaveris? quid, si cornua ramorum formam ut in cervo imitantia? quid si pedem biaulcum, de quo Plinius aliique consentiunt? Nam nemo hoc asseret Alci, ut cervo, cornua ramorum similia esse. Magnitudinem quidem bovis tarando concedunt lib. de Mirab. Auscult. Theoph. Aelianus, Plinius, Phile, Stephan. Byz. de Vrbib. Eustathius, Ioan. Damasc. Solinus. At quum illi compilatores, non observatores alii alios rescripserint, nulla in tali consensu auctoritas; et Hesychius ad veram staturam animal reducit, dum generaliter ἐλάφῳ παραπλήσιον pronuntiat. Noster *Elan* (*cervus alce* Linn.) si mutat colores, mutat minus; tum hunc eumdem cum Alce, vel Achli esse iam certa res est. Vide supra. Ta-

nec aliud ex iis quae pilo vestiuntur, nisi in Indiis lycaon, cui iubata traditur cervix. Nam thoes (lupo-

randus idem quoque est cum *bove cervi figura*, de quo I. Caesar. Bell. Gall. VI, 26. Soli enim *sicut palmae, rami quam late diffunduntur*, et *eadem est feminae marisque natura, eadem forma magnitudoque cornuum*. Quod autem *a media fronte unum cornu existit*, falsum quidem; sed facile videri potuit rem eminus spectantibus, nec bene inter ramos stirpes ipsas distinguentibus. Tum quibusdam commentatoribus placet *utrum cornu* quod idem ac *utrumque*, ut in Gell. lib. IX, cap. 13, *utris summo studio pugnantibus*. Et forsan optimum omnium *utrumque*. Conf. Merrem *de animalibus Scythicis apud Plinium*, § 5. Cuvier.

Lycaon. Vt furta, credo, sua dissimularet Solinus cap. xxx, pag. 57, hoc animal Indicum, unaque tarandum Plinii, Aeliani, aliorumque testimonio Scythicum, Aethiopiae dedit. *Eadem Aethiopia*, inquit, *mittit Lycaonem: lupus est cervice iubatus*, etc. *Mittit et tarandum*, etc. Harc. — *Lycaon*. De *fele iubata* Gmel. vulgo *guépard* aut *tigre chasseur* agi credo. Huic cervicem pili obumbrant longiores quam in caetero corpore. Non magis tamen de arbitrio colores mutat quam tarandus. Corpus fulvum, et maculis nigris distinctum. Solinus qui hunc in Africa ponit, qua quidem in parte mundi freques occurrit, varios tantum colores illi tribuit: *Tot modis varius, ait, ut nullum illi colorem dicam abesse*. Cuvier.

Nam thoes. Aristoteles, Hist. Anim. lib. VI, cap. 35, pag. 785: Explosa iampridem eorum sententia est, qui thoas volunt esse lupos cervarios. Consule ea de re, si vacat, Hermolaum in Pliniaois notis; Aldrovandum, de Quadrup. Digit. lib. I, cap. 3, pag. 90, aliosque. Thoas esse Papiones, tota Asia frequentes, quos describit Albertus M. de Animal. tract. II, lib. XXII, cap. 1, p. 606; Bellonius item, Singular. lib. II, c. 108, qui parvos lupos appellat: idoneis argumentis probat Samuel Bochartus, de Anim. parte I, lib. III, cap. 12. pag. 844, et seq. Harc. — *Thoes*. Φιλανθρωπότατον, oempe homini amicissimum esse, occurrentemque venerari, ac si ferae caeterae invadant, opitulari et defendere scribit Rhod. XXIII, 27. Dalec. — *Thoes*. Pauci quadrupedes tot litibus originem dederunt. Sed Bochart videtur hunc demonstrasse pro *cane aureo* L. vulgo *chakal* sumendum. Nec iste Plinii locus coniecturam parum firmat; nam thoes hic dicitur lupi genus quoddam, oblongo corpore, humilibus cruribus, praeda solitum vesci, nec homini nocentem. Quae satis *cani aureo* L. conveniunt. Nec nocuus ille homini; nam segnior est quam qui in homines irruat. Quod caeteris auctoribus de thoe dictum congruit quoque optime; neque ulli alii quadrupedum simul omnia competerent. Arist. Hist. Anim. lib. II, cap. 7, ait eius viscera visceribus lupi simillima esse; mox, lib. VI, cap. 35, addit ut Plinius eum lupo humiliorem. Hesychius, Suidas, Eustathius thoem dicunt lupi genus quoddam e lupo et hyaena natum, quod id tantum significat utrinsque mores illi inesse. Parvum animal vocat Hesychius; vulpeni inter et lupum ponit Iul. Pollux

porum id genus est procerius longitudine, brevitate crurum dissimile, velox saltu, venatu vivens, innocuum homini) habitum, non colorem mutant, per
4 hiemem hirti, aestate nudi. Tarando magnitudo, quae bovi: caput maius cervino, nec absimile: cornua ramosa, ungulae bifidae, villus magnitudine ursorum. Sed quum libuit sui coloris esse, asini similis est. Tergori tanta duritia, ut thoraces ex eo faciant. Colorem omnium arborum, fruticum, florum, locorumque reddit, in quibus latet, metuens, ideoque raro

quoad staturam. Fulvum Homerus ait (nam δαφοινὸν Scholiastes pro πυῤῥῷ accipit). Idem Iliad. libro XI, vs. 474, ignavum animi innuit, et catervatim ire solitum. Pariter Oppianus, Halieut. libro II, v. 645. Thoëm latrare Pollux et Suidas volunt; unde etiam Graecis vox θωΰσσειν. Apud Eustathium et alios thoes λυκοπάνθηρ audit, quia medius inter lupum et pantherem, qui mihi parva illa chacalis species (*canis corsac* Pall.) videtur. Hinc autem quod neque hominem thoes aggreditur, et illius domos libenter circuit, illum amicum generi humano esse quidam facile concludebant; at in hac amicitia confutanda multisque his affectibus, quos Veteres solebant feris tribuere, appendenda, horam perdere inutile est. Cuvier.

Habitum. Pellis, inquit, ornatum mutant, non solum villi, aut pili colorem: nam aestate glabri, pilosi sunt hieme, τοῦ μὲν θέρους λεῖοι γίνονται, τοῦ δὲ χειμῶνος, δασεῖς, inquit Philosophus, Hist. Anim. lib. IX, cap. 70, pag. 1156. Haab. — *Habitum, non colorem mutant.* Falsum hoc est, si Aristoteli plus fidei quam Plinio habetur. Is lib. IX, cap. 43, mutari ait colorem a thoe, ut a quibusdam aliis generibus piscium, quadrupedum, avium. Pint.

Per hiemes hirti, aestate nudi. Ex eodem Aristotele sumptum hoc, capite eodem. Cuius verba Theodorus maxima Plinianarum vocum laverna, sic vertit, *Atque aestate nudi, hieme hirti redduntur.* Sed pensitandum, an verbum Graecum λεῖοι, etsi aliquando *nudos* significat, melius hic versum esset *laeves, tersi, nitidi.* Pint.

Tarando. Totidem verbis Theophrastus loc. cit. et Solinus c. xxx, p. 57. Haab.

Sed quum libuit sui coloris esse, asini similis est. Videtur Solinus, *ursini*, legisse in Plinio, non *asini*. Eius verba, cap. xxxii: *Mittit et tarandum, boum magnitudine, bisulco vestigio, ramosis cornibus, capite cervino, ursino colore pariter et villo profundo.* Caeterum praedictorum Plinii verborum ordo luxatus sane est, debentque subiici illis quae paulo post sequuntur: *Colorem omnium arborum fruticum, florum, locorumque in quibus latet, reddit metuens, ideoque raro capitur: sed, quum libuit sui coloris esse, ursini similis.* Postremum autem verbum, *est*, in neutro exemplari legitur. Pint.

capitur. Mirum esset habitum corpori tam multiplicem dari, mirabilius et villo.

LIII. (XXXV.) Hystrices generat India et Africa spina contectas, ac herinaceorum genere: sed hystrici longiores aculei; et quum intendit cutem, missiles. Ora urgentium figit canum, et paulo longius iaculatur. Hibernis autem se mensibus condit: quae natura multis, et ante omnia ursis.

LIV. (XXXVI.) Eorum coitus hiemis initio: nec vul-

Mirum esset. Explanatior paulo Solini paraphrasis: *Hunc tarandum*, inquit, *affirmant habitum metu vertere, et quum delitescat, fieri assimilem cuicumque rei proximaverit... Faciunt hoc idem in mari polypi, in terra chamaeleones. Sed et polypus et chamaeleon glabra sunt, ut sit pronius cutis laevitatem proximanti aemulari: in hoc novum est ac singulare, hirsutiam pili colorum vices facere.* Hard. — *Mirum esset.* Haberet satis magnam admirationem, tam diversos colores cutem seu corpus mutare: at mirabilius villo tot colores dari.

LIII. *Hystrices generat India*, etc. Legend. *Hystrices generat India et Africa spinea cum tecta ac herinaceorum generis. Spinea cum tecta*, id est, cum spineo integumento: *tectam* dixit, pro tergoris tegmine. Salm. pag. 390. — *Hystrices generat India.* Mures Africanos Plautus in Paenulo: *Non audis? mures Africanos praedicat In pompam ludis dare se velle aedilibus.* Dalec. — *Hystrices.* Totum hoc caput ex verbo transcripsit fere Solinus c. XXX, p. 57. Adi et Aelianum, Histor. Anim. lib. I, cap. 34, et lib. XII, cap. 26. Graeci Υστριχες scribunt: forte ab ὗς *sus*, et θρὶξ *pilus*, quod suis pilos habet. Elegans est Claudiani de hystrice Carmen XLV. Hystricem Galli vocant *porcépic*, sive, ut quidam efferunt, *porépi*.

Spina contectas. In MSS. *spinen.* Forte, *spinea cute tectas.* Solinus: *spinis tergum hispida.* Salmasius certe minus apte, *spinea cum tecta*: et *tectam* dici iubet pro tergoris tegmine. Hard.

Aculei (hystricis), *quum intendit cutem, missiles.* Non verum id, sed error facilis fuit quum aculeos viderent pelli canum infixos qui hanc persequebantur; quod eo saepius accidit, quia facile a ferae cute decidunt. Cuvier.

Figit. Codices quidam manusc. male, *fugit.* Solinus: *Assiduis aculeorum nimbis canes vulnerat ingruentes.* Hard.

Hibernis. Aristoteles, Histor. Animalium lib. VI, cap. 30, pag. 775, et lib. VIII, cap. 22, pag. 937. H.

Et ante omnia Et es his, inquit, praecipui sunt ursi. Sequuntur deinde mures, herinacei, etc. H. — *Hibernis se mensibus... ursis.* Hystrix enim, ut ursus, per hyemem se condit, et frigidam tempestatem somno lethargico oppressa exigit. Cuvier.

LIV. *Eorum.* Caput hoc de ursis pauca falsa habet. Haec, prout occur-

gari quadrupedum more, sed ambobus cubantibus complexisque. Deinde secessus in specus separatim, in quibus pariunt trigesimo die, plurimum quinos. Hi sunt candida informisque caro, paulo muribus maior, sine oculis, sine pilo: ungues tantum prominent:

rent, notabimus, necnon quaedam bene observata. Cuvier.

Eorum coitus. Aristoteles libro VI, c. 30, coire ursos tradit mense Elaphebolione. Theodorus Februarium vertit. Si igitur Theodori tralationi credimus in re praesertim peculiaris illi commentationis, male hic Plinius coire hiemis initio ursos scribit, quum februarius finis sit hiemis, non initium, Varrone auctore libro primo de Re rustica, cap. 28. Et sane maior animalium pars in Venerem excitatur, appetente vere, teste Arist. de Historia Animal. lib. V, c. 8. Pint. — *Eorum coitus hiemis initio.* Exercuit hic locus summa ingenia, dum verbis Philosophi medicinam facere voluerunt. Aristotelis haec oratio est, Hist. Anim. lib. VI, cap. 30, pag. 773: Τὴν δὲ ὀχείαν ποιεῖται τοῦ μηνὸς τοῦ Ελαφηβολιῶνος, etc. quem locum emendavit Petavius noster, Var. Dissert. in Vranol. lib. VI, cap. 7, pag. 238 Legendum enim admonuit, τὴν δὲ ὀχείαν ποιεῖται τοῦ Ποσειδεῶνος· καὶ φωλεύει μέχρι τοῦ Ελαφηβολιῶνος. *Coit mense novembri, latet autem usque ad martium.* Incipiebat nempe Posideon (ut quidem putat) circa 25 novembris: Elaphebolion, circiter 22 februarii. Cui emendationi mire favent ea, quae tum Philosophus, tum Aelianus, Pliniusque, de ursorum secessu, partu egressuque narrant. Plinius enim coire hiemis initio scripsit, quod quidem circa idus novembres statuit ipse lib. II, cap. 47. Aelianus, Hist. Anim. lib. VI, c. 3: τοῦ χειμῶνος ἀποτίκτειν, hiemne parere, tricesimo scilicet, ut Plinius ait, post coitum die: nec ante tres menses a partu catulos, frigoris metu, educit e latebris, inquit Aelianus idem, οὐδ' ἂν πρὶν ἢ πληρωθῆναι τρεῖς μῆνας ἐξαγάγοι ποτὲ τὰ βρέφη, hoc est, tertio post brumam mense verno iam tempore, ut ait Aristot. Hist. Anim. lib. VIII, cap. 22, pag. 938: καὶ φωλεῖ, ἕως ἂν ἐξάγειν ὥρα ἢ τοὺς σκύμνους· τοῦτο δὲ ποιεῖ τοῦ ἔαρος, περὶ τρίτον μῆνα ἀπὸ τῶν τροπῶν. Sic quaternis omnino mensibus, quod Plinius mox ait, feminae latent: nec legendum, *feminaeque ternis*, ut Salmasius putat, in Solin. pag. 317, sed *feminae quaternis*, ut libri omnes habent. Cf. ex Plinio Solinus, c. XXVI, pag. 48. Vide quae dicturi sumus lib. X, cap. 83. Hard. — Id quanquam ex Aristotele desumptum libro VI, cap. 30, non verum. Nam ursos non semel recentiores viderunt, ut caeteros quadrupedum coëuntes. Buff. tom. VIII, p. 256. Cuvier. — *Hiemis initio.* Circa idus novembres. H.

Nec vulgari. Solinus paraphrastes: *Coëunt non itidem quo quadrupedes aliae: sed apti amplexibus mutuis, velut humanis coniugationibus copulantur.* Hardo.

Plurimum quinos. Hoc est, quum plurimum, quinos. Aristot. loc. cit. Τίκτει δὲ καὶ ἓν, καὶ δύο· τὰ δὲ πλεῖστα, πέντε. Hardo.

Hi sunt candida. *Candida* Plinius

hanc lambendo paulatim figurant. Nec quidquam rarius, quam parientem videre ursam. Ideo mares qua-

addidit : Aristoteles habet caetera omnia. Pervulgata haec apud Veteres opinio fuit, ursas parere massam rudem, membrisque indiscretis informem, quam postea lambendo figurarent perficerentque. Cui fabulae id causae fuisse videtur, quod ursae pariant catulos suos, crassissimis secundinis involutos, qui, sic contecti, carnis informis speciem praeferunt. Has autem secundinas mater dentibus rumpere et avellere solet, fetumque suum a sordibus lambendo purgare, quod et aliis quoque animalibus in more est. Hasd. — Contradicere audacter possumus. Vrsae catulos, immo fetus vidimus omnibus membris absolutos. Talem unum Aldrovandus ait suum fuisse. Caeterum hic locus ex Aristotele desumptus, sed Plinius de more amplificavit. Vid. Stagirit. lib. VI, cap. 30. Cuvier.

Nec quidquam rarius quam parientem videre ursam. Exemplar Salmant. et pleraque excusa, *Nec quidquam rarius homines quam parientem videre ursam.* Vera porro sit an falsa haec Plinii traditio, mihi sane haud liquet: fides penes Plinium venatoresque esto. Nos quod sentimus, libere, more nostro promemus. Putamus igitur Plinium male graeca Aristotelis verba accepisse. Neque enim Aristoteles raram esse visu parientem ursam uspiam tradit, sed difficilem esse captu praegnantem ursam scribit lib. VI, cap. 30. Cuius verba sic Theodorus transtulit, *Gravidam capi ursam difficile est.* Rursus lib. VIII, cap. 17: *Fetu gravida ursa vel a nemine, vel a paucissimis capta est.* Videlicet Plinius pro eo, quod dixit Arist. *capere*, accepit *videre*, pro *gravidam*, *parientem*. Quid igitur est? in ordinem Plinium redigis, ignorantiamque ei graecarum litterarum obiicis? Minime aedepol. Immo vero peritissimum utriusque fuisse linguae, omnesque absolutissimi scriptoris numeros consummasse fatemur: mirandum tamen non esse ducimus, si in tanta rerum varietate, homo in aula principum versatus, deflexa interdum aliorsum mentis acie, pro eo qui Socrates erat, Calliam salutaverit. Pintianus. — *Nec quidquam rarius, quam parientem videre ursam.* Vero mihi propius videtur, quod Plinius, quam quod Philosophus narrat. Ille enim ut innuit recte Pint. Histor. lib. IV, cap. cap. 30, pag. 773: Κύουσαν δὲ ἄρκτον, ἔργον ἐστὶ λαβεῖν. *Praegnans ursa non sine negotio capitur.* Rursusque l. VIII, cap. 22, p. 938: Κύουσα δ' ἄρκτος, ἢ ὑπ' οὐδενός, ἢ πάνυ ὑπ' ὀλίγων εἵληπται. *Praegnans ursa aut a nullo, aut a paucis capta fuit.* Sed mirum prorsus est, ursam praegnantem non capi: quum tamen id fieri tam facile queat, somno ea tamdiu capta. H. — Bene uterque: nam ursa parit in hyemali secessu; neque illam parientem quivis vidit, nisi in Theriotrophiis. Cuv.

Ideo mares, etc. Legendum reor, *Hieme mares*, etc. non *ideo mares*. Aristot. volumine octavo, cap. 17: *Quadrupedum quae animal generant, hystrices conduntur et ursi: sed utrum propter frigus, an alia de causa, ambigitur.* Pint. — *Ideo mares.* De his Philosophi verbis Hist. Anim. lib. VIII, cap. 22, pag. 938: Τὸ δ' ἐλάχιστον φωλεῖ περὶ τεττεράκοντα ἡμέρας, disserit erudite Petavius, Var.

dragenis diebus latent, feminae quaternis mensibus. Specus si non habuere, ramorum fruticumque congerie aedificant, impenetrabiles imbribus, mollique fronde constratos. Primis diebus bis septenis tam gravi somno premuntur, ut ne vulneribus quidem excitari queant. Tunc mirum in modum veterno pinguescunt. Illi sunt adipes medicaminibus apti, contraque capilli defluvium tenaces. Ab iis diebus resident, ac priorum pedum suctu vivunt. Fetus rigentes apprimendo pectori fovent, non alio incubitu, quam ad ova volu-

Dissert. in Uranol. lib. VI, cap. 7, pag. 238. Harn.

Feminae quaternis. Solin. loc. cit. ipseque Aristoteles, ut diximus supra, not. 2. Harn.

Impenetrabiles imbribus, mollique fronde constratos. Error solitus, et familiare malum Plinianorum exemplarium, verborum permutationis. Legendum, *molli fronde constratos, impenetrabilesque imbribus;* ut praecedat causa, sequatur effectus. Nam arceri imbres constratis frondibus l. X, cap. 33, monstrat, de galgulo loquens: *Iam publicum quidem omnium est tabulata ramorum sustinendo nido provide eligere, cameraque ab imbri fronde protegere densa.* Et lib. XVI, cap. 11, de abiete: *Folio*, inquit, *pinnato, denso, ut imbres non transmittat.* Pint.

Primis diebus. Arist. Hist. Animal. lib. VIII, cap. 22, pag. 938, et Sol. cap. xxvi, pag. 48. Haan. — Iuvenalis Satyr. III altissimo somno correptos, ursos vocat et phocas: *rhedarum transitus arcto Vicorum inflexu, et stantis convicia mandrae Eripiunt somnos urtis, vitulisque marinis.* Virgil. Georg. IV, 432: *Sternunt se somno deserto in littore phocae.* Dalze.

Contraque capilli. Ea de re dicemus lib. XXVIII, cap. 46. Haan.

Ab iis diebus resident. Legendum reor, pro *residunt*; quae vulgata lectio est, *resident*, et intelligo in clunes: ut ex capite sequente planum fit: *Similiter*, inquit, *resident in clunes, et in binis pedibus gradiuntur, prioribusque, ut manibus, utuntur.* In quibus verbis dictionem illam *similiter*, nisi ad ursas referas, quo referri possit, non invenies. Pint. — *Resident.* Hoc est, non ut antea iacent, sed sedentium speciem praebent, in clunes ideo resident. Sic cap. seq. *Similiter resident*, etc. Hard.

Priorum pedum suctu vivunt. Vrsi manus esse gustatu dulces ac suaves, eiusque rei causam ex Plutarcho quaesitam, vide apud Rhodig. XXVI, 19. Dal. — *Priorum pedum.* Anteriorum. Oppianus Halieut. lib. II, va. 250; Aelianus, Hist. Anim. lib. VI, cap. 3, ipsique nos ab iis qui videre, didicimus. Hard.

Non alio. Credas vel eo incubatu fovere catulos suos ursas, ut volucres ova. Hard.

Non alio incubitu quam ad ova. Ambo exemplaria, *non aliter incubitu*, etc. Proinde commutatis verbis sic

cres. Mirum dictu, credit Theophrastus, per id 3
tempus coctas quoque ursorum carnes, si asserventur, increscere. Cibi nulla tunc argumenta, nec nisi humoris minimum in alvo inveniri: sanguinis exiguas circa corda tantum guttas, reliquo corpori nihil inesse. Procedunt vere, sed mares praepingues: cuius rei causa non prompta est; quippe nec somno quidem saginatis, praeter quatuordecim dies, ut diximus. Exeuntes herbam quamdam aron nomine laxandis intestinis alioqui concretis devorant, circaque

scribo, *non aliter quam incubitu ad ova volucres.* Pint. — *Quam ad ova.* Audax plus sequo est Pintianus in coniectura; neque audiendus, nisi quum τὸ *ad* interpolat; ita enim MSS. omnes: editi, *quam ova* Solini paraphrasis: *Interdum ad pectora fovent, ut assiduo incubatu calfactae animalem trahant spiritum.* Hasn.

Credit Theophrastus. Credit et Albertus M. de Animal. l. XXII, tract. II, cap. I, p. 608. Id tamen nusquam, quod quidem exstet, de coctis carnibus prodidit Theophrastus, sed de adipe solum in vasis condito, lib. de Odoribus, pag. 196; quod et auctor libri de Mirab. Auscult. pag. 1155: Λέγουσι δὲ καὶ τὸ τῆς ἄρκτου στέαρ, ὅταν διαπεπηγὸς ᾖ διὰ τὸν χειμῶνα, καθ' ὃν ἂν χρόνον ἐκείνη φωλεύῃ, αὐξάνεσθαι, καὶ ὑπεραίρειν τὰ ἀγγεῖα ἐν οἷς ἂν ᾖ. *Ursae adipem aiunt hieme, quo tempore somno indulgent, frigore concretum excrescere, supraque vasa attolli, in quibus fuerat conditus.* H.

Cibi nulla. Sic etiam Aristoteles, Hist. Anim. lib. VIII: *Hoc*, inquit, *tempore nihil eos comedere patet: nusquam enim exeunt: ac si forte capti fuerint, cum ventre intestina simul inania inveniuntur.* Ἐν δὲ τῷ χρόνῳ τούτῳ φανερόν ἐστιν ὅτι οὐδὲν ἐσθίουσιν· οὔτε γὰρ ἐξέρχονται· ὅταν δὲ ληφθῶσι, κενὰ φαίνονται ἥ τε κοιλία, καὶ τὰ ἔντερα. Hasn.

Sanguinis. Hoc iterum repetit idem lib. XI, cap. 91. Theophrasti opus, unde haec sumpsit, intercidit. Auctores alios, qui id pariter tradiderint, adhuc desideramus. H.

Cuius rei causa non prompta est. Tunc fructuum silvestrium in latebras congestorum magna copia devorata inertes crassescunt. Dal.

Saginatis. Rectius *saginati.* H.

Ut diximus. Proxime antea his verbis: *primis diebus bis septenis*, etc. Hasn.

Exeuntes herbam quamdam aron nomine. Vbi tamen in omnibus libris constanter legitur: *herbam quamdam caram nomine.* Cara herba qualis, vide Salmas. Plin. Exercit. pag. 225. — *Exeuntes herbam quamdam aron nomine.* Huius inter bulbos meminit infra lib. XIX, cap. 5, et lib. XXIV, cap. 16. Dalec. — Aron autem idcirco vorant, ut intestinum quod nonnihil coaluerat, dum cibo dudum omni abstinuere, absistat ac dilatetur. Caeterum de hac fuse dicetur lib. XXIV, cap. 92. Aj.

surculos dentium praedomantes ora. Oculi eorum hebetantur: qua maxime causa favos expetunt, ut convulneratum ab apibus os levet sanguine gravedinem illam. Invalidissimum urso caput, quod leoni fortissimum: ideo urgente vi, praecipitaturi se ex

Circaque surculos dentium praedomantes ora. Hermolaus castigavit c. s. *quum d. p.* o. melius facturus si *praemandentes* correxisset ex suo quem citat Aristotele: ut legendum in totum putem, *circa surculos quasi dentiant praemandentes.* Dictio autem quae sequitur, *ora*, cum adspiratione scripta legitur in codice Toletano, ut forte adiuncta sequentibus sic legendum sit, *hora eorum oculi hebetantur*, hoc est, vere: id enim ea dictio inter alia significat apud Graecos. Quid si legas, non, *Ora oculi eorum hebetantur*, sed *orbes oculorum hebetantur?* Nam verbum quod sequitur, *crebro*, desideratur in utroque exemplari. Aristoteles lib. IX, cap. 6: *Ligna etiam manducant quasi dentiant.* Fieri tamen posse non negaverim, ut sensum Plinius, non verba exprimens, *praedomantes ora*, scriptum reliquerit. Nam in antiquis exemplaribus *praedomantes* habetur, non *praemandentes.* Locum indico; hoc tantum: liberum sit unicuique iudicium intelligendi. Pint. — Legendum omnino est pro vulgata: *circaque surculos seu dentientia praedomant ora.* Salm. pag. 217 et 218. — *Dentium praedomantes ora.* Ita MSS. omnes, Reg. 1, 2, Colbert. 1, 2, Paris. Chiffl. Tol. et vetustae editiones omnes. Ex Aristotelis libro IX, cap. 7, pag. 1022, castigavit Barbarus, *quum dentiunt, praedomantes ora.* Graeca Philosophi haec sunt: Καὶ τὰ ξύλα διαμασσῶνται, ὥσπερ ὀδοντοφυοῦσαι, *ligna mandunt, tanquam dentiant.* Quare agnoscendum potius fuit cum Pintiano, *circaque surculos, ac si dentiant*, sive, *ceu dentiant, praedomant ora.* Posset etiam legi, *dentium praedomant oras*, ut esset intellectus, torpentes diuturna cessatione dentium extremitates, excitare arborum surculis ursos, et ad vescendum veluti reparare. Minus apte alii ediderunt, *circaque surculos sentium.* Abscedit longius paulo a MSS. codicum vestigiis Pellicerius in notis MSS. dum legit, *dentium praedomant stuporem.* Hard.

Oculi eorum hebetantur. Editi hactenus libri, *oculi eorum hebetantur crebro.* Nos illud *crebro* expunximus: abest enim a codd. Reg. 1, 2, Paris. vet. Dalec. caeterisque. Solini paraphrasis: *Latent quaternis mensibus: mox egressae in diem liberum, tantam patiuntur insolentiam lucis, ut putes obsitas caecitate.* Hard. — *Oculi eorum hebetantur.* Ophthalmiis, immo et caecitati maxime obnoxii sunt ursi, saltem in Theriotrophiis. At dubito eam ob causam eos in alvearia impetum facere. Cuvier.

Favos expetunt. Solinus cap. xxvi, pag. 48, quanquam is causam, cur favos expetant, non attigit. Nempe, ut gravedine leventur ea, quam affert copia sanguinis, quo tum maxime caput oppletum habent: emittitur autem is, apibus os crebro pungentibus. Hard.

Quod leoni fortissimum. Pollicaris calvariae crassitudo in fronte est, ut docent anatomici recentiores. Quam ob rem apud Theocrit. Idyll. xxv.

aliqua rupe, manibus eo operto iaciuntur: ac saepe in arena colapho infracto exanimantur. Cerebro veneficium inesse Hispaniae credunt, occisorumque in spectaculis capita cremant; testato, quoniam potum in ursinam rabiem agat. Ingrediuntur et bipedes. Arborem aversi derepunt. Tauros, ex ore cornibusque eorum pedibus omnibus suspensi, pondere fatigant. Nec alteri animalium in maleficio stultitia solertior. Annalibus notatum est, M. Pisone, M. Messala coss.

caute admodum Hercules, non interemptum a se Nemeaeum leonem ictu clavae in caput inflictae ait, sed consternatum modo: ipso deinde irruente, manibus praefocatum. Haan.

Ac saepe. Ac saepe in theatro vel uno *impacto* colapho, fracto *capite* exanimantur. Hard.

Colapho infracto. In theatro, inquit, sive Circo, saepe colapho, id est, impacto pugno, visi sunt ursi contuso perfractoque capite exanimati. Hard.

Cerebro veneficium inesse, etc. Falsissime. Cuvier.

Testato. Quum sit res maxime pervulgata, poto eo sanguine in ursinam rabiem hominem agi. Hard.

Ingrediuntur et bipedes. Chiffl. cod. *Ingrediuntur et in pedes arborem.* Inepte. Albertus M. de Anim. lib. VII, tract. 1, cap. 5, pag. 221, de urso: *Aliquando etiam pugnans ambulat, et stat erectus super pedes posteriores*, etc. Hard.

Arborem, etc. Hoc est, non proni, ut caeteri animantium, sed posterioribus primum pedibus, anterioribus interim molem corporis sustentantes, ne ruant: id quod notum est omnibus qui modo vel semel ursum ab arbore descendentem viderunt. Atque in hoc quoque hominem imitantur, praeter morem quadrupedum. Gel. — *Arborem aversi.* Quis ursos non vidit, sive in Theriotrophiis, saepe etiam in pagis et compitis stipites conscendere? Hi tunc ducunt se deorsum de arbore, ut verbis Plautinis utar, in Aulular. IV, 8, sic praeeuntibus clunibus, quasi retrogradi descendant ab arbore: atque in hoc quoque hominem imitantur, praeter aliorum quadrupedum morem. Plinius de scarabaeis lib. XI, cap. 34: *E fimo ingentes pilas aversi volutant.* II. — *Arbores aversi derepunt.* Verum; et omnes in Horto regio quolibet die queunt videre. Guv.

Tauros. Aelianus, Hist. Anim. lib. VI, cap. 9. Solini paraphrasis, cap. XXVI, pag. 48: *Si quando tauros adoriuntur, sciunt quibus potissimum partibus immorentur, nec aliud quam cornua aut nares petunt: cornua, ut pondere defatigentur; nares, ut acrior dolor sit in loco teneriore.* Haan.

Stultitia. Nulli maior in vasta tardaque mole solertia. An legi commode posset, *astutia solertior?* Haan.

Annalibus. Solinus haec iisdem verbis, loc. cit. De his coss. dictum est lib. VII, cap. 27. De Ahenobarbo dicemus lib. XVII, cap. 1. Haan.

Ursos Numidicos centum, etc. De ursis Numidicis satagunt commentatores; et de leonibus multi rati sunt

a. d. XIV kalendas octobr. Domitium Ahenobarbum aedilem curulem ursos Numidicos centum, et totidem venatores Aethiopas in circo dedisse. Miror adiectum Numidicos fuisse, quum in Africa ursum non gigni constet.

LV. (XXXVII.) Conduntur hieme et Pontici mures, hi duntaxat albi: quorum palatum in gustu sagacissimum, auctores quonam modo intellexerint, miror. Conduntur et Alpini, quibus magnitudo melium

sermonem esse. Neque enimvero in Africa esse ursos res certa hodie est. Vide infra notam 37. CUVIER.

Quum in Africa ursum, etc. Olim *ursos*; et Vrsinus, in Romanis Familiis, legendum putat *leones*: denariique ab hoc Ahenobarbo cusi imaginem ostendit, in quo cum leone homo pugnat. DALEC. — *In Africa ursum*. Ita rursus ipse testatur, cap. 58. Et est sane verissimum: tota Libya, ne in Atlante quidem, ubi nix frigusque perpetuum, nulli gignuntur ursi, quanquam gigni Veteres permulti scriptis prodiderunt: ut Virgilius, qui Aen. lib. V, vers. 37, Acesten dicit fuisse horridum *in iaculis et pelle Libystidis ursae*. Ex commutatione vocis Λιγυκοὶ in Λιβυκοὶ forte natus error, de ursis Libycis, sive Numidicis, quum revera Ligyci, sive Ligustici essent. Vrsos vero Domitii Ahenobarbi Numidicos, meros fuisse leones, viri docti asseverant, inter quos Lipsius, Vossiusque. Romani scilicet priscae illius ac simplicis antiquitatis, elephantos, boves Lucas vocarunt: camelopardalim, ovem Ieram, ut superius ipse Plinius animadvertit, cap. 6 et 27; Pantheras, mures Africanos, apud comicum vatem in Poenulo, act. V, sc. 2, vers. 54; sic et leones, ursos Numidicos. HARD.

LV. *Conduntur hieme et Pontici.... albi*. Arist. Hist. Anim. l. VIII, c. 22, pag. 939. Pontici mures *hermines* Gallis vocantur. Sed est et aliud genus, quo sacerdotes ordinarii in templis utuntur, neque est totum candidum, sed ventre tantum, dorso fusco. Veneti vocant Varium, Galli *Vair*, aut *Menu-Vair*. Ita fere Scaliger in lib. VIII Arist. cap. cap. 22, p. 940. HARD. — *Conduntur hieme et Pontici mures, hi duntaxat albi*. Vulgo creditur *Ponticus mus albus*, de quo simillime Aristoteles, idem esse cum nostra *hermine* (*mustela erminea* Linn.), etc. Illa hieme non conditur. Quidni de *bobai* (*arctomys bobae* Gm.), aut *souslic* (*arctomys citillus* Gm.), intelligitur? quanquam neuter omnino albus. CUVIER.

Et Alpini, etc. de his Aldrov. de Quadrup. lib. II, p. 445. H. — *Conduntur et Alpini quibus magnitudo melium. Arctomys marmote*. Gm. vulgo *marmotte* h. l. signatur; quae quidem in Alpibus frequentissima occurrit, et hieme in foraminibus degit, quae foeno prius complevit. Sed a melibus magnitudine procul distat. CUVIER.

est: sed hi pabulo ante in specus convecto: quum quidam narrent, alternos marem ac feminam, supra se complexo fasce herbae, supinos, cauda mordicus apprehensa, invicem detrahi ad specum: ideoque illo tempore detrito esse dorso. Sunt his pares et in Aegypto: similiterque resident in clunes, et binis pedibus gradiuntur, prioribusque ut manibus utuntur.

LVI. Praeparant hiemi et herinacei cibos: ac volutati supra iacentia poma, affixa spinis, unum amplius tenentes ore, portant in cavas arbores. Iidem mutationem Aquilonis in Austrum, condentes se in

Melium. Sive *melis*, ut Turneb. legit, Advers. lib. XXIV, cap. 19, pag. 892. De melibus dicetur cap. 58. Hard.

Supra se complexo fasce, etc. In apographo Tolet. *subrosae* legitur, non *supra se*: et *fascem* accusandi casu, non *fasce*, ut commodius forte sic scribas, *Subrosae complexos fascem herbae.* Pint.

Sunt, etc. Magnitudine scilicet. Haec priores docuerant Theophrastus in libro περὶ ἀθρόων φαινομένων ζώων, pag. 474, et Arist. Hist. Anim. lib. VI, cap. ult. p. 788, ex quo Aelian. accepit, Hist. Anim. lib. XV, cap. 26. Hos mures Aegyptios putat Gesnerus esse, quos vulgus Sciuros africanos appellat. Hard. — *Sunt his pares et in Aegypto*, etc. Nempe *mus iaculus*, et *mus ierboa* L. Quos nuncupamus *gerboises*; rodentium genus, quibus mos ut posticis pedibus, quos quidem anticis multo longiores illi habent, incedant, melius dixerim, insiliant. Sed multum sane abest quin vel hic, vel ille arctomyas marmotas magnitudine aequet, nisi ad promont. Bonae Spei. Cuvier.

Similiterque. Hoc est, perinde atque Alpini, de quibus est dictum proxime. Plinius, lib. X, cap. 85: *Aegyptiis muribus durus pilus, sicut herinaceis: iidem bipedes ambulant, ceu Alpini.* Hard.

LVI. *Praeparant.... herinacei*, etc. Aelianus, Hist. Anim. l. III, cap. 10. Herinaceus, Gallia, *un hérisson.* H. — *Praeparant.... herinacei.* Herinaceus *eres* quoque dicitur Plauto in Menaechm. *Cur ausus facere, cui ego aeque ac eres haereo?* Nemesianus in Cynegeticis: *Implicitumque sinu spinosi corporis erem.* Dalec.

Iacentia poma. Aelianus, ficus ad siccandum expositas, τῶν ἰσχάδων, etc. Sed et de ficu pomum dicitur, ut suo loco monebimus. H.

Unum amplius. Libri impressi, *unum non amplius*, addita perperam negatione, quam non agnoscunt MSS. Reg. 1, 2, Colb 1, 2, Chiffl Paris. etc. Sententiae hic tenor est: Praeter poma corporis sui spinis affixa, unum ore deferunt. Hard.

Iidem mutationem Aquilonis in Austrum condentes se in cubile praesagiunt. Non magis herinacei praesa-

cubile praesagiunt. Vbi vero sensere venantem, contracto ore pedibusque, ac parte omni inferiore, qua raram et innocuam habent lanuginem, convolvuntur in formam pilae, ne quid comprehendi possit praeter aculeos. In desperatione vero, urinam ex se reddunt tabificam, tergori suo spinisque noxiam, propter hoc se capi gnari. Quamobrem exinanita prius

ginnt mutationem Aquilonis in Austrum, quam retro Austri in Aquilonem. Quamobrem puto scribendum, *Aquilonis et Austri*: aut sic, *Aquilonem et Austrum*. Aristoteles, libro nono, capite sexto: *De herinaceorum sensu locis multis perpensum est, ut qui in cavernis sunt, commutent sua cubilia, Aquilonum et Austrorum mutatione*. Theodorus graecam dictionem ὀπάς, *cubilia* convertit: quod ego, cum bona Theodori venia, minime fecerim. Nam cubile Graecis κοίτη, seu κοιτίον dicitur, ὀπὴ autem foramen. Quanto melius nobis summus auctor Plutarchus Aristotelicum sensum expressit, eo libro cui titulus est, Vtra animalium solertiora, aquatica an terrestria, in hunc modum scribens: *Cubile autem ipsorum foramina duo habet, alterum ad Austrum vergens, alterum ad Aquilonem. Praevidentes igitur aëris mutationem venturam, foramina commutant, ceu gubernatores vela, et quod vento expositum erat obturantes, alterum aperiunt. Quod quum Cyzici homo quidam observasset, existimatus est a seipso futura flamina praesagire*. Hactenus Plutarchus. Eamdem solertiam Plinius infra, capite trigesimo octavo, sciuro tribuit. Pint. — Aristotelem quoque imitatus est Basilius, in Hexaem. homil. IX, pag. 115. Festiva simplicitate Albertus M. de Anim. lib. VIII, tract. 2, cap. 2, pag. 252: *Hericii*, inquit, *praesentire dicuntur ventos Aquilonares et Austrinos: quoniam ante hos ingrediuntur cavernas, et obstruunt os cavernae versus partem unde venit ventus, timentes laedi a vento. Cuius signum est, quod quidam civium Constantinopolitarum fertur habuisse hericium, cuius absconsiones et proditiones ipse solus intellexit, et per illum praedixit ventos nautis, et factus est dives*. De sciuris idem narrat Plinius, cap. 58. Hard.

Vbi vero sensere, etc. Aelianus, Hist. Anim. lib. VI, cap. 54; Phile, de Propr. Anim. cap. de herinaceo, pag. 108. Hard.

Qua raram et innocuam, etc. Qua parte raros habent pilos et aculeorum expertes. Hard.

Convolvuntur. Ita libri omnes MSS. editique ante Dalecampium, qui *conflant*, de suo maluit. Hard.

Vrinam ex se reddunt. Theophrast. in fragm. de Anim. invidia. Aristot. περὶ θαυμασ. ἀκουσμ. Dalec. — Aelianus asseverat quoque, Historiae Animalium libro IV, cap. 17. Hard.

Propter hoc. Tergoris causa, corii. Ἐχῖνος ἐνουρεῖ τῷ δέρματι, καὶ διαφθείρει. Theophrast.

Quamobrem exinanita prius urina venari, ars est. Misere olim depravatus locus, quem in hunc modum

urina venari, ars est. Et tum praecipua dos tergori, alias corrupto, fragili, putribus spinis atque deciduis, etiam si vivat subtractus fuga: ob id non nisi in novissima spe maleficio eo perfunditur: quippe et ipsi odere suum veneficium, ita parcentes sibi, terminumque supremum opperientes, ut ferme ante captivitas occupet. Calidae postea aquae adspersu 3 resolvitur pila: apprehensusque pede altero e posterioribus, suspendio ac fame necatur: aliter non est occidere, et tergori parcere. Ipsum animal, non, ut remur plerique, vitae hominum supervacuum est, si non sint illi aculei, frustra vellerum mollitie in pecude mortalibus data: hac cute expoliuntur vestes. Magnum fraus et ibi lucrum monopolio invenit, de nulla re crebrioribus senatusconsultis, nulloque non principe adito querimoniis provincialibus.

qua exhibemus, refinxit Salm. p. 399. *et cum.* Aj.

Et tum. Ita codices manuscripti quibus utebatur Harduinus. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Editi olim male, *et cum.* Aj.

Pila. Herinaceus in pilam convolutus. Hard.

Suspendio ac fame necatur. Vtrumque exemplar, *suspendiosa fame necantur.* Quae lectio non magnopere mihi displicet. Nam *suspendiosus*, dictionem esse latinam, etsi non ita frequentem, Vlpianus iurisconsultus ostendit tertio Digestorum volumine, titulo de his qui notantur infamia. *Non solent*, inquit, *lugeri, ut Neratius ait, hostes, vel perduellionis damnati, neque suspendiosi, neque qui manus sibi intulerunt, non taedio vitae, sed mala conscientia.* Pint.

Non, ut remur plerique, vitae hominum supervacuum est. Piutian. ex suis codd. *non ut reutur aliqui.* Editi ad hunc diem interpolato contextu, *non vereutur aliqui dicere.* Nos secuti sumus Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. etc. Ita mox, *in pecude*, ubi editi, *in pecore* habent, reponi iussimus, ex iisdem MSS. et Chifletiano. Hard. — Non quaelibet vestes, sed e lana molliori factae herinaceorum cute, aut spinarum acervo pectebantur, hae *pexae* proprie dictae. Salmas. 390. — Ac Martial. lib. VII: *Munera pexa dato.* Ad quae infra dicturi sumus, pag. 524, cap. 73, not. 17. Aj.

Si non sint illi aculei. Quibus panni polliantur. Hard.

Nulloque non principe adito querimoniis provincialibus. Quod panni fulloniis spinis, non echinorum acu-

LVII. (XXXVIII.) Vrinae et e duobus aliis animalibus ratio mira est. Leontophonon accipimus vocari parvum, nec aliubi nascens, quam ubi leo gignitur: quo gustato tanta illa vis, ac caeteris quadrupedum imperitans, illico exspiret. Ergo corpus eius adustum adspergunt aliis carnibus polentae modo, insidiantes ferae, necantque etiam cinere. Tam contraria est pestis. Haud immerito igitur odit leo, visumque frangit, et citra morsum exanimat. Ille contra urinam spargit, prudens hanc quoque leoni exitialem.

leis polirentur. Quod herinaceorum corio, vel putri, vel non sat diligenter id fieret. Quod ditiores mercatores ea sibi coria coëmerent, et foro intercepto apud se haberent, nec tenuiores in usum commodumque suum mercari paterentur. De quo importuno hominum genere, qui fraude et iniquitate varie annonam mercium onerant, vide Cuiac. Observ. lib. X, cap. 19. Dalec. — Extat in Codice de Monopoliis, lib. IV, cap. 59, simile Zenonis edictum: *Iubemus*, inquit, *ne quis, cuiuscumque vestis, vel piscis, vel pectinum forte, aut echini... monopolium audeat exercere.* Vbi pectinem et echinum nomina piscium esse, perperam Gothofredus aliique interpretes existimarunt. Haro.

LVII. *Leontophonon.* Λεοντοφόνον, quasi leonicidam dixeris. Refert haec quoque Solinus, cap. XXVII, pag. 50, ubi in Syria vivere id animal prodit. Hard. — *Leontophonon.* Et Aristot. περὶ θαυμασ. ἀκουσμάτων. Dalec. — *Leontophonon*, etc. Nequaquam opus dicere est fabularum loco habendam hanc e libro de Mirabil. Auscultat. desumptam historiunculam. Cuvier.

Quo gustato tanta illa vis, ac caeteris quadrupedum imperitans. In MSS. cddd. legitur, *ut caeteris.* Vnde scribendum fortassis fuerit, *quo gustato tantillo ea vis est, ut caeteris*, etc. Solinus enim transcriptor, cap. XXVII, pag. 50: *Leontophonas vocari accipimus bestias modicas, quae captae exuruntur, ut earum cineris adspergine carnes pollutae, iactaeque per compita concurrentium semitarum, leones necent, si quantulumcumque ex illis sumpserint.* Vid. et cf. Aelianus, Hist. Anim. lib. IV, cap. 18. Hard.

Ergo corpus eius adustum adspergunt aliis, etc. Lege: *Ergo corpus eius exustum adspergunt carnibus aliis polentae modo, insidiantes ferae, necantque etiam in hora; tam contraria est pestis! In hora*, id est, illa ipsa hora necant, qua gustaverit. *Tam contraria est pestis!* adeo nempe praesentanea, ut illa ipsa hora necet, qua ex illis carnibus aliquid sumpserint. Graeci dicunt αὐθωρεί. Salm. pag. 328. — *Corpus eius.* Leontophoni videlicet. Vide auctores supra memoratos. Hard.

Etiam cinere. Exusto, ut dictum est, corpore, et adsperso aliis carnibus. Ita MSS. omnes, quorum securus nimis Salmasius, pag. 328, in Solin. legit, *etiam in hora*, quod est hoc loco ψυχρότατον. Haro.

Ille Λεοντοφόνος scilicet. Κακοῖ γάρ,

Lyncum humor ita redditus, ubi gignuntur, glaciatur arescitve in gemmas carbunculis similes, et igneo colore fulgentes, lyncurium vocatas, atque ob id succino a plerisque ita generari prodito. Novere hoc, sciuntque lynces, et invidentes urinam terra operiunt, eoque celerius solidatur illa.

LVIII. Alia solertia in metu melibus: sufflatae

inquit auctor libri de Mirab. Auscult. προσουροῦν τὸν λέοντα τοῦτο τὸ ζῶον. Plinius supra cap. 49: *Ob ea se peti prudens.* Haan.

Lyncum humor ita redditus, etc. Scribe: *Lyncum humor ita redditus, ubi gignitur, glaciatur arescitve in gemmas carbunculis similes et igneo colore fulgentes: lyngurium appellant.* Dubitat Plinius utrum humor, quem reddunt lynces frigore concrescat an calore: quae frigore indurantur, *glaciari* proprie dicuntur, quae calore densantur, *inarescere.* Salmas. — *Lyncum humor ita redditus, ubi gignuntur.* Lynces subintellige. Salmasius in Solin. pag. 88, emendat, *ubi gignitur*, perinde quasi urina gigni latine dicatur, ac non ad lynces id referendum sit, librorum plane omnium adstipulante consensu, ut proxime antea Plinius hoc ipso capite dixit, *ubi leo gignitur.* Haan. — *Lyncum.* Solinus cap. 11, pag. 45, ex Plinio et Theophrasto, lib. περὶ λίθων. Hac de re iterum, lib. XXXVII, c. 2. Meminit et Sextus Empiric. Pyrrh. hypoth. lib. I, cap. 14, pag. 17, et Phile, in lib. de Proprietat. Animal. pag. 109. Haan.

Vbi gignuntur. In Aethiopia, Indiave, ut diximus cap. 30. Ovidius, Metamorph. lib. XV, vs. 413: *Vieta racemifero lyncas dedit India Baccho: e quibus, ut memorant, quidquid vesica remisit: vertitur in lapides, et congelat aëre tacto.* Haan. — *Gignuntur.* Praecessit Theophrast. lib. de Lapidibus. Dalec.

Novere hoc. Auctor libri Mirab. Auscult. pag. 1156; Aelianus, Hist. Anim. lib. IV, cap. 17. Carmine id Marbodeus expressit, lib. de Lapid. pretios. cap. 41, fol. 40: *Vertitur in lapidem, qui stillat ab inguine lyncis: Lyncurium dicunt: lapis est tamen hic pretiosus. Nam credunt ipsas hoc praesentiscere lynces, Quae mox egressum properant operire liquorem, Desuper accumulant congestae pondus arenae, Scilicet invidia, ne nostros cedat in usus. Electro similem Theophrastus habere colorem Hunc ait, et simili paleas adducere pacto.* Similius vero nihilominus videtur, fieri, id natura magistra, ne lotii odor praetereuntes, quibus insidiatur, abigat: qua ratione feles, domesticum animal, stercum suum pulvere contegere solet. Haan.

LVIII. *Melibus.* Meles, animal somniculosum. Terra conditur, ut vulpes, vineas populatur. Tassum vocat Italia, Vasconia *taisson*, Francia *blaireau.* Dentibus pugnacissimum, horrido pilo, invicto pluviis. Addunt rustici eos ad anum tot habere foramina, quot annos nati sunt. Nec quidquam Salmasium moror, qui a caeteris omnibus, ut fere solet, dissidens, pag. 1009, in Solin. melem Veterum esse quam vulgus vocat *fouine*, conatur ex Varrone adstruere.

cutis distentu ictus hominum et morsus canum arcent. Provident tempestatem et sciuri: obturatisque, qua spiraturus est ventus, cavernis, ex alia parte aperiunt fores: de caetero ipsis villosior cauda pro tegumento est. Ergo in hiemes aliis provisum pabulum, aliis pro cibo somnus.

LIX. (XXXIX.) Serpentium vipera sola terra dicitur

Gesnero magis assentior et Scaligero in Comment. ad lib. II Arist. de Histor. Animal. pag. 260, aliisque universis, qui sunt in eo argumento cum laude versati. Praeivit his omnibus priscus auctor Theodemarus abbas, Epistol. ad Carolum M. de Melote pellicula: *Quod tegumentum*, inquit, *ideo sic appellatum est, quia solebant antiquitus de illius animantis pelle fieri, quod meles propter rotunditatem sui corporis appellatur, quod genus bestiolae a nonnullis taxus appellatur.* Et Ebrardus Betun. cap. 12: *Est arbor taxus, si dicas* haec: *animalque*, hic *si praecedat: etiam melota vocatur. Dicitur a nullis etiam sub nomine pellis.* Hard. — Fabulas quoque habeto, et quae de melibus narrat, et quae de praevidentibus ventos sciuris. Cuvier.

Sufflatae cutis distentu. Vt rana illa apud Phaedr. lib. I, quae *rugosam inflavit pellem*: et mox *rursus intendit cutem.* Plautus in Bacchid. act. IV, scen. 2, vers. 21: *Sufflatus ille huc veniet.* Pi. *Diruptum velim.* — *Sufflatae.* Inflata cute atque distenta, ut neque hominum ictus, nec morsus canum iis nocere queat. Harn.

Et sciuri. Ioach. Camerarius, in auctario Manuelis Philes, pag. 172, de sciuro: Οὐρᾷ πτερωτόν, μαντικόν τε ζῴδιον, Πρὸς τῶν ἀνέμων τὰς ὀπὰς κλείσαν πνοάς. *Caudaque pennatum, et futurorum sagax, Euri procellam adversus obdens cubilis ostia.* Harn.

De caetero. Defendunt se in cavernis, inquit, a procellis ventisque, qua ratione dictum est: alioqui, hoc est, extra cavernas, villosae caudae tegmine se tutantur: et inde nomen inditum ἀπὸ τῆς σκιᾶς, umbra, et οὐρά, cauda. Gallice *un écureuil.* H.

Aliis provisum, Vt Alpinis muribus, et herinaceis, de quibus cap. sup. H.

Aliis pro cibo. Vrsis videlicet, qui veterno pinguescunt, ut dictum est cap. 54. Palam fit ex eo loco non fuisse ab auctore ipso distributum in capita opus, sed perpetuo quasi contextu ductam historiam. Harn. — De somno pro cibo quoque Martial. in Xeniis (epigram. lib. XIII) LVII; sed de glire locutus: *Tota mihi dormitur hiems, et pinguior illo Tempore sum, quo me nil nisi somnus alit.* Az.

LIX. *Serpentium vipera sola, terra dicitur condi: caeterae, arborum aut saxorum cavis.* Scribendum videtur commutatis verbis: *Serpentium caeterae terra dicuntur condi: vipera arborum, aut saxorum cavis.* Aristoteles libro octavo, capite 15: *Aliae serpentes in terra conduntur. Viperae sub petris abscondunt sese.* Plin. — Aristotelis vero illa sunt verba graece contrario plane sensu, ut monuit bene et scite doct. Harduinus: Οἱ μὲν οὖν ἄλλαι ὄφεις ἐν τῇ γῇ φωλεύου-

condi: caeterae arborum, aut saxorum cavis. Et alias vel annua fame durant, algore modo dempto. Omnia secessus tempore veneno orba dormiunt.

Simili modo et cochleae. Illae quidem iterum et 2
aestatibus, adhaerentes maxime saxis: aut etiam iniuria resupinatae avulsaeque, non tamen exeuntes. In Balearibus vero insulis cavaticae appellatae, non prorepunt e cavis terrae: neque herba vivunt, sed uvae modo inter se cohaerent. Est et aliud genus minus vulgare, adhaerente operculo eiusdem testae se operiens: obrutae terra semper hae, et circa maritimas tantum Alpes quondam effossae, coepere iam erui et

σιν· αἱ δὲ ἔχιδναι ὑπὸ τὰς πέτρας κρύπτουσιν ἑαυτάς. Et Aristoteli quidem experientia ipsa adstipulatur, et Charasius lib. de Vipera pag. 7. Ne quid tamen in Pliniano contextu immutem, codicum omnium consensus vetat. — Et de hiemali fortassis latebra duntaxat Plinius hoc loco sermonem habet. H.

Annua fame durant. Nil enim quod, vel rerum naturalium ignaris, vel Zoologistosophis, stuporem magis incutiat, quam diuturna anguium et serpentium animantium ieiunia. Cuv.

Algore, etc. Hieme excepta. H. — H. e. modo frigus non sentiant biemale. Az.

Simili modo, etc. Subintellige, latent: neque hieme solum, sed etiam aestate; ut Plinio quidem Plautus omnino concinit, Capt. act. I, scen. 1, vs. 12: *Quasi quum caletur, cochleae in occulto latent, Suo sibi succo vivunt, ros si non cadit.* H.

Cochleae. Gallis, *escargots.* Arist. Hist. Anim. lib. VIII, cap. 17, pag. 927, omnino similiter: οἱ χερσαῖαι κοχλίαι, ἔχοντες ἐπιπολῆς ἐπικάλυμμα. Hard.

Illae quidem iterum et aestatibus. Non hieme tantum, ut serpentes. Cochleae tarditas in proverbium abiit. Plaut. in Pseudol. *Nunc vos, quia mihi dixi et testes ducere, Podagrosi estis, ac vicistis cochleam tarditudine.* Potissimum cochleae apparent quum imbre leni rorescit. Aristias comicus apud Athenaeum, καὶ κοχλίας γενομένου ψεκαδίου ἀνηγρεύετ' ἂν καὶ λάχανα τῶν αὐτοχθόνων. Varro, de Re rustic. III, 14: Victor. XXXIII, 23. De cochleis altilibus et earum vivariis, vide infra lib. IX, cap. 56. Dal. — *Aut etiam.* Aut etiam si vi resupinentur, et avellantur, non tamen exeunt e testa sua. H.

Est et aliud genus. Cochlearum scil. H.

Genus minus vulgare. Nempe *helix neritoides* L. quae in Nices oppidi finibus ad biemem exigendam testae operculum conficit solidius, quam cochleae nostrates, quibus nomen apud zoologiae peritos, *helix pomatia.* Cuvier.

in Veliterno. Omnium tamen laudatissimae in Astypalaea insula.

LX. Lacertae, inimicissimum genus cochleis, negantur semestrem vitam excedere. Lacerti Arabiae cubitales: in Indiae vero Nysa monte, XXIV in longitudinem pedum, colore fulvi, aut punicei, aut caerulei.

LXI. (XL.) Ex his quoque animalibus, quae nobis-

In Veliterno. Prope Velitras Italiae oppidum, de quo lib. III, c. 9. Sed illa multo magis placet lectio quam exhibent Reg. 1 et 2 cod. *in Literno*, quod oppidum est Campaniae maritimum, Scipionis Africani maioris exsilio nobile, ut ait Strabo lib. V, pag. 243. H.

LX. *Lacertae, inimicissim. genus cochleis, negantur semestrem vitam excedere.* Mutuatus est Noster ex Aristot. Hist. Anim. lib. V, cap. 29, p. 635. Lacerti, *lézards.* H.

Lacerti Arabiae cubitales. Μείζους πηχυαίων, cubito maiores hos esse Philosophus prodidit, Histor. Anim. lib. VIII, cap. 33, pag. 984. H. — *Lacerti Arabiae cubitales.* Lacertorum genus, quos monitores vulgo appellant, ultra hanc staturam saepe excrescunt. CUVIER.

Indiae vero Nysa monte. Legendum reor, *in India, Mero Nyssae monte.* Plinius libro sexto, capite 21: *Nec non et Nyssam urbem plerique Indiae adscribunt, montemque Merum Libero Patri sacrum, unde origo fabulae, Iovis femine editum.* Eadem ferme verba et apud Melam Pomponium leges: nec est ullus ferme aut geographus, aut historicus, qui non eius montis meminerit. PINT. — *In Indiae vero Nysa monte.* Codices Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris Chiff. *Nyso monte*, pro *Nysa.* Nam apud Arrianum, in Indicis, pag. 509, Nysa mons prope Nysam oppidum collocatur. Vt inutilis iam videatur Pintiani coniectura, scribentis, *In India Mero Nysae monte*: item Pellicerii emendantis, *Indiae Paropamiso monte*. H.

XXIV in longitudinem pedum. In *sauriorum* genere solum crocodilum novimus qui eo magnitudinis proveniat. Hyperbolen hic viatorum latere suspicor. CUVIER.

LXI. *Fidelissimumque ante omnia homini canis.* Plurima et memorabilia Rhodig. lib. XVII, cap. 28; Alex. ab Alesand. lib. I, cap. 3. Romae fuisse in templo Vulcani pro aedituis, solis sacrilegis adlatrantes, eiusdem dei fanum custodisse in Aetna, in Daunia Achaiae Minervae delubrum, in Creta Dictaeae Matris, Graecis blandientes, barbaris infestos, etc. DAL. — *Fidelissimumque ante omnia homini canis.* Etiam in symbolis propterea pingitur servatae religiose fidei in munere officii exsequendo. Insigne exemplum est in tumulo Thomae I, domini Sabaudiae, et comitis imperii, qui decessit anno 1233. Tumulus Augustae (*Aoste*) visitur, in ecclesia cathedrali, qualis a Guichenonio depingitur, pag. 251. Imposita tumulo effigies est ipsius

cum degunt, multa sunt cognitu digna: fidelissimumque ante omnia homini canis, atque equus. Pugnasse adversus latrones canem pro domino accepimus, confectumque plagis a corpore non recessisse, volucres et feras abigentem. Ab alio in Epiro agnitum in conventu percussorem domini; laniatuque et latratu coactum fateri scelus. Garamantum regem canes ducenti ab exsilio reduxere, praeliati contra resistentes. Propter bella Colophonii, itemque Castabalenses, cohortes canum habuere: hae primae dimicabant in acie, nunquam detrectantes: haec erant fidelissima au-

Thomae, galeati et cataphracti, equitum more. Ad pedes, canis molossus adsidet, *un dogue*, ore hianti: adeo ut leonem videatur sculpsisse sculptor errans, teste Guichenonio, loco citato. In pectore scutum gerit Sabaudiae gentilitium; nempe crucem argenteam in area rubra, et simul collare, in quo sunt pictae litterae quatuor istae, FERT, gothico charactere, ut quidem ait Guichenonius, pag. 141. Nullum est isto vetustius monumentum, in quo hae litterae appareant; sed nec ullum esse potest illustrius, sive quod lucis plus afferat, ad genuinum illarom sensum perspiciendum. Primus istius lemmatis auctor ipse ille Thomas hac pictura indicatur. *Fides equitum*, inquit, *religionem tuetur*. H.

Ab alia in Epiro agnitum in conventu percussorem domini. Eadem fide, interfecto Hesiodo, canes assistentes latratu caedis auctores prodidere. Benevolentiam canum venatoriorum in Niciam dominum refert Rhod. XXIII, 27. Canum mirum ingenium in Aetnaeo Vulcani templo, ubi ignis ἀκοίμητος καὶ ἄσβεστος custodiebatur, et Minervae Daulidis. Vide apud Rhod. XXIII, 29 et 30. Dalec. — *Ab alio in Epiro.* Haec Solinus ex Plinio, cap. xv, pag. 34. Huc respexit Petrus Quiqueranus Episc. Senec. de laud. Provinc. fol. 33: *Nihil hic*, inquit, *canis ille Plinianus, qui in Epiro percussorem domini verbis quibus licuit, reum fecit. Alioqui tale aliquid, aliquantoque splendidius, nimirum duello ipso cum sicario inito in Gallia, accidit, non adeo multi sunt anni, fidem iubente pictura, quam continuo, exque eventu rei exaratam, ad hunc diem conspici audio in arce oppidi, cui nomen* Montargis. Canem hunc Epirotam, de quo Plinius, Pyrrhi regis fuisse, auctor est Tzetzes, Chiliad. IV, Hist. 131, v. 211. Caeterum pro *in conventu*, Solinus in sua paraphrasi habet *in caetu*. H.

Garamantum. Solinus loco proxime citato. H.

Propter bella. Solinus haec quoque loco cit. Eadem Pollux refert de Magnetibus iuxta Maeandrum positis, lib. V, cap. 5, pag. 236. De Hyrcanis et Magnesiis, Aelianus, Hist. Anim. lib. VII, cap. 38. De

[2] xilia, nec stipendiorum indiga. Canes defendere, Cimbris caesis, domus eorum plaustris impositas. Canis, Iasone Lycio interfecto, cibum capere noluit, inediaque consumptus est. Is vero, cui nomen Hyrcani reddidit Duris, accenso regis Lysimachi rogo, iniecit se flammae: similiterque Hieronis regis. Memorat et Pyrrhum Gelonis tyranni canem Philistus. Memoratur et Nicomedis Bithyniae regis, uxore eius Consingi lacerata, propter lasciviorem cum marito iocum. Apud nos Volcatium nobilem, qui Cascellium ius civile do-

Gallis ipsis conf. Strabo, lib. IV, p. 200. H.

Cimbris caesis. In Cimbrorum clade illa, inquit, domicilia eorum, quae plaustris, uti gentis eius mos est, ferebantur, canes itidem defenderunt. H.

Canis Iasone. Solinus iterum loc. cit. H.

Duris. Historicus, de quo nos egimus in Auctorum Indice. H.

Regis Lysimachi. Meminit Solinus loc. cit. Aelianus Hist. Anim. lib. VI, cap. 25. Hyrcani nomen fuisse ei cani, testatur quoque Plutarchus, lib. de Solert. Anim. pag. 970. H.

Memorat et Pyrrhum Gelonis tyranni canem Philistus. Scribendum puto, *Memorat et Gelonis tyranni canem Philistus.* De cane Pyrrhi Pollux, V volumine. Inter canes autem praestantes, canis Pyrrhi Epirotae, qui expergefactum dominum vociferantemque servavit, accurrens confestim. Postea eo vita functo, quum cadaver cremarelur, rogo se iniecit. Plutarchus etiam libro Solertiorane sint terrestria animalia, an aquatica, tum huius canis Pyrrhi Epirotae privati hominis, tum etiam alterius canis qui fuit Pyrrhi regis, mentionem habet. Pint. — De cane Gelonis Syracusiorum tyranni, Tzetzes Chiliad. IV, v. 266. Aelianus, Hist. Anim. lib. VI, cap. 62, et Var. Hist. lib. I, cap. 13. H. — Innumera sunt huius generis, quae vid. in D. Fréville gall. op. *les Chiens célèbres.* As.

Nicomedis Bithyniae regis, uxore eius Consingi, etc. Portentum id nominis sane videtur, sed ut refingam aliter, codicibus omnibus MSS. *Cosingi* exhibentibus, equidem laboro. Alio tamen nomine video hanc Nicomedis uxorem appellari a Tzetae, Chiliad. III, Hist. 115, v. 965; nempe *Ditizelem*, tum in libris editis, tum in perantiquo nostro exemplari manu exarato: Ο Νικομήδης ῥηθεὶς, μέγιστον εἶχε κύνα, Εκ γένους ὄντα μολοσσῶν, πιστότατον ἐκείνῳ. Οὗτος ποτὲ τὴν δέσποιναν σύζυγον Νικομήδους, Μητέρα τοῦ Προυσίου δὲ, Ζιήλου, καὶ Αυσάνδρας, Τὴν Διτιζήλην κλῆσιν μὲν, ἀπὸ Φρυγῶν δὲ γένους, Συμπαίζουσαν τῷ βασιλεῖ, νομίσας πολεμίαν, Εσπάσατο περιχανὼν τὸν δεξιὸν τὸν ὦμον, etc. H.

Qui Cascellium jus civ. docuit. Iurisconsultum celebrem, teste vel Horatio in Sermon. Fuit et L. Caesel-

cuit, asturcone e suburbano redeuntem, quum advesperavisset, canis a grassatore defendit. Item Caelium senatorem aegrum Placentiae ab armatis oppressum: nec prius ille vulneratus est, quam cane interempto. Sed super omnia, in nostro aevo, actis populi romani testatum, Appio Iunio et P. Silio coss. quum animadverteretur ex causa Neronis Germanici filii, in Titium Sabinum, et servitia eius, unius ex his canem nec a carcere abigi potuisse, nec a corpore re-

lius eruditione celebri grammaticus, cum cuius appellatione Lucii Caecilii Vindicis, famosi quoque grammatici, memorati A. Gellio, Charisio, Prisciano, nomen confunditur ab imperitis. Vide Lipsium Var. III, 26. Dalec. — *Cascellium*. In libris editis *Ceselium*. In MSS. Reg. 1, 2, Paris. Chifll. Dalec. *Carcellium*, haud ita aberrante scriptura a vero nomine, *Cascellium*, quod frequens occurrit in Inscriptionibus Gruteri. Macrobius, Saturn. lib. II, cap. 6, p. 341: *Cascellius iurisconsultus urbanitatis mirae, libertatisque*. Vbi temere glossatores *Caecilium* in notis conantur reponere. Horatius in Arte Poetica, versu 371: ... *Nec scit quantum Cascellius Aulus; Sed tamen in pretio est*. Hunc Pomponius, Dig. lib. I, tit. II de Orig. Iuris. §. 45, in iurisconsultorum celebrium albo ponit: *Aulus Cascellius*, inquit, *Q. Mucii Volusii* (scribo *Volcatii*, ea Plinio) *auditor: qui deinde in illius honorem testamento Publium Mucium nepotem eius reliquit heredem. Fuit autem quaestorius, nec ultra proficere voluit, quum illi etiam Augustus consulatum offerret*. Hinc emendabis Valerium Maximum, qui lib. II, cap. 2, *A. Caesellium, virum iuris civilis scientia clarum* appellat (lege, *A. Cascellium*), *qui multa de partibus Caesaris* (sic enim emendo, quum vulgo legatur, *de temporibus Caesaris*) *liberius loquebatur*. H.

Item Caelium. Refert hoc ipsum Plutarchus, lib. de Solert. Anim. pag. 969, omisso tamen senatoris nomine, quem Aelianus, Hist. Anim. libro VII, cap. 10, Κάλβον vocat, fortasse pro Καίλιον. Haao. — Quidni *Caelius Calvus*? Az.

Appio Iunio. Anno igitur V. C. 781, Tiber. 15. Similiter Solinus ex Plinio, cap. xv. Az.

Ex causa Neronis. Ob necem illatam Neroni Germanici Caesaris filio. Haec Plinianae orationis sententia est, ut recte vidit interpres gallicus; tametsi aliud referunt Tacitus, Dio, et Tranquillus in Caligula, c. vii, pag. 55, et in Tiberio, cap. liv, pag. 49. Hard.

Titium Sabinum, et servitia eius, unius, etc. Ita rescripsimus, admonitu Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. et Chifflet. ipsiusque adeo Taciti, Annal. lib. IV, pag. 123: *Iunio Silano*, inquit, *et Silio Nerva coss. foedum anni principium incessit, tracto in carcerem illustri equite rom. Titio Sabino, ob amicitiam Germanici*, etc. Prius in libris vulgatis, *T. Sabinum*, hoc est, *Titum*. Mox ubi editi lege-

cessisse, abiecti in gradibus Gemitoriis, moestos edentem ululatus, magna populi romani corona: ex qua quum quidam ei cibum obiecisset, ad os defuncti tulisse. Innatavit idem cadaver in Tiberim abiecti sustentare conatus, effusa multitudine ad spectandum animalis fidem.

Soli dominum novere: et ignotum quoque, si repente veniat, intelligunt. Soli nomini sua, soli vocem domesticam agnoscunt. Itinera, quamvis longa, meminere. Nec ulli praeter hominem memoria maior. Impetus eorum et saevitia mitigatur ab homine considente humi.

bant, *magna populi rom. corona circumstante*, vocabulum *circumstante*, ceu glossema, expunximus, quod abest a MSS. omnibus. Ex iisdem paulo ante *abiecti* pro *abiecto* rescripsimus. H.

In gradibus Gemitoriis. Ita constanter MSS. omnes, etsi in editis *Gemoniis* legitur, quod perinde esse mihi nunc videtur. Gemonii enim dicti sunt gradus, vel scalae Gemoniae, quod locus esset gemitus et calamitatum: non ab auctore Gemonio, ut quidam fabulantur. Erant eae in regione Vrbis 13, P. Victore teste. Locus fuit, quo corpora noxiorum, in carcere necatorum, unco per dedecus tracta, abiiciebantur. Ipsum porro Titium Sabinum, in Gemonias scalas abiectum, scribit Dio, lib. LVIII, pag. 621. Non ipsi Titio, sed uni ex servitiis eius pariter in eas abiecto, exhibitum a cane obsequium Plinius refert. Nec bene herum et familiam iunxerit. Nam τὸ *his* distinctionem iunxit. — Ἀναβάθμους vocat Dion in Tiber. alii scalas. Tacitus confossum collaceratumque et abscisso capite truncum Sabini corpus in scalas Gemonias tractum fuisse prodit. Fuerunt et gradus Castoris ad Graecostasin, et gradus Aurelii in foro, quorum Cic. meminit in oratione pro Cluentio. Scalae Gemoniae fuerunt in Aventino, prope templum Iunonis Reginae, a Camillo, captis Veiis, dicatum: locum ubi damnatos suppliciis afficiebant, Sextricium vocaverunt. Sic Alex. ab Alex. III, 5, qui plurima de carceribus, suppliciis, et damnandi modo refert. De Gemoniis videatur Sueton. Tiber. c. LXXV, Cael. Rhod. VI, 5, et Iac. Fab. semest. II, 9. Dat. — Romanae ergo Gemoniae. Vnde ridicule poëta recentior: *Traîner Socrate aux Gemonies.* Aj.

Spectandum. Marg. Var. et Ch. *spectandam.* Aj.

Soli dominum. Columella, lib. VII cap. 12, pag. 274, et Cic. de Nat. Deor. lib. II, pag. 111, multa praeclare in eam sententiam. Harn.

Et ignotum. Vel, alienis vestibus dissimulatum dominum norunt, quod de Vlyssis cane legitur apud Homerum: vel ignotum externamque hominem, etsi improvisus adsit, di-

Plurima alia in his quoque vita invenit. Sed in venatu solertia et sagacitas praecipua est. Scrutatur vestigia atque persequitur, comitantem ad feram inquisitorem loro trahens: qua visa quam silens et occulta, quam significans demonstratio est, cauda primum, deinde rostro! Ergo etiam senecta fessos, caecosque, ac debiles sinu ferunt, ventos et odorem captantes, prodentesque rostro cubilia. E tigribus eos Indi volunt concipi: et ob id in silvis coitus tempore alligant feminas. Primo et secundo fetu nimis feroces putant 5

stinguere statim norunt a domesticis; ac internoscere odio, latratuque canes. *Canum*, inquit Cicero, *tam fida custodia, tamque amans dominorum adulatio, tantumque odium in externos*, etc. Harn.

Sed in venatu. MSS. *in venatus.* Harn.

Solertia et sagacitas praecipua est. Lepide Plautus in Milite: *Si ita non reperio, ibo odorans quasi canis venaticus, Vsque donec persequutus vulpem ero vestigiis.* Dalec.

Inquisitorem. Venatorem. Harn.

Quam silens et occulta, etc. Adde ex Apogr. Tolet. particulam *sed*, quae plurimum leporis conciliat orationi, *Sed quam significans demonstratio est.* Pint. — *Quam silens et occulta, quam significans demonstratio est.* In MSS. *et occultasset*: unde legendum forte, *et occultans se, et quam significans*, etc. Audacior certe emendatio Iani Vlitii legentis, *quamvis aquam transiliens se occultasset*, contra omnium MSS. fidem. Sensus vero: Fractae ad summum vocis elisione testatus sua gaudia, dum ut Ennius eleganter: *Anumusque in pectore latrat.... lustrum si forte ex uare sagaci Sensit.* Lucanus lib. IV, vers. 440: *Venator tenet ora levis clamosa Molossi, Spartanos, Cretasque ligat: nec creditur ulli Silva cani, nisi qui presso vestigia rostro Colligit, et praeda nescit latrare reperta, Contentus tremulo monstrasse cubilia loro.* Ἰχνευτικὴν describit, quae canum silentio peragenda est: non πολεμικήν, quae latratu. Harn.

Deinde rostro. Gratius in Cynegetico vers. 237: *Aut effecta levi testatur gaudia cauda, Aut ipsa infodiens uncis vestigia plantis Mandit humum, celsaue apprensat naribus auras.* Harn.

Prodentesque. Eadem sententia Reg. 1, 2, Chiffl. et Paris. *protendentesque rostra ad cubilia.* Harn.

E tigribus.... concipi. Aristot. Hist. Anim. lib. VIII, cap. 33, pag. 786; Diodorus Bibl. lib. XVII, pag. 561; Solinus cap. xv, pag. 34, aliique H. — *E tigribus eos Indi volunt concipi.* Neque tigris cum cane, neque panthera fructuose coëunt. At fabulam eo reor consilio vulgatam, ut pluris aestimarentur canes e vestigatorum genere tigrini variegatique, quos ex India quoque missos constat. Vid. effig. *Canis vestigatoris Bengalici* (vulg. *le braque du Bengale* Buffon, tom. IV, pl. 34.) Cuvier.

Primo, etc. Lucem affert huic loco

gigni: tertio demum educant. Hoc idem e lupis Galli, quorum greges suum quisque ductorem e canibus et ducem habent. Illum in venatu comitantur, illi parent. Namque inter se exercent etiam magisteria. Certum est iuxta Nilum amnem currentes lambere,

Aelianus, Hist. Anim. lib. VIII, cap. 1, dum ex Indicarum rerum scriptoribus ait, eanem Indicam ex tigride primum tigrim parere: qui deinde cum eane femina mixtus tigrim iterum procreat: at tertius demum fetus degenerans, canem. Non India solum, sed et Hyrcanis hunc esse morem Gratius declarat, in Cyneg. vera. 161: *Sed non Hyrcanae satis est vehementia genti Tanta: suis petiere ultro fera semina silvis. Dat Venus accessus, et blando foedere iungit. Tunc et manuetis tuto ferus errat adulter In stabulis, ultroque gravis succedere tigrim Ausa canis, maiore tulit de sanguine fetum.* Harn.

E lupis Galli. Sic Laconici ex vulpe nati et cane ideo ἀλωπεκίδες vocabantur, Arcadicae ex leone λεοντομιγεῖς. Dalec. — *Hoc idem e lupis.* Procreantur, inquit, e lupis quoque canes in Gallia, sicuti apud Indos e tigribus. Aristoteles loc. cit. Cyrenensium, non Gallorum esse huiuscemodi canum genus, docet. Sunt qui legant, *Hoc idem e lupis olii. Gallicorum greges*, canum scilicet, male: etsi in Reg. 2 cod. legitur, *Gallicorum greges*. De Gallicorum canum praestantia supra caeteros finitimarum gentium, etsi Britanni corporum robore et audacia hoc aevo, Corsici astu et dexteritate pugnandi vincere vulgo credantur, vide Petrum Quiqueranum, de Laud. Provinc. lib. II, fol. 33. De cane porro huiuscemodi, non e cane femina, et lupo, sed ex mare et lupa genito, carmen exstat medio aevo in Galliis scriptum, apud Ianum Vlitium, in Cyneget. Gratii p. 203. H. — *Idem e lupis Galli.* Canis et lupi coitus non infecundus; et quum similitudo non parvula sit canis pastoralis cum lupo, potest non ita prave coniici e tali adulterio priores natos. Caeterum haec Plinii argumento sunt in Galliis iam illius tempore, hos canes eiusdem usus fuisse ac diebus nostris. Cuvier.

Ductorem e canibus et ducem. Ianus Vlitius in Cyneg. Gratii pag. 202, inanis tautologiae vitio haud carere putat *ductoris* et *ducis* repetitionem. Perperam profecto, ut interpretatio nostra declarabit. Addit vidisse Geanerum in quibusdam MSS. pro duabus his vocalis *et ducem*, legi *Lintiscum*: unde ipse *Lyciscam* effingit. Suspecta mihi Geaneri fides. Subiicit Vlitius, scripsisse Servium et Isidorum, Lyciscos dici auctore Plinio, qui ex lupis et canibus nati: illum Ecloga III, istum lib. XII, cap. 3. Videri porro id hausisse ex hoc ipso loco, unde librariorum culpa interciderit. At cur hinc potius, quam ex libris Dubii Sermonis, sive Etymologiarum, quorum nos meminimus alias, quosque non semel veteres grammatici laudant? Caeterum id differentiae in vocibus pseudo-synonymis interest ductorem aliquem esse itineris, pugnae ac venationis ducem. Nec falsus Plinius in narrando. Ita enim vulgo fit et in Narbonensi provincia. Haad. et Ar.

Certum est, etc. Aelianus, Histor.

ne crocodilorum aviditati occasionem praebeant. In- 7
diam petenti Alexandro Magno, rex Albaniae dono dederat inusitatae magnitudinis unum: cuius specie delectatus iussit ursos, mox apros, et deinde damas emitti, contemptu immobili iacente eo. Qua segnitie tanti corporis offensus imperator generosi spiritus, eum interimi iussit. Nuntiavit hoc fama regi. Itaque alterum mittens addidit mandata, ne in parvis experiri vellet, sed in leone, elephantove. Duos sibi fuisse: hoc interempto, praeterea nullum fore. Nec distulit 8
Alexander, leonemque fractum protinus vidit. Postea elephantum iussit induci, haud alio magis spectaculo laetatus. Horrentibus quippe per totum corpus villis, ingenti primum latratu intonuit: moxque increvit assultans, contraque belluam exsurgens hinc et illinc,

Anim. lib. VI, cap. 53, et Var. Hist. lib. I, cap. 4, Solinus item, cap. xv, pag. 34. Phaedrus, Fabul. lib. I, *Canes currentes bibere in Nilo flumine, A crocodilis ne rapiantur, traditum est. Igitur quum currens bibere coepisset canis, Sic crocodilus: quam libet lambe otio; Noli vereri. At ille: facerem me hercule, Nisi esse scirem carnis te cupidum meae.* Haan.

Indiam petenti Alexandro Magno. De canibus generosissimis Alexandro a Sepithe datis alia memorabilis est historia apud Strabonem lib. XV. Dal. — *Indiam petenti.* Diodorus, Bibl. lib. XVII, pag. 561; Strabo, lib. XV, pag. 700; Plutarchus, lib. de Solert. Anim. pag. 497; Aelianus, Histor. Anim. lib. VIII, cap. 1; Solinus, cap. xv, pag. 34, aliique. H.

Rex Albaniae. Num tamen fuit canis iste Albanus? Indicum fecit Strabo, lib. XV, pag. 500. Vnde Solinum redarguas, et si qui alii sunt, qui hunc Plinii locum ad Albanos canes detorserint. Paulo post, quum in libris editis legeretur, *immobili iacente. Eaque segnitie*, etc. nos codicum meliorum admonitu Reg. 1, 2, Chiffl. Paris. ita scripsimus, distinximusque: *Iacente eo. Qua segnitie.* etc. Hard. — Bene quidem; sed debuit monere Harduinus non monente solum optimorum codicum scriptura, sed et divinante Salmasio, eo se ductum ut scriberet *eo. Qua.* Nisi ignarus forte Salmasianae coniecturae ille fuit. Quod vix probabile est, incuriosumque profecto commentatorem arguerei. Az.

Intonuit. Alii *insonuit.* Vid. not. seq. fin. Solin. de canibus Albanis: *Terrificis latratibus, ultra rugitus insonantes.* Hard.

Moxque. Moxque increvere animi. Variatio in scripturis. Nobiscum Reg. 2 et Chiffl. Nam Reg. 1 et Paris. mendose, *moxque in cervicem.* Sed adhuc

artifici dimicatione, qua maxime opus esset, infestans atque evitans, donec assidua rotatam vertigine afflixit, ad casum eius tellure concussa.

LXII. Canum generi bis anno partus. Iusta ad pariendum annua aetas. Gerunt uterum sexagenis diebus. Gignunt caecos: et quo largiore aluntur lacte, eo tardiorem visum accipiunt, non tamen unquam ultra vicesimum primum diem, nec ante septimum. Quidam tradunt, si unus gignatur, nono die cernere: si gemini, decimo: idemque in singulos adiici, totidemque esse tarditatis ad lucem dies. Et ab ea, quae femina sit ex primipara genita, Faunos cerni. Optimus in fetu qui novissimus cernere incipit, aut quem primum fert in cubile feta.

LXIII. Rabies canum Sirio ardente homini pesti-

deterius edili, *mox ingruit*. Solin. transcriptor: *Mox viso elephanto*, inquit, *notabiliter exsultans, belluam primum astu fatigavit. Notabiliter* dixit, quia increvit animis. Nec multo post *rotatam* scripsimus, belluam scilicet, pro *rotatum*. Hard. et As. — Lege: *ingenti primum latratu insonuit, mox increvit assultans, contraque belluam*, etc. Dalec.

LXII. *Canum generi bis anno partus* Prius legebatur in omnibus edilis, *canum generibus annui partus*. At Reg. 1, 2, caeterique omnes MSS. *canum generibus anno partus*. Vnde nos partim ex codicum vestigiis, partim ex re ipsa intrepide scripsimus, *canum generi bis anno partus*. Quin etiam verba Aristotelis, Hist. Anim. lib. V, cap. 13, p. 561, et lib. VI, cap. 20, pag. 736, de cane, paria fere sunt: Τεκοῦσα δὲ πάλιν ὀχεύεται ἕκτῳ μηνὶ, καὶ οὐ πρότερον. *A partu*, inquit, *sexto mense rursus implentur, nec prius*. Ac Plinius demum ipse l. X, c. 83: *Ineuntur a partu sexto mense*. H.

Iusta ad. Arist. Hist. Animal. lib. V, cap. 13, pag. 501. H.

Gerunt uterum. IIa Reg. 1, Paris. etc. Sic Columella de vaccia, de Re rust. lib. VI, cap. 24, pag. 231. *Decem mensibus ventrem perferunt*. Et haec quoque Arist. loco citato. Hard.

Gignunt caecos. Arist. Hist. Anim. lib. VI, cap. 20, pag. 736 et 737. Hard.

Faunos Passim vagantes et in se irruentes formas: quales quae Ephialtae vocantur. Plinius lib. XXV, cap. 10, de Paeonia: *Haec medetur et Faunorum in quiete ludibriis*. Vide quae ibi dicturi sumus. Tamen in MSS. Reg. 1 et Paris. *Clunos*. In Reg. 2 legitur *Flunos*. H.

Feta. Quae peperit. H.

LXIII. *Rabies canum Sirio ardente homini pestifera*. Galenus ultimo κατὰ τόπους, et Aphrodisaeus solum ca-

fera, ut diximus, ita morsis letali aquae metu. Quapropter obviam itur per xxx eos dies, gallinaceo maxime fimo immixto canum cibis: aut si praevenerit morbus, veratro.

(XLI.) A morsu vero unicum remedium oraculo 2
quodam nuper repertum, radix silvestris rosae, quae cynorrhodos appellatur. Columella auctor est, si quadragesimo die, quam sit natus, castretur morsu cauda, summusque eius articulus auferatur, sequenti nervo exempto, nec caudam crescere, nec canes ra-

nem in rabiem agi ex quadrupedibus scribunt. Porphyrius eo quoque morbo equam lentari prodit, ut et tetano, febre, podagra: boves praeterea vulpesque insania corripi. Rabiosi equi meminit Apsyrtus. Hierocles eum morbum accidere tradit, vel aestu immodico, vel ob nimium esum ervi. Brod. III, 19. Vide supra lib. II, cap. 40, et infra lib. XXIX, cap. 5. Dal. — *Homini pestifera.* Arist. Hist. Animal. lib. VIII, cap. 27, pag. 965, ubi quae rabiosi canes momorderint, agi pariter in rabiem scripsit, unum excepit hominem, πλὴν ἀνθρώπου. Id quod experientiae pugnat ipsi: nam et is rabit, et mordet, et interit; et qui ab eo morsi sunt, eumdem morbum contrahunt. Canum rabiem homini esse pestiferam dictum est supra lib. VII, c. 13. Hard.

Letali aquae metu. Celsus lib. V, cap. 1, de canis rabiosi morsu: *Solet*, inquit, *ex eo vulnere, ubi parum occursum est, aquae timor nasci: ὑδροφοβίαν Graeci appellant: miserrimum genus morbi, in quo simul aeger, et siti, et aquae metu cruciatur: quo oppressis in angusto spes est: sed unicum tamen remedium est, nec opinantem in piscinam non ante ei provisam proiicere*, etc. Vide quae dicturi sumus libro XXIX, cap. 32. Haro.

Per XXX eos dies. Fortassis per XL. Tot enim diebus caniculae vis durat. Galenus, de Alim. facult. lib. II; Discor. cap. de Origano, Hippocrat. lib. de medicam. purgant. numerat L, ut et vetus Kalendarium. Dal. — *Per XXX eos.* De canicularium dierum numero, quantum veteres dissiderent calendariographi, aliis nempe 30, aliis 34, aliis 40, aliis etiam plures statuentibus, vide apud Kepplerum lib. III Epitomes Astronom. Copernic. pag. 395. H.

Gallinaceo maxime... veratro. Cave his contra λύσσαν remediis quidquam confidas. Omnia enim in vano sunt. Cuvier.

Oraculo quodam nuper repertum. Vide infra lib. XXV, cap. 2, et Barthol. Anglic. de Prop. Rer. VII, 67, fusissime disserentem. Dal. — *Nuper repertum.* Narratur historia prolixiori oratione libro XXV, cap. 6. H.

Columella. Columella lib. VII, cap. 12, pag. 277: *Catulorum caudas, post diem XL quam sint editi, sic castrare conveniet. Nervus est, qui per arti-*

bidos fieri. Canem loquutum in prodigiis (quod equidem adnotavérim) accepimus: et serpentem latrasse, quum pulsus est regno Tarquinius.

LXIV. (XLII.) Eidem Alexandro et equi magna raritas contigit: Bucephalon eum vocarunt, sive ab aspectu torvo, sive ab insigni taurini capitis, armo impressi. Tredecim talentis ferunt ex Philonici Pharsalii grege emptum, etiam tum puero capto eius decore. Neminem hic alium, quam Alexandrum, regio instratus

culos spinae prorepit usque ad ultimam partem caudae. Is mordicus comprehensus, et aliquatenus eductus abrumpitur: quo facto, neque in longitudinem cauda foedum capit incrementum: et (ut plurimi pastores affirmant) rabies arcetur, letifer morbus huic generi. H.

Sequenti nervo. Nervo illo, qui sequitur articulum demorsum, exempto. H.

Canem loquutum. Refert Iulius Obsequens cap. CIII, pag. 51, C. Mario, C. Flacco coss. Arimini canem loquutum. H.

LXIV. *Eidem Alexandro.* Haec quoque Solinus cap. XLV, pag. 73, aliique, ex Plinio. H.

Bucephalon. A frontis latitudine. Strabo lib. XV. DAL.

Tredecim talentis. Etsi libri omnes *XVI*, sive *sedecim* legant, quum tamen, ut alias monuimus, a *XIII* ad *XVI*, proclivis admodum usitatusque librariorum lapsus in hoc opere sit, probatos auctores qui *tredecim talenta* scriptis prodiderunt, sequi nunc maluimus, quam imperitorum amanuensium errorem errare. *Equus Alexandri regis*, inquit Gellius, qui hausit a Plinio nostro lib. V, cap. 2, pag. 319: *et capite et nomine Bucephalus fuit. Emptum Chares scripsit talentis tredecim . . . aeris nostri summa est, sestertia CCCXII.* Plutarchus in Alexandro pag. 567: Επὶ δὲ Φιλονείκου τοῦ Θεσσαλοῦ τὸν Βουκέφαλον ἀγαγόντος ὤνιον τῷ Φιλίππῳ τρισκαίδεκα ταλάντων. Tzetzes, Chiliad. IV, v. 490: Ηπερ τῷ Βουκεφάλῳ δὲ Αλέξανδρος ἀ μέγας Τὸν ὄνπερ ὠνησάμενος τρισκαίδεκα ταλάντων Ο Θετταλὸς Φιλόνεικος χαρίζεται Φιλίππῳ. H. — *Tredecim talentis.* Atticis videlicet, quorum singula sex denariorum millia complectuntur: *gallicos francs* fere 5,400. Ergo celebratissimus sonipes venalis fuit gallicae monetae 70,200 fr. As.

Neminem hic alium, quam, etc. Lege: *Neminem hic alium, quam Alexandrum, regio instratus ornatu recepit in sedem, alias passim recipiens.* Quum alios passim sessores reciperet; ubi regio instratus hic erat ornatu, neminem recipiebat in sedem. Et paulo post (nempe pag. 487, linn. 1-7) lege: *Scythici quidem equitatus equorum gloria haec: repetunt occiso regulo ex provocatione dimicante, hostem quum victor ad spoliandum venisset, ab equo eius ictibus morsuque confectum: alium detracto oculorum operimento, et cognito cum*

ornatu, recepit in sedem, alios passim recipiens. Idem in praeliis memoratae cuiusdam perhibetur operae, Thebarum oppugnatione vulneratus in alium transire Alexandrum non passus: multa praeterea eiusdem modi, propter quae rex defuncto ei duxit exsequias: urbemque tumulo circumdedit nomine eius. Nec Caesaris dictatoris quemquam alium recepisse dorso equus traditur: idemque humanis similes pedes priores habuisse, hac effigie locatus ante Veneris Genitricis aedem. Fecit et Divus Augustus equo tumulum, de 3

matre coitu, petiisse praerupta, atque exanimatum. Qua ex causa in agro Reatino laceratum prorigam accepimus. Vide Salmas. pag. 893. — *Neminem hic alium, quam Alexandrum,* etc. Item Plutarchus lib. de Solert. Anim. pag. 970. Solin. cap. XLV, pag. 73, de eo: *Quum ab equario suo alias etiam molliter sederetur, accepto regio stratu, neminem unquam alium, praeter dominum, vehere dignatus est.* HARD.

Alios passim recipiens. Sic scribo, non *alios passim reiiciens*, ex Apogr. Tol. hoc sensu: Instratum ornatu regio, neminem recepisse praeter ipsum regem: sine illo, passim omnes. PINT. — *Alios passim recipiens.* Sequuti sumus codices Reg. 1, 2, Paris. Tolet. etc. ipsumque Pintianum: quum in editis perperam legeretur *passim reiiciens.* Emendationem certe nostram, et interpretationem mire Solinus adiuvat, in prioribus notis ad hoc caput. (vid. not. super.) Sed et paulo ante magis probat, *regio instratu ornatus*, Pellicerius in notis MSS. quam *regio instratus ornatu.* De sensu non ambigitur. Nempe *passim* est vulgariter instratus quemlibet equitem perpetiebatur: at regio vestitus ornatu, unum Alexandrum. HARD.

Urbemque. De qua dictum est lib. VI, capite 23. H. — Ita nempe: Aseni, inquit, trium urbium incolae. Caput eorum Bucephala, Alexandri regis equo (cui fuerat nomen) ibi sepulto, conditum. Strab. l. XV, Bucephaliam ad Hydaspem et in adversa ripa Nicaeam, Poro victo, ab eo conditas refert. DALEC.

Nec Caesaris. Solinus item loco citato. HARD.

Humanis similes. Suetonius in Iulio cap. LXI: *Vtebatur autem equo insigni, pedibus prope humanis, et in modum digitorum ungulis fissis: quem natum apud se, quum aruspices imperium orbis terrae significare domino pronuntiassent, magna cura aluit: nec patientem sessoris alterius, primus adscendit: cuius etiam instar pro aede Veneris Genitricis postea dedicavit.* Inscriptiones veteres, et nummi, VENERI GENETRICI. H. — *Humanis similes*, etc. Videtur huic equo antici pedis cornu introrsus incisum emarginatumque; sculptori vero in maius prolata conformatio vitiosa, ita ut digitos humanos effingeret. CUV.

quo Germanici Caesaris carmen est. Agrigenti complurium equorum tumuli pyramides habent. Equum adamatum a Semiramide usque ad coitum, Iuba auctor est. Scythici quidem equitatus equorum gloria strepunt. Occiso regulo ex provocatione dimicante, hostem quum victor ad spoliandum venisset, ab equo eius ictibus morsuque confectum. Alium detracto oculorum operimento, et cognito cum matre coitu, petiis-
4 se praerupta, atque exanimatum. Equae eadem ex causa in Reatino agro laceratum prorigam invenimus.

Germanici. Qui Cali Caesaris Aug. Germanici imp. pater. H.

Agrigenti. Solinus loco cit. Miltiadem pariter, et Evagoram Laconem, equos Olympiae victores tumuli honore affecisse auctor est Aelianus, Hist. Anim. lib. XII, c. 40. Vide et Herod. lib. VI, pag. 367 et 368. H.

Equum adamatum a Semiramide. Vide quae notata sunt infra ad lib. XXXV, cap. 10. Dalec. — *Equum adamatum a Semir. usque ad coitum.* In MSS. *usque in coitum.* Quid si legas, *usque in rogum?* Nam Hyginus, fab. 243: *Semiramis*, inquit, *in Babylonia equo amisso in pyram se coniecit.* H. — Non probo. Nam videtur e fabulantium ingenio magis, quae circa θηριώδεις coitus versabantur. Neque mos Antiquis de his dubitare. Tauri in Circo et mulieris concubitum narrat ac laudat Bilbilicus, Spectac. epigr. v. Apuleius, Met. lib. X, rem similem tradit, nisi quod clam perpetraverit ὄνος Lucius, iners palam. Nec tamen temere de Semiramide haec crediderim; nec magis quam de Pasiphaë; sed amatos his viros quibus nomina taurum et equum significantia, ut apud nostrates *Leboeuf* et *Poulain.* Ai.

Scythici quidem equitatus equorum gloria strepunt. Occiso regulo, etc. Prius legebatur, *Scythae quidem equitatus et equorum gloria strepunt. Occiso denique ipsorum regulo.* Nobis vero a MSS. fide desciscere Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chiffl. etc. religio fuit: quum praesertim sincerior ea, quam exhibent, lectio videatur. Haso.

Occiso regulo. Solinus cap. XLV, pag. 73. Hard.

Alium detracto. Arist. et Solinus, locis citatis. Aelianus Hist. Animal. lib. IV, cap. 7. Hard.

Equae eadem ex causa in Reatino agro laceratum prorigam invenimus. Alii legunt: *Equam eadem ex causa in Reat. agro, laceratumque pariter aurigam inv.* Verum apographon Tolet. rectius: *Qua ex causa Reatino agro laceratum prorigam invenimus.* Lego *perorigam*, non *prorigam.* M. Varro libro secundo de Re rustica, capite septimo: *Peroriga*, inquit, *appellatur quisquis admittit: eo enim adiuvante, equae alligatae celerius admittuntur.* Pint. — *Prorigam invenimus.* Apud Varron. lib. II, cap. 7,

Namque et cognationum intellectus in iis est: atque in grege prioris anni sorore libentius etiam, quam matre, equa comitatur. Docilitas tanta est, ut universus Sybaritani exercitus equitatus ad symphoniae cantum saltatione quadam moveri solitus inveniatur. Idem praesagiunt pugnam, et amissos lugent domi- 5
nos, lacrymasque interdum desiderio fundunt. Interfecto Nicomede rege, equus eius inedia vitam finivit. Phylarchus refert Centaretum e Galatis, in praelio occiso Antiocho, potitum equo eius conscendisse ovan-

legitur *peroriga*, sive *perauriga*, ut olim *clodus* et *claudus*: at in vetustis exemplaribus huius auctoris, *proriga*, et fortassis aliquanto rectius *pruriga*, ab admissurae prurigine. Scal. — Similis huic est historia de camelo apud Arist.[8] περὶ θαυμασ. ἀκουσμ. Vide Varronem loco citato. Dalec. — *Equae eadem*. Pari ex causa, inquit, laceratum in Reatino agro equarum admissorem fuisse comperimus: etenim is quoque filio matrem eadem fraude submiserat. Haec Varro similiter de Re rust. lib. II, cap. 7, pag. 88, scriptis prodidit. Idem Varro paulo ante pag. 87: *Proriga* (sic enim legendum est, non ut passim legitur, *Peroriga*) *appellatur quisquis admittit*. Sicut *arrigere* et *erigere*, ita et *prorigere* a verbo *rigendi*, quod exolevit, deducitur. *Prurigam* Scaliger somniavit, ab admissurae prurigine: visus tamen Dalec. in hoc (nam hic *prurigam* scribit) sequi. Quod porro de equa Varro narrat, id Philosophus de camelo, non solum in τῷ de Mirabil. Ausc. sed et in Hist. Anim. lib. IX, c. 73, pag. 1161. Hard.

Sorore libentius. Vt cui cognationis suae non minor sit ratio, quam maternae educationis. Passive comilandi verbum Plinius rursum usurpat in nono, cap. 55, de conchis: *In alto quoque comitantur marinis equibus*. Et Virgil. *Fido comitatus Achate*. H.

Sybaritani. Athenaeus lib. XII, p. 520, at non in exercitu tamen, sed inter epulas a Sybaritis id factum ait: ὡς καὶ παρὰ τὰς εὐωχίας τοὺς ἵππους εἰθίζαι πρὸς αὐλὸν ὀρχεῖσθαι. Harn.

Amissos lugent. Solinus cap. XLV, pag. 74. Fundi lacrymas ab equis superius adnotavimus cap. 19. H.

Nicomede. Solinus loco supra laudato. Harn.

Phylarchus refert Centaretum e Galatis, praelio occiso Antiocho, potit. equo eius. Lego: *Philarchus refert, Centaretrio e Galatis in praelio occiso, Antiochum potitum equo*. Solinus capite XLVI, scripsit *Centaretrii* (vid. not. Hard). Consentiuntque huic lectioni praestantes duo auctores graeci. Alter est Lucianus, qui in dialogo, cui est titulus Zeuxis, vel Antiochus, tradit beneficio elephantorum XVI vicisse Antiochum regem Galatas, omni belli apparatu instructissimos. Alter est Appianus Alexandrinus libro Syrio, quo auctore fuit hic Antiochus primus cognomento Soter, qui Stra-

tem. At illum indignatione accensum domitis frenis, ne regi posset, praecipitem in abrupta isse, exanimatumque una. Philistus a Dionysio relictum in coeno haerentem, ut sese evellisset, sequutum vestigia domini, examine apum iubae inhaerente: eoque ostento tyrannidem a Dionysio occupatam.

LXV. Ingenia eorum inenarrabilia iaculantes obsequio experiuntur, difficiles conatus corpore ipso nixuque invitantium. Iam tela humi collecta equiti porrigunt. Nam in Circo ad currus iuncti, non dubie

tonicen novercam amavit. Pint. — *Phylarchus refert Centaretum.* Legend. *Philarchus refert Centareto duce e Galatis in praelio occiso, Antiochum potitum equo eius, conscendissè ovantem.* Salmas. pag. 894. — *Centaretum.* Male invertit omnem hanc historiam Solinus cap. xlv, pag. 74, scribens: *Quum praelio Antiochus Galatas subegisset, Centaretrii nomine ducis, qui in acie ceciderat, equum ovaturus insiluit*, etc. Plinio enim Aelianus adstipulatur Hist. Anim. lib. VI, c. 44: Καὶ τὸν Αντιόχου δὲ ἵππον τὸν τιμωρήσαντα τῷ δεσπότῃ, καὶ ἀποκτείναντα τὸν Γαλάτην, ὁσπεροῦν ἀπέσφαξε τὸν Αντίοχον ἐν τῇ μάχῃ· ὄνομα δὲ τῷ Γαλάτῃ Κεντοαράτης ἦν· ἐῶ καὶ τοῦτον. Aelianum a Salmasio neglectum miror, qui pag. 894 in Solinum, Plinium ex eius transcriptore, cuius fidem et eruditionem saepe ipse desideral, castigare hoc loco nihil veretur. Hard.

Domitis frenis. Evictis, subactisque. Solini paraphrasis: *Isque adeo sprevit lupatos.* Hard.

Philistus. Hanc historiam ex eodem auctore Philisto, Cicero recital paulo uberius, de Divin. lib. I, pag. 187. Hard.

LXV. *Ingenia eorum.* Digna sunt memoratu quae de Turcicis equis Busbequius refert, epist. 3, pag. 69: *Amant Turcae*, inquit, *assuefactos equos habere, ut iussi procumbant in genua, et sessorem ita recipiant: bacillum, clavam, aut enseat mordicus humo attollant, insidentique domino porrigant: quae ubi perdidicerunt*, etc. Ex ipsis fontibus repetere reliqua, a quibus exscribendis supersedemus, fuerit operae pretium. Sensum autem sic habe: Ingenium eorum inenarrabile, qui iacula mittunt, ex obsequio quod ipsis equi praestant, intelligunt: nam et difficiles iaculantium conatus corpore et nisu adiuvant: et tela humi collecta equiti porrigunt, etc. Hard.

Ingenia eorum inenarrabilia iaculantes obsequio experiuntur, difficiles conatus corpore ipso nixuque invitantium. Etsi defendi recepta lectio potest, tamen admonitu codicum Reg. 1, 2, Paris. etc. distingui legique satius videtur: *Ingenia eorum inenarrabilia: Iaculantes obsequio experiuntur... nisuque iniuvantium*, vel *iuvantium.* Haan.

Nam in Circo. Solinus cap. xlv, pag. 74. Plura in eam rem Veterum dicta collegit Bochartus, de Animal. parte I, lib. I, cap. 8, pag. 130. Sed

intellectum adhortationis et gloriae fatentur. Claudii Caesaris saecularium ludorum Circensibus, excusso in carceribus auriga Albato Corace, occupavere pri-

eximium, vir alioqui diligens, praetermisit Sidonii locum, qui rem graphice hendecasyllabis delineat, carm. XXV: *Micant colores, Albus, vel Venetus, Virens, Rubensque: Vestra insignia continent ministri; Ora et lora, manus, iubasque tortas, Cogunt flexibus latere nodis: Hortanturque obiter, iuvantque blandis Utro plausibus, et voluptuosum Dictant quadrupedantibus furorem*, etc. Et mox: *Rancus corda ferit fragor faventum, Atque ipsis pariter viris equisque*, etc. HARD.

Saecularium. Quos Claudius edidit, quasi anticipatos ab Augusto, legitimo tempori reservatos, inquit Suetonius in Claudio, cap. XXI. HARD. — Saecularea ludos non centesimo quoque, sed decimo post centesimum elapso anno, celebrari lex fuit: sed nec reipublicae tempore, nec sub imperatoribus servata. Quod e sequenti indice pervide, ubi singuli ad annos suos referuntur: nempe prima ludorum celebratio ad ann. ant. Chr. nat. 509 referenda; secunda ad 449, tertia ad 249, quarta ad 149, quinta ad 47, sexta ad 47 post Chr. n. septima ad 87, octava ad 147, nona ad 204, decima ad 247 (qui V. C. millesimus, imperante Philipp. Arab. fuit), undecima ad 263, duodecima ad 404. AJ.

Excusso in carceribus auriga, etc. Lege: *Excusso in carceribus auriga Albati equo Corace occupavere, primatum obtinuere, opponentes, effundentes, omniaque contra aemulos, quae debuissent peritissimo auriga insistente, facientes. Corax* equus dictus in illa quadriga praecipuus. In Circensibus nomina equis indebantur vel a celeritate, vel a colore, etc. SALMAS. 895, 900. — Sed vide not. seq.

Auriga Albato Corace. Proprium non equi, ut putavit Salm. sed aurigae nomen *Corax*, ut mox alterius *Ratumena*. Estque sententia, priora curriculi spatia occupavisse equos in Circo ad currum iunctos, excusso statim in carceribus Albatae factionis auriga Coraee: indeque ea tutatos esse, ac iugiter retinuisse, opponendo sese insequentibus, effundendoque. Nec sum tamen nescius Circensibus equis indita olim nomina fuisse: qua de re uberrime Gothofredus, in cod. Theod. lib. XV, tit. 9, pag. 390. Caeterum locum hunc editores Plinii, verbis partim detrectatis, partim immutatis, partim etiam temere adiectis egregie interpolarant, in hunc modum: *Excusso in carceribus auriga albati equi palmam occupavere, primatum obtinuere, opposita effundentes, omnia quae*, etc. Nos uti edidimus, ex codicibus Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Chiffl. Paris. nullo fere apice neglecto vel immutato, expressimus. Vox *occupare* per se, nullo alio adiecto vocabulo, et *primum locum obtinere*, in Circo quadrigarumque certamine familiares ac propriae: apud Gruterum, pag. 337: DIOCLES. AGITATOR .... OCCVPAVIT. ET VICIT. DCCCXV. SVCCESSIT. ET VICIT. LXVII... ERIPVIT. ET VICIT. DII. PRASINIS. CCXVI. VENETIS, CCV. ALBATIS. LXXXI, etc. Et infra: PRIMVM. LOCVM. OBTINERE. VIDETVR. FORTIVA, etc. HARD.

Occupavere prima. Occupavere priora curriculi spatia: tum ea *iugiter*

ma: tum obtinuere, opponentes, effundentes, omniaque contra aemulos, quae debuissent peritissimo auriga insistente, facientes: quum puderet hominum artem ab aequis vinci, peracto legitimo cursu ad
2 cretam stetere. Maius augurium apud priscos, plebeiis Circensibus excusso auriga, ita ut si staret, in Capitolium cucurrisse equos, aedemque ter lustrasse:

toto curriculi spatio tenuere, opponentes sese, etc. Haad.

Ad cretam stetere. Ita nos restituimus ex codicibus Reg. 1, 2, Paris. Chiffl. auctoritate. Interpolatores *metam* scripserant. Creta pro meta sumitur, quoniam signare metam in Circo creta solebant, ut essel conspicua. Seneca, epist. 108, p. 469: *Hanc quam nunc in Circo cretam vocamus, calcem antiqui dicebant.* Isidorus, Orig. lib. XVIII, cap. 34: *Septem spatia quadrigae currunt, quorum finis est creta.* Plinius ipse lib. XXXV, cap. 58: *Est et vilissima* (*de creto loquitur*) *qua Circum praeducere ad victoriae notam institaerunt maiores.* De Circensibus ludis perstringere hoc loco quiddam obiter, operae pretium visum est fore. Atque a Circo quidem, in quo fiebant, traxisse nomen, pervulgatum est: at duorum generum eos fuisse, haud ita obvium: patricios scilicet, plebeiosque: illos per patres agi solitos, per plebem istos: inde petitam appellationem: illos ab imperatoribus, consulibus, aedilibusque curulibus: hos ab aedilibus plebis: patricios in Circo maximo, in Flaminio plebeios: illos varia anni tempestate atque occasione: hos stato die, a. d. XIII kalend. novemb. per triduum, ut veteres Fasti testantur. Plebeiorum Circensium praeter Plinium hoc cap. meminere Livius passim, Valerius Max. libro I, capite 7, num. 4, aliique. Asconius Pedianus, orat. 2 in Verr. plebeios ludos appellatos ait: *quos exactis regibus pro libertate plebis fecerunt, aut pro reconciliatione plebis post secessionem in Aventinum.* Haao.

Maius augurium. Forte reclius, *Maius augurio*, in hanc sententiam: Re modo iam narrata maius adhuc est quod de romana quadriga lustrante Capitolium sequitur, augurii quod prae se tulit, ratione. Nullum enim in superiore spectaculo apparet augurium. Ita fere Pellicerius in notis MSS. De ludis plebeiis Circensibus, vide quae alibi diximus ad nummum illum Caesaris Augusti, C. C. AVGVSTI. *Circenses Caesaris Augusti.* Et ad illum Hadriani Aug. ann 874, NAT. VAS. P. CISC. CON *Notali Vrbis, Plebeii, Circenses Constituti.* H.

In Capitolium cucurrisse equos. Solitos per latinas ferias illic agitari et exerceri quotannis vide infra lib. XXVII, cap. 7. Idem de Arione equo pernicissimo, traditur illum, in Nemeis deturbato rectore Polynice, reliquos omnes cursu antevertisse. Alex. ab Alex. V, 8. Fiebat id in equitum transvectione, de qua Cuiacius Observ. XIII, 29; Iust. Lips. de Milit. Rom. lib. 1, dial. 5, pag. 39. Dalec.

Aedemque ter. Ita MSS. at editi *sedem*, minus sincere. Solini para-

maximum vero eodem pervenisse ab Veiis cum palma et corona, effuso Ratumena, qui ibi vicerat: unde postea nomen portae est.

Sarmatae longinqua itinera acturi, inedia pridie 3 praeparant eos, potum exiguum impertientes: atque ita per centena millia et quinquaginta continuo cursu euntibus insident. Vivunt annis quidam quinquagenis: feminae minore spatio: eaedem quinquennio finem crescendi capiunt, mares anno addito. Forma equorum, quales maxime legi oporteat, pulcherrime quidem Virgilio vate absoluta est. Sed et nos diximus in libro de iaculatione equestri condito: et fere inter omnes constare video. Diversa autem Circo ratio quaeritur. Itaque quum bimi in alio subigantur imperio, non ante quinquennes ibi certamen accipit.

phrasis, cap. XLV, pag. 74: *Nec ante substuit, quam Tarpeium Iovem terna dextratione lustraret.* Idem tamen Solinus duo haec diversa inter se spectacula, Capitolinae quadrigae, et Veientanae, simul confudisse deprehenditur. H.

Ab Veiis cum palma et corona. Plutarchus in Poplicola. DAL.

Effuso Ratumena. Vide Lucium Faunum cap. XXIV. DAL. — *Effuso Ratumena.* Solinus: *Excussa auriga, quem Ratumenam nominabant.* Rem quoque narrant multo prolixius Plutarchus in Poplicola, pag. 103, et Festus verbo *Ratumena.* H.

Potum exiguum. Ita MSS. omnes. Editi, *exiguum tantum potum.* H.

Vivunt annis. Conf. Aristotel. Hist. Animalium lib. VI, cap. 22, p. 751. HAAR.

Femina minore. Nulla enim LXXV vitae annum, uti mox cap. seq. de mare dicitur, proditur attigisse. Sic Solini paraphrasis: *In huiusce animalis genere aetas longior maribus: nam legimus equum ad usque annos LXX vixisse.* Confer cum istis ea quae Philosophus afferl, loc. cit. H.

Eaedem quinquennio. Arist. pag. 572. H.

Forma equorum. Describitur a Columella, lib. VI, cap. 29, pag. 237; Varrone, de Re rust. lib. II, cap. 7; Xenophonte, περὶ ἱππικῆς, etc. H.

Virgilio. Georgic. lib. III, vers. 72. H.

Diversa autem. Colorem hunc dicendi mutuatur a Virgilio ita canente: *Sin ad bella magis studium, turmasque ferroces, Et Iovis in luco currus agitare volantes, Primus equis labor est animos atque arma videre Bellantum, lituosque pati.* H.

In alio subigantur. Vel *in alia subigantur imperia.* Columella lib. VI, cap. 26: *Est generosa materies, quae Circo, sacrisque certaminibus equos praebet.* Et cap. 28: *Equos bimus ad usum domesticum reste do-*

LXVI. Partum in eo genere undenis mensibus ferunt, duodecimo gignunt. Coitus verno aequinoctio, bimo utrimque, vulgaris: sed a trimatu firmior partus. Generat mas ad annos triginta tres, utpote quum a Circo post vicesimum annum mittantur ad sobolem. Opunte et ad quadraginta durasse tradunt, adiutum

matur: certaminibus autem expleto triennio: sic tamen ut post quartum demum annum labori committatur. Hard.

LXVI. *Partum in eo.* Aristot. Hist. Anim. lib. VI, cap. 22, pag. 748; Apsyrtus in Geopon. lib. XVI, cap. 1, pag. 420. H.

Duodecimo. Columella, lib. VI, cap. 26; Varro, de Re rust. lib. II, cap. 7, pag. 87, et Arist. loco cit. Haan.

Coitus verno. Columella et Apsyrtus, locis citatis, et Arist. pag. 747. Hard.

Bimo utrimque. Mare ac femina, bimis. Sic lib. X, cap. 83: *Laconicae canes octavo mense utrimque generant.* Arist. loco citato: Ἵππος δ' ἄρχεται ὀχεύειν, ὁ μὲν ἄρρην, διετής· ἡ δὲ θήλεια, διετής ὀχεύεσθαι. H.

Sed a trimatu. Arist. Colum. lib. VI, cap. 28, pag. 237. H.

Generat mas. Arist. Hist. Anim. lib. VI, cap. 23, pag. 562. H.

Generat mas ad annos triginta tres: utpote quum a Circo post vicesimum annum mittantur ad sobolem. Ita MSS. omnes. Solinus certe nihil de Circo, cap. XLV, pag. 74: *In annum tertium*, inquit, *et tricesimum generant, utpote qui etiam post tricesimum mittantur ad sobolem reficiendam.* Quam ob causam aliis placet, *utpote quum ideirco.* Mihi certe non placet: quum enim paulo ante aperuerit, qui Circo equi quaerantur, nunc idem qua aetate a Circo abeant, et veluti manumittantur, ac rudem accipiant, aperit. H.

Mittantur ad sobolem reparandam. Postremum verbum superfluit ex codice Salmanticensi. Pint.

Et ad quadraginta durasse tradunt. Multum hoc in loco debemus Toletano archetypo, restituta nobis dictione in omnibus exemplaribus obliterata. Scribendum igitur, *Opunte et ad quadraginta esse tradunt.* Arist. lib. sesto, capite 22: *Equum apud Opuntem gregarium fuisse accepimus, qui annos quadraginta natus posset coire, sed adiumentum, quo nempe pedes priores attollerentur, desiderabat.* Pint. — *Mittantur ad sobolem. Opunte et ad quadraginta durasse tradunt.* Plinii editores, hanc vocem *Opunte* nihili esse arbitrati, locum hunc sic interpolarant: *mittantur ad sobolem reparandam. Et ad quadraginta*, etc. Sed hanc vocem *reparandam* nulli agnoscunt codices. Reg. 1, 2, Paris. et Tolet. quem Pintianus habet, *Opunte* exhibent; confirmatque Philosophus, qui eadem tradit, Hist. Anim. lib. VI, cap. 22, pag. 754, cuius haec verba sunt: Ἐν Ὀπούντι δὲ ὁ Φορβίου ἵππος ὤχευεν ἐτῶν ὢν τεσσαράκοντα· ἔδει δὲ τὰ πρόσθια σκέλη συνεπαίρειν. Versione non opus est quam Pint. (vid. init. notae) dedit. Agnovit hanc Opuntis lectionem Solinus cap. XLV, pag. 74, etsi male is oppidi nomen quod in

modo in attollenda priore parte corporis. Sed ad generandum paucis animalium minor fertilitas: qua de causa per intervalla admissurae dantur: nec tamen quindecim initus eiusdem anni valet tolerare. Equa- 2
rum libido exstinguitur iuba tonsa. Gignunt annis omnibus ad quadragesimum. Vixisse equum septuaginta quinque annos proditur. In hoc genere gravida stans parit, praeterque caeteras fetum diligit. Et sane equis

Locris Epicnemidis fuit, qua solet supinitate in equum ipsum transiulit: *Notatum etiam advertimus*, inquit, *Opuntem nomine equum ad gregariam venerem durasse in annos quadraginta.* Hard.

Sed ad generandum. Aristot. Hist. Anim. lib. VI, cap. 22, pag. 755. H.

Per intervalla. Aristot. Ἵππος μὲν οὖν διαλείπουσα τίκτει, loco citato. Non continuatur admissura, inquit, sed quaedam ei conceduntur intervalla. Dissentire Varro videtur de Re rust. lib. II, cap. 7, scribens, *Admittere oportet, quum tempus anni venerit, bis die, mane, et vespere.* H.

Nec tamen quindecim initus. Fecundos scilicet. Non enim quindecim coitus, sed impletiones, ut ita dixerim, equarum intelligit. Non possunt, inquit, eodem anno equae quindecim ab eodem admissario impleri. Huius interpretationis vadem exhibemus Columellam, de eodem admissario, lib. VI, cap. 27: *Verumtamen nec minus quam quindecim, nec rursus plures quam viginti, unus debet implere.* Denas singulis Varro, loco cit., equas dedisse videtur. Aristoteles vero usque ad tricenas. Qui et alibi de impletionis modo agens: *Non certo dierum numero*, inquit, *equus implet: sed aliquando die una, duabusve aut tribus, aliquando pluribus.* Hist. Anim. lib. VI, cap. 22, pag. 748: Πληροῖ δ' ὁ ἵππος οὐκ ἐν τεταγμέναις ἡμέραις, ἀλλ' ἐνίοτε μὲν ἐν μιᾷ, ἢ δυσὶν, ἢ τρισὶν· ἐνίοτε δὲ πλείοσιν. H.

Equarum libido. Arist. Hist. Anim. lib. VI, cap. 17, pag. 721; Aelian. Hist. Anim. lib. XI, cap. 18; Solin. cap. XLV, pag. 74; Albertus M. ex Avicenna, de Animal. tract. III, lib. VI, cap. 2, pag. 211. H.

Gignunt. Arist. Hist. Anim. lib. V, cap. 13, pag. 562. H.

Vixisse equum LXXV annos proditur. Legendum, ut arbitror, *equam*, non *equum*. Nam etsi ambigue id profert Aristoteles libro sexto, capite 33, unde haec ferme cuncta hausit Plinius, quia equus dubii est generis apud Graecos, tamen quia paulo ante tradiderat feminam in eo genere vivaciorem esse, propius vero est ut *equam* legatur, quam *equum*. Pint.

Septuaginta quinque. Solinus *LXX*, sed perperam. Nam Arist. loco cit. Ἡδὴ δέ τις ἐθέωσεν ἵππος καὶ ἑβδομήκοντα πέντε ἔτη. H.

In hoc genere. Arist. Hist. Anim. lib. VI, cap. 22, pag. 751: H.

Et sane. Et sane equis innasci id quo veneficae utantur ad artes amatorias, certum est. Quid si legas, *Est sane?* H.

amoris innasci veneficium, hippomanes appellatum, in fronte, caricae magnitudine, colore nigro: quod statim edito partu devorat feta, aut partum ad ubera non admittit. Si quis praereptum habeat, olfactu in

Amoris innasci venef. Hoc est, quod veneficae colligant ad artes amatorias. Αἱ φαρμακίδες ζητοῦσι, καὶ συλλέγουσιν. Arist. pag. 756. H.

Hippomanes. Theophrastus fragmento de animalium Invidis. Vide infra lib. XXVIII, cap. 11. Dalec. — *Hippomanes.* Haec totidem verbis Philosophus loco citato pag. 756, et Solinus cap. XLV, pag. 74. De hippomane, quid id sit, magna physicorum dissensio est. Aristotelis Pliniique sententiam experimento se comprobasse testatur Car. Raygerus, anno 8 Ephemerid. German. seu Miscellan. Curios. Observat. 57, ubi allatum sibi ait anno 1676, mense februario, hippomanes huiuscemodi recens a fronte nati pulli avulsum, et adhuc calens, quod ipse accurate describit. pag 96. Esse porro et aliud, quod equae furibundae ex sese eiiciant, hippomanes pariter vocatum, expetitumque veneficiis, auctor est Arist. Hist. Anim. lib. VI, cap. 17, pag. 718. Aliud rursum hippomanes quoque dictum, quod ex equis effluat, pag. 719. Vide Aelian. Hist. Anim. lib. XIV, cap. 18. H. — *Hippomanes.* Nomen solemne concretionis cuiusdam, quae nonnunquam in equarum amnii aqua invenitur. Falso huic tot dotes, praecipue in miscendis philtris, a Veteribus tributae. Hanc quidem, vix orto equuleo, equa devorat, sed eo ingenio percita quo animantium fere omnium qui quadrupedes sunt, feminae, secundinas edunt: certe hippomanes nullo modo causa est, cur pullum suum equa diligat. Cuvier.

Caricae magnitudine, colore nigro. Solinus, *colore fulvo*, non *nigro*, male. Nam Aristoteles nigro esse tradit, libro sexto, cap. 22. Depravatam in Solino dictionem reor, et pro *furvo*, indoctos librarios *fulvo* scripsisse. Pint.

Quod statim. Arist. loco citato Aelian. Hist. Anim. lib. XIII, cap. 17. Hard.

Aut partum. Arist. loco citato Aelian. Hist. Anim. lib. XIV, cap. 18. Hard.

Quod statim edito partu devorat feta, aut partum ad ubera non admittit, si quis praereptum habeat. Olfactu id genus in rabiem agitur. Vitiata interpunctio sensum elegantem obnubilat, et ex raro vulgarem facit. Legendum sic: *Quod statim edito partu devorat feta aut partum ad ubera non admittit. Si quis praereptum habeat, olfactum in rabiem id genus agit.* Aristoteles libro sexto, cap. 22: *Quum equa peperit, statim secundas devorat, atque etiam quod pupilli nascentis fronti adhaeret, hippomanes dictum, magnitudine minus exigua fico passa, specie latiusculum, orbiculatum, nigrum. Hoc si quis praerepto odorem moveat, equa excitatur, furitque agnito eo odore.* Accedit et Theocriti interpres in expositione Pharmaceutriae: *Fertur*, inquit, *equas percepto odore hippomanis, furore correptas, impetum in eum qui habeat facere.* Pint. — *Si quis prae-*

rabiem id genus agitur. Amissa parente in grege armenti, reliquae fetae educant orbum. Terram attingere ore triduo proximo, quam sit genitus, negant posse. Quo quis acrior, in bibendo profundius nares mergit. Scythae per bella feminis uti malunt, quoniam urinam cursu non impedito reddant.

LXVII. Constat in Lusitania circa Olisiponem oppidum et Tagum amnem, equas Favonio flante obversas animalem concipere spiritum, idque partum fieri, et gigni pernicissimum ita: sed triennium vitae

reptum habeat, etc. Coniunxit haec cum praecedentibus Solinus ea transcribens; coniunxere et Plinii editores, in hunc modum: *Quod statim edito partu devorat feta, aut partum ad ubera non admittit, si quis praereptum habeat Olfactu in rabiem id genus agitur.* Sequentibus nos adnectimus, cum Pintiano, unica periodo ea pariter includentes, ex Aristotele, cuius locus hic est in sexto voluminis de Hist. Anim. cap. 22, pag. 756: Τοῦτο ἐάν τις φθῇ λαβών, καὶ ὀσφρᾶται ἡ ἵππος, ἐξίσταται καὶ μαίνεται πρὸς τὴν ὀσμήν. *Hoc si quis praeveniens auferat, odore eius sollicitata equa, surgit: atque ubi olfecit, furit.* Hard.

Amissa parente. Arist. Hist. l. IX, cap. 55, pag. 1017; Aelianus, Hist. Anim. lib. III, cap. 8; Tzetzes, Chil. IV, Hist. 124, v. 108. H.

Quo quis acrior. Solinus cap. XLV, pag. 74. H.

Scythae. Solini paraphrasis: *Mas ad bella nunquam producitur apud Scythas: eo quod feminae exonerare vesicas etiam in fuga possunt.* H.

LXVII. *Constat in Lusit.* Haec Solinus transcripsit ex Plinio cap. XXIII, pag. 43. Praeter Virgilium, quem poëticae licentiae defendit excusatio, gravissimus auctor M. Varro, de Re rust. lib. II, cap. 1, et Columella lib. VI, cap. 27, pag. 235, hoc ipsum attestari posteris nihil dubitaverunt. Adeo nullum est tam impudens mendacium, ut dictum est a Plinio verissime, superius capite 34, quod testes careat. Quanto consultius ex Trogo Iustinus lib. XLIV, cap. 3! *In Lusitania iuxta fluvium Tagum, vento equas concipere multi auctores prodidere: quae fabulae ex equarum fecunditate, et gregum multitudine natae sunt: qui tanti in Gallaecia et Lusitania, ac tam pernices visuntur, ut non immerito vento ipso concepti videantur.* H.

Favonio flante obversas. Alii *adversas* legunt, eodem intellectu: obversas enim equas, contrario situ stantes intelligo: ut quae, non naturalibus locis, sed ore, animalem illum Zephyri flatum, excipiant. Virgilius, Georg. III, vs. 273 seqq. *Ore omnes versae in Zephyrum, stant rupibus altis, Exceptantque leves auras, et saepe sine ullis Coniugiis, vento gravidae*, etc. H.

Sed triennium. Varro et Columella laudati. Solinus cap. XLV, pag. 74. Hard.

non excedere. In eadem Hispania Gallaica gens est, et Asturica: equini generis, (hi sunt quos thieldones vocamus, minori forma appellatos asturcones) gignunt, quibus non vulgaris in cursu gradus, sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio: unde equis tolutim carpere incursus traditur arte. Equo fere, qui homini morbi; praeterque, vesicae conversio, sicut omnibus in genere veterino.

LXVIII. (XLIII.) Asinum cccc millibus nummum em-

In eadem Hispania Gallaica gens, et Asturica equini generis (hi sunt quos thieldones vocamus) minori forma appellatos asturcones, gignunt. Lego: *In eadem Hispania, Calaica, gens est, et Asturica. Equini generis hic sunt quos thieldones vocamus. Minori fama appellatos asturcones gignunt:* ex archetypo Tol. Pint.

Hi sunt quos thieldones vocamus, etc. Ita MSS. omnes. Nihilominus Thiellones potius, sive Thellones libentius agnoscit Lud. Carrio, Emendat. lib. I, cap. 17, quod hodieque germanica lingua Asturcones equi *Telleners* appellentur. Pellicerius in notis MSS. *Tollutones* magis probat, scribente Seneca, *Asturconibus, et Tollutaribus mannis.* Ex MSS. codicum fide, et Pintianum quoque sequuti, vocnlas hasce duas, *hi sunt*, adiecimus, quae in editis desiderabantur. Hard.

Asturcones. Martial. lib. XIV, Epigr. CXCIX: *Hic brevis, ad numerum rapidos qui colligit ungues, Venit ab auriferis gentibus Astur equus.* Nonius: *Asturco, gradarius equus est, molli gradu, et sine succussatione nitens.* Gallis, *haquenée, haquenée d'Espagne.* H.

Tolutim. Quasi volutim et volubiliter. Plaut. Asin. act. III, sc. ult. *Demam hercle tibi de hordeo, tolutim ni badizas*: hoc est, numeratim ac molliter. Incessum hunc tolutarem Vegetius ambulaturam vocat: unde vox gallica idem fere sonans, *l'amble.* Vide Ducange in Glossario. Hard.

Carpere incursus. MSS. omnes, *Capere in cursu.* Mallem, *capere incessum.* H.

Equo fere. Arist. Hist. Anim. lib. VIII, cap. 29, pag. 972. H.

Vesicae conversio. Cuius mali signum est, inquit Arist. quum nequeunt urinam facere, τὸ μὴ δύνασθαι οὐρεῖν. H.

Veterino. Veterina animalia dicuntur, ad vecturam idonea: equi, asini, muli. H.

LXVIII. *CCCC millibus.* MSS. omnes, *CCCC nummum*, neglecta, ut semper fere, *M.* millenarii numeri nota. Varro, de Re rust. lib. III, c. 2, pag. 96, emptum ab Axio asinum quadraginta millibus scribit: sed ex hoc Plinii loco castigandus, ut *quadringentis millibus* legatur, adstipulante Budaeo. Et vero apud ipsum Varronem lib. II, cap. 8, pag. 89, tricenis ac quadrigenis, hoc est, tricenis supra quadraginta millibus nummum admissarii aliquot asini veniisse leguntur. Et cap. 1 eiusdem

ptum Q. Axio senatori, auctor est M. Varro, haud scio an omnium pretio animalium victo. Opera sine dubio generi mirifica, arando quoque, sed mularum maxime progeneratione. Patria etiam spectatur in his, Arcadicis in Achaia, in Italia Reatinis. Ipsum animal

libri, centum millibus unum emptom scribit. Insigne quidem, et quod fidem prope excedat, asini pretium illud est, cccc millium: sed cuiusmodi esse necesse est, ut quemadmodum Plinius ait, omnium pretium animalium vincat. Efficiunt tot nummorum, sive sestertiorum millia, libras monetae francicae fere 76000; quadraginta vero millia nummum, libras 7600: quam summam in coëmendis equis saepe hac aetate excedunt, quibus id genus cordi est. Equos in Arabia praestantes tricenis librarum gallicarum millibus aestimari in eo tractu, scribit Tavernerius tom. I Itiner. lib. I, pag. 157. De mularum pariter immani pretio, Martialis lib. III, Epigr. LXII: *Aurea quod fundi pretio carruca paratur, Quod pluris mula est, quam domus empta tibi.*

Nummum. Nummus ubique Plinio caeterisque latinis scriptoribus pro sestertio usurpatur: qui denarii quarta pars est. Gallicae monetae, imperante Augusto, aestimabatur n fr. 20 cent. $\frac{379}{1000}$; sub Domitiano, o fr. 17 cent. $\frac{587}{9000}$. Nummum et pro denario aliquanda sumi, ex Varrone et Plauto didicimus: sed, ut arbitror, καταχρηστικῶς. H. et Ad.

Opera sine dubio geruli mirifica, etc. Legend. *Opera sine dubio generi munifica, arando quoque, sed et mularum maxime pro generatione.* Huic generi, inquit, praeter dossuariam omnibus notam, opera quoque arando munifica, sed et mularum progeneratione. Salmas. p. 338. — *Generi mirifica*, etc. Sincera haec lectio, quam exhibent libri omnes mann exarati, non item ea, quam vulgati prae ae ferunt, *geruli*: nec quam Pellicerius in MSS notis reponit, *ruri mirifica*: nec quam Salmasius ex corrupto codice probat p. 338, in Solin. *munifica*. H. — *Generi mirifica*. Asinorum generi: ut cap. 66, de equis: *Partum in eo genere undenis mensibus ferunt.* Et postea, *In hoc genere gravida stans parit*, etc. Mirifica porro ea, quam praestat asinus, opera dicitur: quoniam, ut ait Columella lib. VII, c. 1, pag. 248, qui locus Plinianae orationi similis videtur, *Plurima huius animalis ac necessaria sunt opera: quum et facilem terram, qualis in Baetica, totaque Libya sit, levibus aratris proscindat, et non nimio pondere vehicula trahat.* Saepe etiam, ut celeberrimus poëta memorat, *Tardi costas agitator asselli Vilibus aut onerat pomis*, etc. H.

Arando quoque. Columella, loc. c. Varro, lib. I Rei rust. cap. 20, et lib. II, cap. 6: *Plerique deducuntur ad molas, aut ad agriculturam, ubi quid vehendum est: aut etiam ad arandum, ubi levis est terra, ut in Campania.* Plinius id ipsum de Africa, lib. XVII, cap. 3. Indaeis quoque usitatum fuit arare asinis: ad. Isaiam, c. 30. H.

Sed mularum. Vide Columell. lib. VI, c. 37, p. 245. H.

Arcadicis. Varro, de Re rustic. lib.

frigoris maxime impatiens: ideo non generatur in Ponto: nec aequinoctio verno, ut caetera pecua, admittitur, sed solstitio. Mares in remissione operis de-
2 teriores. Partus a tricesimo mense ocyssimus, sed a trimatu legitimus: totidem, quot equae, et eisdem

II, c. 1: *Asini Arcadici in Graecia nobilitati, in Italia Reatini*: Plautus in Asinar. Act. II, scen. 2, vs. 67: *Meministin' asinos Arcadicos mercatori Pellaeo Nostrum vendere atriensem?* H.

Ipsum animal. Herod. Melpom. lib. IV, pag. 265, quem sequuti, Arist. Hist. Animal. lib. VIII, cap. 30, pag. 975, et de Gener. Animal. lib. II, cap. 8; Strabo, lib. VII, pag. 307, aliique. In Arvernia Galliae provincia maxima sunt frigora: et asini tamen eximii, nec Reatinis minores. Vide Albertum, de Anim. lib. VII, c 2, pag. 233. H.

Pecua. Festus: *Pecuum Cato dixit, genitivum pluralem, ab eo quod est pecu* H.

Sed solstitio De aestivo tantum solstitio apud Plinium haec semper vox intelligitur, et apud plerosque alios latinitatis probatos scriptores. Varro, de Re rust. lib. II, cap. 6. de asinis: *Admittitur ante solstitium, ut eodem tempore alterius anni pariant. Duodecimo enim mense conceptum semen reddunt.* Columella tamen, lib. VII, cap. 3, pag. 253, hibernum quoque solstitium dixit. H.

Mares. Varro, loc. cit. apertius: *Praegnantes*, inquit, *opere levant: venter enim labore nationem reddit deteriorem. Marem non disiungunt ab opere, quod remissione laboris fit deterior.* Sic Plinius cap. seq. mares fatigatos ait melius implere. H.

Partus a tricesimo. Arist. Hist. lib. V, c. 13, p. 562, et lib. VI, c. 23, p. 757; Apsyrtus in Geopon. H.

Partus a tricesimo mense ocyssimus, sed a trimatu legitimus, totidem quot equae, etc. Foedam verborum depravationem suspicor hic esse, et cum veniae praefatione castigandam. Dictionem enim *partus* in *coitus*, et *legitimus* in *gignunt* sentio esse mutandam, ut in totum scribatur sic, *Coitus a tricesimo mense ocyssimus, sed a trimatu gignunt totidem quot equae, et eisdem mensibus.* Nam etsi asina et equa vivipara sunt animalia, pariunt tamen interdum geminos, et utraque duodecimo mense, ex Aristotele, lib VI, cap. 22 et 23. Hoc tractandi ordine usus est proximo cap. de equis agens, *Coitus verno aequinoctio, bimo utrinque vulgaris, sed a trimatu firmior partus.* Prius de coitu loquutus est, deinde de partu. Eumdem ordinem hic servari reor. Aristoteles, lib. V, cap. 14: *Asinus tam mas quam femina mense tricesimo coit, sed magna ex parte nequeunt generare.* Pint. — *Quot equae.* De quibus dictum est, c. 66: *Partum in eo genere undenis mensibus ferunt, duodecimo gignunt.* Subscribit Varro, de Re rust. lib. II, cap. 8, p. 89, et Arist. Hist. lib. VI, c. 22, p. 748, et c. 23, p. 758. Gestare uterum asinam menses duodecim scribit Apsyrtus in Geopon. lib. XVI, c. 21, pag. 422: Κυοφορεῖ δὲ ἡ ὄνος μῆνας ιβ. H.

mensibus, et simili modo: sed incontinens uterus urinam genitalem reddit, ni cogatur in cursum verberibus a coitu. Raro geminos parit: paritura lucem fugit, et tenebras quaerit, ne conspiciatur ab homine. Gignit tota vita, quae est ei ad tricesimum annum. 3 Partus caritas summa, sed aquarum taedium maius. Per ignes ad fetus tendunt: eaedem, si rivus minimus intersit, horrent ita, ut pedes omnino caveant tingere. Nec nisi assuetos potant fontes, quae sunt in pecuariis, atque ita ut sicco tramite ad potum eant, nec pontes transeunt, per raritatem eorum translucentibus fluviis. Mirumque dictu, sitiunt: et si immutentur aquae, ut bibant cogendae exorandaeve sunt.

Sed incontinens uterus urinam genitalem reddit. Apographum Toletverius, *Sed incontinens uterus, urina genitale reddit*, hoc est, simul cum urina genituram emittit. Pint. — *Urinam genitalem... reddit.* Hoc est, genituram ipsam ac semen cum urina reddit. Ita MSS omnes. Et Arist. Hist. lib. VI, cap. 23, p. 757: Ἐξουρεῖ δέ, ὅταν ἀχιυθῇ, τὴν γονήν, ἐὰν μὴ κωλύηται· διὸ τύπτουσι μετὰ τὴν ὀχείαν εὐθύς, καὶ διώκουσι. Iuvenalis paritur urinam dixit pro semine, Satyra XI: *Auribus atque oculis concepta urina movetur.* H.

Raro geminos. Arist. lib. VI, cap. 23, p. 758. H.

Paritura. Conf. Aristot. p. 759. H.

Quae est ei. Conf. Aristotel. pag. 760. H.

Quae sunt in pecuariis. Asinae scilicet, quae in armento ad prolem reparandam degunt. H. — *Nec nisi assuetos potant fontes, quae sunt in pecuariis.* Editi ad hunc diem libri, *qui sunt.* Nos ex Reg. 1 cod. et Paris. *quae*, ut ad asinas referatur, quae in armento degunt. Nam gerulas in itinere, quaslibet his aquas locus obtulerit, bibere quis nescit? H.

Per raritatem eorum. Alii, *per raritatem planearum.* Quam vocem dictionaria scribunt, huius loci testimonio auctoratam, et Nonii. Ego malim, *sublicarum.* Φάλαγγες Graecis, inquit Scaliger, priscis palangae et palancae, unde plancae, teretes fustes, quibus subiectis naves ex alto subducuntur. Varro IV de vita Pop. Rom. *Quum Poenus obviam venisset nostris, et quosdam cepisset, crudelissime pro palangis earinis subiecerat, quo metu debilitarat nostros.* Sic Appianus et Plutarchus scribunt, τοῖς τῶν αἰχμαλώτων σώμασι ποταμοὺς καὶ τάφρους γεφυρώσαντα ἐπιβῆσαι. Palare, extendere: inde palancae, et plaustrum, quasi palaustrum, quod asseribus distentis fiat. Dal. — *Per raritatem.* Per rimas eorum si fluvii *aquae* translucent. H. — *Per raritatem eorum.* Per pontium rimas, praesertim si asseribus compacti sint

Nec nisi spatiosa incubitant laxitate: varia namque somno visa concipiunt, ictu pedum crebro; qui nisi per inane emicuerit, repulsu durioris materiae clauditatem illico affert. Quaestus ex iis opima praedia exsuperant. Notum est, in Celtiberia singulas quadringentena millia nummorum enixas. Ad mularum maxime partus, aurium referre in his et palpebrarum pilos aiunt. Quamvis enim unicolor reliquo corpore, totidem tamen colores, quot ibi fuere, reddit. Pullos earum epulari Maecenas instituit, multum eo tempore praelatos onagris: post eum interiit auctoritas saporis. Asino moriente viso, celerrime id genus deficit.

pontes ii, quos transeunt. Ita exhibent MSS. omnes. H.

Notum est, in Celtiberia singulas, etc. Sic scripsimus, iubente Salmasio, Exercitt. Plin. pag. 338. Olim vero legebatur, aliter distinctione facta, scriptoque tum *ad*, tum *partus* pro *partu*. *Notum est in Celtiberia singulas quadringentena millia nummorum enixas. Ad mulorum maxime partu, aurium referre in his et palpebrarum pilos aiunt.* Reditus vero asinarum, in mularum maxime partu consistebat. Ar. — *Quad. millia.* Ita Reg. 2, et Chiffl. non, ut editi, *quadragenis millibus.* Sententia est, singulas in Celtiberia asinas, fecunditate sua prolisque praestantia, in tantum aliquando profecisse, ut inita cunctorum partuum ratione, cccc nummum seu sestertium millia, ex unius ventre, dominus sit consequutus: quae summa libras efficit gallicas, ut paulo ante signavimus, 76,000. H.

Ad mularum. Colum lib. VI, cap. 37, p. 245: *Quemadmodum arietum, quae sunt in linguis et palatis maculae, plerumque in vulteribus agnorum deprehenduntur: ita si discolores pilos asinus in palpebris aut auribus gerit, sobolem quoque frequenter facit diversi coloris*, etc. H.

Pullos earum epulari Maecenas instituit, etc. Lege: *Pullos earum epulari primum Maecenas instituit, multum eo tempore praelatos onagris: post eum interiit auctoritas sapori: lalisionum oriente usu celerrime id genus defecit.* Salmas. pag. 338. — *Pullos earum epulari Maecenas instituit, multum eo tempore*, etc. Quae sequuntur *asino moriente viso celerrime id genus deficit*, viri docti ita emendant. *Lalisionum oriente usu, celerrime id genus deficit.* Lalisio est onagri pullus. Idem cap. sequenti, ubi de onagris, *Pullis eorum, seu praestantibus sapore, Africa gloriatur, quos lalisiones appellant.* Vide Martial. lib. XIII, epigram. XCVII. Bochart. p. 191.

Praelatos onagris. Apud Theophylactem Simocattam, lib. IV, cap. 7, pag. 209, dicitur Chosroes Hormisdae patri captivo, inter delicias regias misisse, ὄνον ἀγρίων τῶν μελῶν τὰ ἐπίσημα, *onagrorum membra praecipua.* H.

Asino moriente. Praesentis socii

LXIX. (XLIV.) Ex asino et equa mula gignitur mense tertio decimo, animal viribus in labores eximium. Ad tales partus equas neque quadrimis minores, neque decennibus maiores legunt: arcerique utrumque ge-

obitu adeo afficitur, commoveturque asinus, ut mox ipse quoque moerore intereat. *Id genus* familiaris locutio Plinio, de equino caeteroque veterino genere, ut initio capitis huiusce monimus. Quod ad scripturam attinet, constans haec est omnium codicum MSS. lectio, si unum alterumve excipias, in quo *visu* legitur: unde suspicari quis possit, num ea loci sententia sit, deficiente in asino oculorum visu, non longe post ipsos quoque deficere. Consimile est illud capitis 77 huiusce voluminis: *Suem amisso oculo putant cito exstingui.* Risu digna plane ac nihilo Marii Mattii coniectura, Opin. lib. II, cap. 15, pag. 84, existimantis ea sympathia communi non asino solum, sed homini etiam, et multis aliis animantibus, quae viso compare meiente, meiunt et ipsa, restituendam huic loco integritatem suam eo pacto, *asino meiente viso, caeterum genus idem facit.* Subtilior autem multo, quam verior, meo quidem iudicio Bocharti emendatio de Animal. lib. II, cap. 13, pag. 492, quam ex Salmasio didicit, pag. 338, in Solin. iste ex Nic. Rigaltio, Rigaltius ex Pellicerio hausit, eamdem referente in notis MSS. Censent, inquam, ii legendum, *Lalisionum oriente usu, celerrime id genus defecit*, hoc est, recessit a mensis. Sed praeter constantem codicum omnium consensionem, ab ea emendatione suscipienda multa me deterrent. Primum quod de lalisionibus sequente capite Plinius agit, tanquam ab se tum primum, nec antea nominatis: et Africae quidem unius, non Italiae, peculiarem hunc fuisse cibum monet. Deinde locus hic ipsa vitiosa tautologia laborabit: quid enim tunc erit aliud, *Id genus defecisse* in mensis, quam *interiisse auctoritatem?* quod verba proxime superioribus dictum est a Plinio. Denique *orientem usum* boum, oviumve, pro esu eorum animalium recepto tum primum in mensis dici, latini sermonis consuetudo non patitur. H.

LXIX. *Ex asino et equa mula gignitur.* Ita codices omnes MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chiff. Tolet. Salmant. etc. Editores Plinii, quum paulo inferius scriptum cernerent, *Gignitur autem mula ex equo et asina*, variari sexum arbitrati, istic mulum, mulam illic de suo scripserunt. Verum ex utrisque uterque oritur, ut Columella observavit, et nemini non est probe compertum. *Mula autem*, inquit ille, lib. VI, cap. 37, pag. 244, *non solum ex equa et asino, sed ex asina et equo, itemque onagro et equa generatur.* H.

Mense tertio decimo. In editis, *mense XII.* Nos cum iisdem MSS. atque adeo cum Columella lib. VI, cap. 36, *XIII* defendimus. *Concepta*, inquit, agens de mulis, *semina, diutius in partum adolescunt, ut quae peracto anno, mense tertio decimo vix edantur*, etc. HARD.

Ad tales partus. Columella l. VI, cap. 36, pag. 243. HARD.

Arcerique. Aristot. Hist. Anim. l. VI, cap. 23, pag. 764: Οὐ προσδέ-

nus altero narrant, nisi in infantia eius generis, quod ineat, lacte hausto. Quapropter subreptos pullos in tenebris equarum uberi, asinarumve, equuleos admovent. Gignitur autem mula ex equo et asina, sed effrenis, et tarditatis indomitae: lenta omnia eis, ut vetulis. Conceptum ex equo, sequutus asini coitus, abortu perimit: non item ex asino equi. Feminas a partu optime septimo die impleri, observatum est: mare fatigatos melius implere. Quae non prius, quam dentes, quos pullinos appellant, iaciat, conceperit, sterilis intelligitur; et quae non primo initu gene-

χεται δὲ οὔτε ἡ ἵππος τὸν ὄνον, οὔτε ἡ ὄνος τὸν ἵππον, ἐὰν μὴ τύχῃ τεθηλακὼς ὁ ὄνος ἵππον. Quem sic Theod. Gaza vertit: *Non admittit aut equa asinum, aut equum asina, nisi asinus vel femina equam suxerit.* Hard.

Quod ineat. Scilicet utrumque genus. Ita MSS. omnes: libri editi, *ineant.* Hard.

Subreptos pullos. Asininos, inquit, pullos matribus subreptos; equarum uberi in tenebris admovent: equinos vero uberi asinarum. Arist. loc. cit. Columella lib. VI, cap. 37, pag. 245. Hard.

Gignitur autem mula. Ita MSS. omnes. Editi, *gignitur etiam.* Hard.

Lenta omnia eis Expungenda omnino haec clausula visa est Pintiano, cui ego ut assentiar, laboro: revocant enim libri omnes, etiam manu exarati, probataeque fidei, qui pariter exhibent, *lenta omnia esse vetulis:* quod ita nos refingere ausi sumus, *lenta omnia eis, ut vetulis.* Vt sit sensus, mulas has ex equo et asina editas, materna insita quadam socordia, tanquam confectas senio, lente pigreque omnia semper agere. Adiuvat Columella, lib. VI, cap. 37 pag. 245, ex equo et asina generatos matri per omnia similes esse testatus. Hard.

Conceptum. Totidem verbis Arist. loc. cit. pag. 758. Hard.

Feminas a partu. Arist. pag. 759. Asinas intellige. Hard.

Mares fatigatos. Lucem affert huic concisae valde orationi Columella l. VI, statim initio capitis 37: *Est et alterum genus admissarii,* inquit, *furentis in libidinem, quod nisi astu adhibeatur, affert gregi perniciem. Nam et saepe vinculis abruptis gravidas inquietat, et quum admittitur, cervicibus, dorsisque feminarum imprimit morsus: quod ne faciat, paulisper ad molam vinctus amoris saevitiam labore temperat, et sic Veneri modestior admittitur.* Hard.

Quae non prius. Conf. Aristot. p. 759. Hard.

Pullinos appellant. Graeci γνώμονας vocant, quibus aetas diiudicatur. — *Dentes quos pullinos vocant.* Sic eos vocat, quibus aetas dignoscitur: unde ἀγνώμονες et λειπογνώμονες equi annosi, quorum aetas ex dentibus nequit cognosci. Dalec.

rare coeperit. Equo et asina genitos mares, hinnos 3
antiqui vocabant: contraque mulos, quos asini et equae generarent. Observatum, e duobus diversis generibus nata, tertii generis fieri, et neutri parentum esse similia: eaque ipsa, quae sunt ita nata, non gignere, in omni animalium genere: idcirco mulas non parere. Est in Annalibus nostris peperisse saepe: verum prodigii loco habitum. Theophrastus vulgo 4
parere in Cappadocia tradit: sed esse id animal ibi sui

Equo et asina genitos mares hinnos antiqui vocabant. Lego *hinnos* cum duplici *n*, non, ut olim, *hinulos.* Colum. lib. VI, cap. 34: *Qui ex equo et asina concepti generantur, quamvis a patre nomen traxerint, quod hinni vocantur, matri per omnia similes sunt.* Pint. — *Equo et asina genitos*, etc. Fortassis burdos, buricos, et mannos Veterum: de quibus Horat. *Appiam mannis terit.* Hieronymus in Ecclesiasten: *Dignitate perflati vias publicas mannis terant, quos vulgo buricos appellant.* Cujac. Observat. XI, 16. Dalec. — *Equo et asina.* Varro de Re rust. lib. II, cap. 8: *Ex equa et asino fit mulus: contra ex equo et asina hinnus.* Caeterum *hinnos* rescripsi, non *hinnulos*, ex Colum. Varrone, Pintian. adde et Hesychium: Ἵννος οὐ ὁ πατὴρ ἵππος, ἡ δὲ μήτηρ ὄνος. Et pag. 466: Ἵννος, ὁ πῶλος ὁ ἐξ ἵππου πατρὸς, καὶ μητρὸς ἡμιόνου. Hinoulos tameo et glossarium vetus approbat, *hinnulus*, ὁ ἐξ ἵππου καὶ ὄνου. H.

In omni animalium genere. Suot qui in confesso id esse quidem velint, de animalibus iis, quorum in coitu ac generatione vis imbecillior: de caeteris, negent. Vide quae de canum Indicorum conceptu dicta sunt a nobis superius, huius libri cap. 61. Hard.

Mulas non parere. Hinc nata paroemia, apud Suetoo. io Galba, c. IV, pag. 91: *Quum mula pepererit.* Iuvenal. Sat. XI, vs 61: *Egregium sanctumque virum si cerno, bimembri Hoc monstrum puero, et miranti iam sub aratro Piscibus inventis, et fetae comparo mulae.* Hard.

Est in Annalibus. Varro, de Re rust. lib. II, cap. 1; Livius lib. XXVI, pag. 288, et lib. XXXVII, pag. 450. Hard.

Verum prodigii. Herod. Thalia, l. III, pag. 224, num. 153. Inter Caesarem et Pompeiom exorta bella mulae partu edito significata, L. Paulo, C. Marcello coss. prodidit Iolius Obsequens, cap. CXXV, pag. 68. Mulam Romae peperisse, anno 1518, qui annus Lutheri defectione iosignis fuit, narrat Pierius Valerianus: aetate sua his peperisse Romae, Scaliger adnotat in Aristot. pag. 762. Hard.

Theophrastus. Et auctor libri de Mirabil. Auscult. pag. 1155, si oon ipse Theophrastus est. In Syria etiam Aristoteles, Hist. Anim. lib. I, cap. 7, pag. 57, et lib. VI, cap. 24, pag. 762, et cap. 36, pag. 785. In Africa quoque, Varro, Dionysius, et Mago,

generis. Mulae calcitratus inhibetur vini crebriore potu. In plurium Graecorum est monumentis, cum equa muli coitu natum, quem vocaverint ginnum, id est, parvum mulum. Generantur ex equa et onagris mansuefactis mulae veloces in cursu, duritia eximia pedum, verum strigoso corpore, indomito animo. Sed generator, onagro et asina genitus, omnes antecellit.

ut auctor est Columella lib. VI, cap. 37. Hard.

Sui generis. Non mulini generis, quale apud nos est, sed similitudine tantum aliqua ad illud accedentis. Aristot. loc. cit. Haro. — *Animal sui generis.* Re quidem vera, in Asiae eremis species quaedam exstat ferae solipedis (*Equus hemionus* zoologistorum, *dgiggetai* apud Tataros) mulo similis, sed non ut ille est, asini et equae concubitu nati. Optime descripsit Pallas in Academiae Petropolitan. novis Commentariis, t. XIX, pag. 394 Cuvier.

Mulae calcitratus. Hanc rem iterum repetit Noster in lib. XXX, cap. 53. Hard.

Vini crebriore potu. Vide quod adnotatum est inf. ad lib. XXXIV, c. 9. Dal.

Cum equa muli coitu natum, etc. In his quae sequuntur, scribo *ginnum*, non *hinnum*, Aristotelis auctoritate ductus, libro sexto, capite 24. Pint.

Ginnum. Ita cum Pintiano reposuimus, non *hinnum*, Aristotele ipso admonente, Hist. Animal. lib. VI, cap. 24, pag. 762: Καὶ ἤδη ἐγένετο γίννος, ὅταν ἀναβῇ ἐφ' ἵππον θήλειαν, etc. Vt sit Graecorum *ginnus* Aristotelis auctoritate, parvus nanusque partus, quum muli, tum etiam equi ex equa, ab hinno hinnulove Columellae et Varronis diverso, quum is ex equo tantum asinaque nascatur. Haro. — Fusius paulo exscribebantur tà Aristotelis. Hic primo de mulo, quem ὀρέα appellat: Ἐπταέτης δ' ὢν καὶ πληροῖ, καὶ ἤδη ἐγένετο γίννος· ὅταν ἀναβῇ ἐφ' ἵππον θήλειαν. Et paulo post: οἱ δὲ καλούμενοι γίννοι γίνονται ἐξ ἵππου, ὅταν νοσήσῃ ἐν τῇ κυήσει, ὥσπερ ἐν τοῖς ἀνθρώποις οἱ νάνοι, ἐν δὲ τοῖς ὑσὶ τὰ μετάχοιρα, καὶ ἴσχει δὲ ὥσπερ οἱ νάνοι, ὁ γίννος τὸ αἰδοῖον. Idem alibi, postquam monuit τὸν ὀρέα, seu mulum gignendo parem: τὸ δ' ἐκτελεσθὲν, subiungit, γίγνεται γίννος· τοῦτο δ' ἐστὶν ἡμίονος ἀνάπηρος, καὶ γὰρ ἐκ τοῦ ἵππου καὶ τοῦ ὄνου γίνονται γίννοι, etc. Aj.

Generantur. Columella lib. VI, c. 37, pag. 244. Hard.

Duritia eximia pedum, verum strigoso. Laudo, qui pro *rugoso*, ut antea legebatur, *strigoso* substituerunt: quod dubitanter id fecerint, non laudo. *Strigoso* enim, nec aliter legendum esse, monstrant tum ambo exemplaria, tum maxime Columella libro sexto, cap. 35, his verbis: *Neque tamen ullum est in hoc pecore, aut animo, aut forma praestantius, quam quod seminabit asinus; quanquam possit huic aliquatenus comparari quod progenerat onager, nisi et indomitum et servire contumax, silvestri more strigosum patris praeferret habitum.* Pint.

Sed generator. Totius quidem seu-

Onagri in Phrygia et Lycaonia praecipui. Pullis eorum, ceu praestantibus sapore, Africa gloriatur, quos lalisiones appellant. Mulum LXXX annis vixisse, Atheniensium monumentis apparet. Et gavisi namque, quum templum in arce facerent, quod derelictus senecta, scaudentia iumenta comitatu nisuque exhor-

tentiae hicce est tenor: sed admissarius onagro et asina genitus, omnes antecellit ad sobolem reparandam. Quoad scripturae veritatem, a vocibus his, *sed generator.... antecellit*, id quod nos exhibemus repraesentant constanter libri calamo exarati omnes, Reg. 1, 2, Paris. Chiffl. etc. Refertur enimvero haec vox ad superiora: Generantur, inquit, ex equa et onagria mulae veloces: sed generator, hoc est, admissarius, onagro et asina genitus omnes antecellit. In eamdem sententiam it Palladius in Martio lib. IV, tit. 14, pag. 106: *Creantur*, inquit, *ex equo et asino vel onagro et equa.... Utiles tamen admissarii nascentur ex onogro et osina, qui post in sobole sequuturo agilitatem, fortitudinemqua restituat.* Plinii editores, quos ea vox paulo insolentior terruit, scripsere, *sed generoso*, et ad superiorem sententiam id retulere in hunc modum, *indomito animo, sed generoso. Onogro et asina genitus omnes antecellit.* Verum hanc generositatis notam ac dotem ei mularum generi nec Plinius attribuit, nec Columella lib. VI, cap. 37, pag. 244: *Neque tamen ullum est*, et caetera quae sua nota Pintianus exscripsit (vide not. super.): tum: *Itaque ziusmodi admissarius nepotibus magis quam filiis utilis est. Nam ubi asina et onogro natus admittitur equae, per gradus infracta feritate, quidquid ex eo provenit, paternam formam et modestiam, fortitudinemque et celeritotem avitam praefert.* Hard.

Onagro et asina genitus omnes antecellit. Quod ex onagro et asina procreatus caeteros antecellat, falsum est: idque eximiorum testimonio auctorum comprobabitur. Columella libro sexto, cap. 35: *Neque tamen ullum est in hoc pecore, aut animo, aut forma proestantius, quam quod seminabit asinus.*

Lalisiones. De his Martialis lib. XIII, epigr. XCVII: *Dum tener est onager, solaque lalisio matre Pascitur, hoc infans, sed breve nomen habet.* Hard.

Mulum LXXX. Aristot. Histor. Anim. lib. VI, cap. 24, pag. 763; Plutarch. lib. de Solert. Animal. pag. 970. Hard.

Templum in arce facerent. Ἑκατόμπεδον id, atque Παρθενῶνα vocaverunt; in omnem partem centum pedum, aedificatum a Callicrate et Ictino architectis, Plutarchus in Pericle; Pausan. Att. XXVII, 22, et Arcad. XXVI, pag. 26; Strabo lib. IX. Dal.

Quod derelictus senecta. Rem narrat etiam Aelianus, Histor. Animalium lib. VI, cap. 49, et lib. VII, cap. 43. Hard.

Scandentio iumenta comitatu nisuque exhortaretur, decretum fecere, ne frumentarii, etc. *Cadentio* vulgo editi: *cedentia* scripserat Budaeus in Commentariis linguae graecae. Nos *scandentia* cum Reg. 1, 2, Paris. et iis

taretur, decretum fecere, ne frumentarii negotiatores ab incerniculis eum arcerent.

LXX. (XLV.) Bubus Indicis camelorum altitudo traditur, cornua in latitudinem quaternorum pedum. In nostro orbe Epiroticis laus maxima, a Pyrrhi (ut ferunt iam inde regis cura. Id consequutus est, non

codicibus, quos a se visos Turnebus contestatur, Advers. lib. XXIV, cap. 19, pag. 831, patrocinante in primis Aristot. Hist. Animal. lib. VI, cap. 42, pag. 763. Porro moa, ubi legebatur olim, *decretum fecere*, *quo caveretur*, haec duo postrema vocabula, quae in MSS. omnibus absunt, ceu glossema supervacuum, fidenter eapunainus. HARD.

Comitatu. Συναμπρεύων, καὶ παραπορευόμενος παρώξυνε τὰ ζεύγη πρὸς τὸ ἔργον. Aristot. Συναμπρεύειν est, quod carrucarii faciunt, quoties iumenta trahere nequeunt: subiectis scilicet tum humeris adiuvant. Itaque more carrucariorum, armos armis adaptabat, quasi annixurus, adiunctus fortasse cornum lateri, qui ex utraque temonis parte carrucas vehebant. HARD.

Ab incerniculis. Arist. ἀπὸ τῶν τηλιῶν, *a cumeris.* Est autem cumera arca in qua reponitur frumentum ad usum victumque diurnum. Incerniculum vere dici cribrum videretur, ab incernendo, qua voce Cato usus cap. 129; quoniam cribro farina acpollen excernitur, hoc est, cribratur: aut idem est plane cum cumera. HARD.

LXX. *Bubus Indicis.* Confer. et Aelian. Histor. Animal. libro III, cap. 34. HARD.

Epiroticis. Arist. Hist. Anim. l. 3, cap. 16, pag. 391: Ἠπειρωτικαὶ βόες αἱ μεγάλαι. Varro de Re rust. l. II, cap. 5, pag. 85; Columella lib. VI, cap. 1, pag. 209. Vaccis Epiroticis plurimum lactis esse scribit Aelianus, Histor. Anim. lib. III, cap. 33. H. — *Epiroticis laus maxima.* Epiroticos boves dici et Larinos Rhodig. testatur cap. 76, a Larino pastore, ab Athenaeo lib. IX, etiam nominato, cui, Geryone victo, educandos Hercules tradidit: alii a patulis naribus, quasi χαῤῥίνους. Eosdem et Cestrinos vocatos fuisse reperio. Pyrrhicas boves quas et ἀταύρους nuncupabant, quasi tauria intactas, non a Pyrrhi tantum regis nomine appellatas volunt, sed vel a colore, vel ab ignea mobilitate: oves etiam Pyrrhicas ut et boves dictas fuisse idem Rhodig. scribit. DALEC.

A Pyrrhi. Aristoteles quoque, dum in bubus Epiroticis multus est, ovium meminit Pyrrhicarum quas ab Epirotarum rege Pyrrho cognominatas vult, τὰ πρόβατα τὰ καλούμενα Πυῤῥικά, τὴν ἐπωνυμίαν ἔχοντα ταύτην ἀπὸ Πύῤῥου τοῦ βασιλέως. Et Histor. lib. VIII, cap. 10: ἐν τῇ Ἠπείρῳ τὰς καλουμένας Πυῤῥίχας βοῦς. Sed monuit bene in comment. suo Dalecampius, quem Hard. sequitur, a colore potius rufo, πυῤῥός, quam a rege, manasse id nominis; quod probat in posteriore loco litera χ pro κ. Nam πυῤῥικὸς est a Pyrrho rege, sed πύῤῥιχος a πυῤῥός, adj. AI.

ante quadrimatum ad partus vocando. Praegrandes itaque fuere, et hodieque reliquiae stirpium durant. At nunc anniculae fecunditatem poscuntur, tolerantius tamen bimae: tauri generationem, quadrimi. Im-

Non ante quadrimatum. Ita libri omnes. Nec videtur bene suspicari a Plinii manu esse novimatum Pintianus, ea Aristotele nimirum eadem narrante Hist. Anim. lib. VIII, cap. 10. Haec tamen sunt illius verba quae non abs re erit retulisse: Scribendum non *quadrimatum*, sed *novimatum*, si licet dicere. Aristoteles libro octavo, capite septimo: *Augentur iuveneae amplius, quam plus temporis expertes Veneris degunt. Quam ob rem terrae Epiri incolae, quas Pyrrhicas vocant, annis novem intactas Venere servant, ut incrementum ampliter capiant, et se tauros nuncupant. Has numero* 400 *esse, et proprias regis accipimus, nec posse vivere locis aliis, quanquam tentatum ab aliquibus est.* Meminit etiam Varro libro secundo, capite quinto boum Epiroticorum, quos ait non ea Graecia tantum optimos esse, sed etiam ex Italia. As.

At nunc anniculae. Arist. Hist. lib. V, cap. 13, et lib. VI, cap. 21, pag. 743. Hard.

At nunc anniculae fecunditatem poscuntur, tolerantius tamen bimae, etc. Praepositionem *ad* addiderunt ii, qui eiusmodi dicendi formulam *fecunditatem poscuntur*, parum sibi familiarem, ceu minus concinnam damnarunt: caeteraque mox quae sequuntur, insigni licentia violarunt, sic legendo interpungendoque: *Tauri generationem quadrimi implent: et singulis denae eodem anno traduntur. Si autem*, etc. Quae dum restituere Pintianus conatur (vid. inf. not. seq., cuius bona pars Pintiani est) paenae omnino immutat, contra codicum fidem. Nos eorumdem vestigiis Reg. 1, 2, Paris. Chiffl. insistentes, sic tantum interpungendum censemus, uti edidimus. Hard.

Tauri generationem, etc. Hunc locum vitiosissime huc usque in libris omnibus scriptum, sic posse restitui ego puto, ea scriptoribus de Re rustica, *Tauri generant optime quadrimi. Implent et singuli quindenas eodem anno. Traditur autem si post coitum ad dextram partem abeant tauri*, etc. Columella libro sexto, cap. 22: *Vnumque marem quindecim vaccis sufficere, abunde est.* Repetit idipsum Palladius libro octavo, titulo quarto. Secus Varro libro secundo, capite quinto: *Habeo*, inquit, *tauros totidem quos Atticus: ad matrices* LXXII, *unum anniculum, alterum bimum.* Quod vero statim sequitur, *si post coitum in dextram partem abeant tauri, generatos esse mares, si in laevam, feminas*: sumptum id quidem ex Varrone, libro citato; sed addit Columella, hoc signum verum esse non aliter apparere, quam si post unum coitum forda non admittit taurum, quod ipsum non nisi raro accidit. Nam quamvis plena foetu, non expletur libidine. Pintian. — *Tauri generationem.* Subintellige, poscuntur, ut supra dictum est. Colum. lib. VI, cap. 24, pag. 231: *Qui quadrimis minores sunt, maioresque quam duodecim annorum, prohibentur admissura*, etc. Hard.

2 plent singuli denas eodem anno. Tradunt autem si post coitum ad dextram partem abeant tauri, generatos mares esse: si in laevam, feminas. Conceptio uno initu peragitur: quae si forte pererravit, vigesimum post diem marem femina repetit. Pariunt mense decimo: quidquid ante genitum, inutile est. Sunt auctores, ipso complente decimum mensem die parere. Gignunt raro geminos. Coitus a Delphini exortu a. d. pridie nonas ianuarias, diebus triginta: aliquibus et

Singuli denas. Imo quindenas, si Columellae credimus, loco citato p. 232; si Varronoi, paulo etiam plures. Hard.

Tradunt autem. Columella loco citato. Varro, lib. II de Re rust. c. 5, et Africanus in Geopon. lib. XVII, c. 6, pag. 438, totidem fere verbis. Hard.

Conceptio. Mutuatus est haec Nostler ab Arist. Hist. Animalium lib. VI, c. 24, pag. 742. Hard.

Pererravit. Ita MSS. omnes. Editi, *erravit.* Hard.

Marem femina repetit. In Reg. 4 et 2 legitur, *Larem femina repetit*, quomodo Cic. in Verrem, orat. v, *ad suum larem familiarem redire* dixit. At lectionoi receptae, quam et alii codices exhibent, Aristoteles suffragatur, Hist. Anim. lib. VI, cap. 24, pag. 742: Ἐὰν δὲ ἁμάρτῃ τῆς ὁρμῆς, εἴκοσιν ἡμέρας διαλείπουσα, προσίεται πάλιν ἡ θήλεια τὴν ὀχείαν. *Quod si vaccae errore aliquo taurinae inscensionis impetus eventum non fuerit assequutus, vicesimo post die coitum illa deintegro repetit.* H.

Pariunt mense. Varro in Geopon. lib XVII, cap. 10, pag. 439, et de Re rust. lib. II, cap. 5; Colum. lib. VI, cap. 24, p. 231, quibus praeivit Arist. pag. 744. Hard.

Sunt Auctores. Arist. loc. cit. Ἔνιοι δὲ διισχυρίζονται δέκα μῆνας κύειν ἡμερῶν ὀλίγων. *Sunt auctores, qui decem totos menses, paucis diebus demptis, ferre uterum affirment.* H.

Gignunt raro geminos. Omnis scripta et impressa lectio, *Nunc raro geminos.* Lego, *unum raro geminos.* Aristoteles libro sexto, capite vigesimo primo: *Pariunt singulos raro geminos.* Pintian.

Coitus. Varro, de Re rust. lib. II, cap. 5: *Maxime idoneum tempus ad concipiendum a Delphini exortu, usque ad dies quadraginta, aut paulo plus.* Hard.

A. d. pridie. Quum prius *ad pridie* legeretur, nos *a. d. pridie* rescripsimus: hoc est *ante diem pridie*: quod genus loquendi agnoscit Cicero, ad Attic. lib. II, epist. xiv, pag. 58: *Ni te in Formiano commodissime exspectari viderem duntaxat a. d. pridie nonas mai*, hoc est, ipso die qui maii nonas antecedit. Livius item lib. XLV, pag. 573: *Latinae edictae* Feriae *a consule sunt in ante quartum, et tertium, et pridie idus novemb.* Neque vero sententia huius loci esse potest, coitum taurorum a Delphini exortu fieri usque ad pridie nonas ian. quum ipso illo die pridie nonas ianuarii Delphinus exoriatur,

autumno: gentibus quidem, quae lacte vivunt, ita dispensatus, ut omni tempore anni supersit id alimentum. Tauri non saepius quam bis die, ineunt. Boves animalium soli, et retro ambulantes pascuntur: 3 apud Garamantas quidem haud aliter. Vita feminis, quindenis annis longissima: maribus, tricenis. Robur in quimatu. Lavatione calidae aquae traduntur pinguescere, et si quis incisa cute spiritum arundine in viscera adigat. Non degeneres existimandi etiam mi-

ut Plinius idem auctor est, l. XVIII, cap. 64. Hard.

Diebus triginta. Legendum videtur, *diebus quadroginta.* Varro libro secundo, capite quinto, unde hoc desumptum, *Maxime*, inquit, *idoneum tempus ad concipiendum a Delphini exortu usque ad dies quadraginta, aut paulo plus.* Pint. — *Triginta.* Tamen nec videmus cur omnes MSS. Varronis vestigiis insistere, et scribere *quadroginta* oportuerit. Aj.

Aliquibus et autumno. Arist. Hist. Anim. lib. VI, cap. 21, pag. 746: Οὐ μὴν ἀλλ' ἔνιαι καὶ μέχρι τοῦ μετοπώρου κυΐσκονται. Haas.

Gentibus quidem quae lacte vivunt. Lacte potissimum alunt Scythae, idaeque servos excaecant, ut assiduam operam in eo agitando et qualiendo praestent. Herodot. in Melpomene; Canterus lib. IV, cap. 25. Dalec.

Ita dispensatus. Coitus scilicet vaccarum, ita varia ac multiplici anni tempestate dispensatur, ut gentibus iis lac nunquam desit, quae lacte vivunt: quales Scythae. In editis hactenus, *dispensatur.* At MSS. Reg. 1, Paris. etc. *dispensatus*, rectius. Hard.

Tauri non. Contra Arist. loco cit. pag. 743. Hard.

Apud Garamantas. Οπισθονόμους idcirco appellatos in Libya boves scribit Alexander Myndius libro II de Quadr. apud Athen. lib. V, p. 221. Sed huic rei Athenaeus ipse temere derogat fidem, quasi a vetusto scriptore alio tradita non sit. Meminit enim Herodotus, Melpom. lib. IV, pag. 283, atque eius fidem deinde sequuti, Aristoteles, qui ἀναχωροῦντας πάλιν πυγηδὸν vocat: Aelian. Hist. Anim. lib. XVI, cap. 33; Phile lib. de Propr. Anim. pag. 124, atque a Latinis Mela lib. I, c. 8: *Apud Garamantes*, inquit, *iam armenta sunt, eaque obliqua cervice pascuntur: nam pronis directa in humum cornua officiunt.* Hard.

Vita feminis. Conf. Arist. pag. 744. Haas.

Robur in quimatu. Reg. 1, 2, et Paris. rectius, *in quinquennatu.* Arist. ἀκμάζει δὲ μάλιστα πενταετὴς ὤν. H.

Lavatione. Geminum hunc opimandi boves et saginandi modum docet Arist. Hist. Anim. lib. VIII, c. 10, pag. 905. Locum tu consule. Hard.

Non degeneres. Colum. lib. VI, c. 1: *Apenninus durissimos progenerat boves, omnemque difficultatem tolerantes, nec ab aspectu decoros.* H.

nus laudato aspectu. Plurimum lactis Alpinis, quibus minimum corporis, plurimum laboris, capite, non cervice, iunctis. Syriacis non sunt palearia, sed gibber in dorso. Carici quoque in parte Asiae foedi visu, tubere super armos a cervicibus eminente, luxatis cornibus, excellentes in opere narrantur: caetero nigri coloris candidive, ad laborem damnantur. Tauris minora, quam bubus cornua, tenuioraque. Domitura boum in trimatu: postea sera, ante praematura. Optime cum domito iuvencus imbuitur. Socium enim la-

Plurimum lactis Alpinis. Ex hoc Plinii loco Columellam castigabis, apud quem perperam *Altinae* dicuntur lib. VI, cap. 24, p. 232: *Melius,* inquit, *in hos usus Altinae vaccae probantur, quas eius regionis incolae Cevas appellant: eae sunt humilis staturae, lactis abundantes*, etc. Nam si ab Altino Italiae oppido, de quo Plinius lib. III, cap. 18, nomen hae haberent, non Altinae quidem, sed Altinates dicerentur: uti nominum ratio postulat, et ipse Columella, qui libro VII, cap. 2, pag. 249, Altinates oves commendat. H.

Gibber in dorso. Tales vaccas in Americae septemtrionali parte qui Hispani viderunt, eas sua lingua vaccas *cocorbadas* vocant. Dalec. — *Sed gibber.* Aliud quiddam refert de iis Philosophus, Hist. Anim. l. VIII, cap. 33, pag. 982: Ἐν δὲ τῇ Συρίᾳ οἱ βόες, ὥσπερ αἱ κάμηλοι, καμπὰς ἔχουσιν ἐπὶ τῶν ἀκρωμίων. *Boves Syri, sicut cameli, flexuras habent in summis armis.* H. — *Gibber in dorso.* De stirpe quadam boum in calidissimis regionibus vulgatissima hic sermo est. Huic in armis ganglion adiposus. De his bubus Buffon sub nomine *Zebu* egit. Cuvier.

Luxatis. Hoc est, ut quidem reor, non cohaerentibus capiti, sed mobilibus, qualia sunt Phrygiae armentis, uti dicetur lib. IX, cap. 45. H. — Lego *luxatis cornibus.* Et quidem quibusdam ex istis *zebu* cornua maxime exigua, nec frontalibus ossibus implantata, sed pelli tantum adhaerentia. Cuvier.

Caetero nigri. Varro, de Re rust. lib. II, c. 5, boum formam praedicans: *Colore potissimum nigro*, inquit: *deinde rubeo: tertio, helvo: quarto, albo. De mediis duobus prior, quam posterior, melior: utrique pluris, quam nigri et albi.* H.

Ad laborem. Deteriores in arando habentur, ac vituperantur. H. — *Ad laborem.* Ad laborem parum idonei. H.

Tauris minora. Adi Aristot. sect. 10, prob. 56. H.

Domitura. Vid. Colum. libro VI, cap 2, pag. 240. H.

Optime cum. Columella loco citato pag. 241: *Vti plaustro, aut aratro iuvencum consuescimus, ex domitis bubus valentissimum, eumdemque placidissimum cum indomito iungimus, qui et procurrentem retrahat, et cunctantem producat*, etc.

boris agrique culturae habemus hoc animal, tantae apud priores curae, ut sit inter exempla damnatus a populo romano, die dicta, qui concubino procaci rure omasum edisse se negante, occiderat bovem, actusque in exsilium, tanquam colono suo interempto.

Tauris in aspectu generositas, torva fronte, auri- 6
bus setosis, cornibus in procinctu dimicationem po-

Socium enim laboris agrique culturae. Ideo sancitum Athenis lege fuit ne immolaretur, quoniam, ut aiebant, γεωργός ἐστιν καὶ τῶν ἐν ἀνθρώποις καμάτων κοινωνός. Rhod. XIX, 26; Aelianus, Hist. lib. V, et Suet. Domit. cap. IX, ioter initia usque adeo a caede ipsum abhorruisse ait, ut absente adhuc patre recordatus Virgilii versuum: *Impia quam caesis gens est epulata iuvencis*, edicere destinarit, ne boves immolareotur. Et Arat. Phaenom. vers. 132, ait aereo demum saeculo institutum uti boves aratores seu operarii ederentur. Numae institutum vetus fuisse refert Barn. Brisson. de ritu nupt. mihi pag. 475. Nec abs re est quod Aristot. in Oeconomicis ait, βοῦς ἀντὶ οἰκέτου τοῖς πένησιν ἐστιν. Constantinus certe leg. Essecutores, Cod. Quae res pig. obl. poss. ob civilia debita boves aratorios pigoori capi vetuit, ne culturae abstraherentur. Cuiacius, Observat. IV, 20. Dalec. — *Socium enim.* Haec, ut Plinius, Columella, in Prooem. lib. VI, p. 209. Hard.

Vt sit inter exempla. Ita Esemplorum Valerii Max. lib. VIII, cap. 1: *Non supprimenda*, inquit, *illius quoque damnatio, qui pueruli sui amore corruptus, rogatus ab eo ruri ut omasum in coenam fieri iuberet, quum bubulae carnis in propinquo emendae nulla facultas esset, domi bove occiso, desiderium eius implevit; eoque nomine, publica quaestione afflictus est: innocens, nisi tam prisco saeculo natus fuisset.* Colum. loco cit. *Bovis tanta fuit apud antiquos veneratio, ut tam capitale esset bovem necasse, quam civem.* Varro, de Re rust. lib II, c. 5, de bove: *Hic socius hominum in rustico opere, et Cereris minister. Ab hoc Antiqui manus ita abstineri voluerunt, ut capite sanxerint, si quis occidisset. Qua in re testis Attica, testis Peloponesus.* Etiam apud Phrygas mos ille obtinuit, teste Aeliano, Hist. Anim. lib. XII, cap. 34, et Stobaeo, serm. XLII. Plura in eam rem vide apud Gothofred. in cod. Theod. de Pigooribus tit. XXX, tom. I, pag. 225. H.

Qui concubino. Qui ut omasum praeberet puerulo coocubino, qui ex eo gustasse unquam se negabat, bovem occiderat, *ut omasum inde ei pararet.* H.

Omasum. Fixum intestinum, maxime bubulum, cibus plebeius, et vilis. Gallis, *des tripes.* Horatius lib. I, epist. XV, vers. 34: *Patinas coenabat omasi Vilis, et agnini, tribus ursis quod satis esset.* H.

Tauris in aspectu. Egregie describitur optima taurorum forma a Magone Carthaginiensi, apud Columellam libro VI, cap. 1, pag. 209. H.

scentibus. Sed tota comminatio prioribus in pedibus. Stat ira gliscente alternos replicans, spargensque in alvum arenam, et solus animalium eo stimulo ardescens. Vidimus ex imperio dimicantes, et ideo monstratos, rotari, cornibus cadentes excipi, iterumque resurgere, modo iacentes ex humo tolli; bigarumque
7 etiam curro citato, velut aurigas, insistere. Thessalorum gentis inventum est, equo iuxta quadrupedante cornu intorta cervice tauros necare: primus id spectaculum dedit Romae Caesar dictator. Hinc victimae

Stat ira. Stat ipse, quum ira gliscit, etc. H.

Stat ira gliscente alternos replicans, spargensque in alvum arenam. Ab his vocibus novae periodi duximus initium, contextu verborum alias minime cohaerente, quum sic libri editi exhiberent, *Tota comminatio prioribus in pedibus stat, ira gliscente alternos replicans, spargensque in altum*, etc. Sed et *in alvum* primi rescripsimus, tum admonitu codicum Reg. 1, 2, Paris. etc. tum ex re ipsa: prioribus enim pedibus, quum alternis vicibus replicantur ira gliscente, retrorsus arenam eiaculantibus, in ventrem spargi illam manifestum est. Quod autem Chifflet. legit, *alternos replicans orbes*, ex coniectura ingenii additam ab aliquo vocem *orbes* praepostere, caeteri omnes codices, ipsaque res clamat. Harn.

Vidimus ex imperio. A Plinii mente longissime Barbarus aberravit, quum neglecta MSS. codicum, vetustarumque editionum auctoritate, scripsit *de imperio dimicantes*, quoniam pugnare inter se de regno tauros testatur Virgilius. Nos Reg. 1, 2, Paris. etc. fidem religiose secuti sumus, ac germanum loci huius intellectum suo loco primi aperuimus. H. — *Vidimus ex imperio.* Vidimus, inquit, iussos dimicare tauros, imperata fecisse: atque idcirco quod iussis morem gererent, in Venationum ludis et Circo, spectaculi vice populo rom. monstratos et exhibitos. H.

Cornu intorta. Cornu taurum apprehendere, et cervice sic torta necare. Sueton. in Claudio cap. XXI, p. 72: *Thessalos equites, qui feros tauros per spatia Circi agunt, insiliuntque defessos, et ad terram cornibus detrahunt.* Dio, in Nerone libro LXI, pag. 693: Εν δέ τινι θέᾳ ἄνδρες ταύρους ἀφ' ἵππων, συμπαραθέοντές φασι, κατέστρεφον. H. — *Thessalorum gentis inventum est, equo iuxta quadrupedante, cornu intorta*, etc. Verba Plinii absque dubio mendosa sunt: nam quid est, *cornu intorta cervice tauros necare*? nos scimus moris fuisse Thessalis illis equitibus in hac taurorum venatione, ut tauris adequitantes, iniecto ad cornua vinculo, eos cernuare, et humi procumbere magna vi cogerent. Legendum igitur apud Plinium; *cornu intorto restibus*, vel, *retibus*. Πλέγμα et ἄμμα dixit in eadem re Philippus qui hanc tau-

opimae, et lautissima deorum placatio. Huic tantum animali omnium, quibus procerior cauda, non statim nato consummatae, ut caeteris, mensurae: crescit uni, donec ad vestigia ima perveniat. Quamobrem victimarum probatio in vitulo, ut articulum suffraginis contingat: breviore non litant. Hoc quoque notatum, vitulos ad aras humeris hominis allatos non fere litare, sicut nec claudicante, nec aliena hostia deos placari, nec trahente se ab aris. Est frequens in

rorum venationem Thessalis familiarem ita describit hoc epigrammate: Θεσσαλίης εὔιππος ὁ ταυρελάτης χορὸς ἀνδρῶν Χερσὶν ἀτευχήτοις θηρσὶν ὁπλιζόμενος Δενδροτυπεῖ πώλους ζεύγει σκιρτήματι ταύρων, Αμφιβαλεῖν σπεύδων πλέγμα μετωπίδιον. Ἀκρότατον δ' ἐς γῆν κλίνας ἅμα κ' εὔροπον ἅμμα Θηρὸς τὴν τόσσην ἐξεκύλισσε βίαν. Artemidorus quoque ostendit, in Thessalia qui generosissimi essent, et nobilissimi taurorum venationi operam dedisse. Salm. Hist. Aug p. 286.

Hinc victimae opimae. Hoc est, ex taurorum genere. Ita Virgil. Georg. lib. II, vers. 146: *Hinc albi, Clitumne, greges, et maxima taurus Victima, saepe tuo perfusi flumine sacro Romanos ad templa deum duxere triumphos.* MSS. omnes, et Parmensis editio, *optimae*, vel *optumae* legunt. H.

Crescit uni. Rectius fortasse, *crescit enim.* Inde paroemia apud Petron. in satyr. pag. 408. H.

Quamobrem victimarum probatio in vitulo. De rura apud Veteres, delectique anxio hostiarum, quas diis offerrent non mancas aut mutilas, sed omni sui parte integras, vide Alex. ab Alex. lib. III, cap. 12, et Magium lib. IV, c. 4. Dal.

Non fere litare. Ita MSS. Forte *litari*, uti mox *placari*. H.

Nec aliena. Quae deo suo non convenit. Nam ut ait Atteius Capito apud Macrob. Saturn. lib. III, cap. 10, pag. 408: *Iovi tauro, verre, ariete, immolare non licet. Si quis forte tauro Iovi fecerit, piaculum dato.* Contra vero, ut ex Labeone et Virgilio referi idem, *Taurum Neptuno, taurum tibi, pulcher Apollo.* Taurum et Marti licuit immolari. H. — *Nec claudicante, nec aliena hostia.* Morbosa, vitiosa, fissis auribus, lingua nigra, vel cauda, pilo amisso, acuminata. Alex. ab Alex. loco cit. Aliena hostia est, quae deo non convenit. Apollini, Marti, Neptuno, taurus caeditur. Nundinis tantum Iovi arietem Flaminica immolat. Id. Dalec.

Nec trahente se. Macrob. Saturn. lib. III, cap. 5, pag. 394: *Observatum est a sacrificantibus, ut si hostia quae ad aras duceretur, fuisset vehementius reluctata, ostendissetque se invitam altaribus admoveri, amoveretur: quia invito deo offerri eam putabant: quae autem stetisset oblata, hanc volenti numini dari aestimabant.*

Est frequens. Valer Max. lib. I, cap. 6, num. 5 et 9, et Livius lib. XXXV, pag. 427, bovem dixisse

prodigiis priscorum, bovem loquutum: quo nuntiato, senatum sub dio haberi solitum.

1 LXXI. (XLVI.) Bos in Aegypto etiam numinis vice colitur, Apim vocant. Insigne ei, in dextro latere candicans macula, cornibus lunae crescere incipientis. Nodus sub lingua, quem cantharum appellant. Non est fas eum certos vitae excedere annos, mersumque in sacerdotum fonte enecant, quaesituri luctu alium, quem substituant: et donec invenerint, moerent, derasis etiam capitibus: nec tamen unquam diu
2 quaeritur. Inventus deducitur Memphim a sacerdotibus. Delubra ei gemina, quae vocant thalamos, auguria populorum. Alterum intrasse laetum est, in al-

referunt: *Cave, Roma.* Exempla amplius duodecim collegit Bochartus, Hist. Anim. parte I, lib. II, cap. 14, pag. 198, quae quum apud alicuius famae historicos tam crebro occurrant, nemo tamen commentitia omnia esse negaverit. Nam vel male credula historicorum εὐήθεια in his, ut saepe apud Veteres accidit, ἰσοφάλη; vel hoc historicis in consilio fuit ut quae vel bene, vel male credita in vulgi opinionem aliquid valerent, fideliter traderentur. H. et Az.

Sub dio haberi solitum. Non in rostris, aut curia, sed aprico loco, patentique coelo, tamen inaugurato, ne senatusconsulta irrita forent. Alex. ab Alex. lib. V, 27. Dal.

LXXI. *Bos in Aegypto.* Plinius haec ab Herodoto mutuatus, Thalia lib. III, num. 28, pag. 172. A Plinio, caput ferme integrum Solinus transcripsit, cap. XXXII, pag. 60. De Api praeterea Mela lib. I, cap. 9; p. 13; Ammianus lib. XXII; Aelianus Hist. Anim. lib. XI, cap. 10, aliique. Harr.

Quem cantharum appellant. Cantharum a coloris nigredine, et scarabaei figura. Auctor est Porphyrius lib. de Carnis Abstinentia, Aegyptios scarabaeum in primis venerari, quod Solis sit animata effigies. Lunae eosdem Apim consecrasse Solis et Lunae signa gestantem: Solis quidem, nigrum pilum, et sub lingua cantharum: Lunae vero maculam albam, nascentis Lunae modo sinuatam. Dal. —Vide quae dicturi sumus lib. XXX, cap. 30. H.

Derasis etiam. Lucian. lib. de Sacrificiis, pag. 187. H.

Nec tamen unquam Opera daemonum similem mortuo bovem reperiri scribit Aug. de Civit. lib. XVIII, cap. 5. Ridet hoc idem, de Civit. lib. VI, cap. 10, et Minutius Felix, in Octavio. H.

Delubra ei gemina, quae vocant thalamos, etc. In antiq. edd. libb. *Sunt delubra*, etc. Ego arbitror legend. *Tum delubra ei gemina, quae vocant thalamos: augurio populorum alterum intrasse laetum est, in altero*

tero dira portendit. Responsa privis dat, e manu consulentium cibum capiendo. Germanici Caesaris manum aversatus est, haud multo postea exstincti. Caetero secretus, quum se proripuit in coetus, incedit summotu lictorum, grexque puerorum comitatur, carmen honori eius canentium: intelligere videtur, et adorari velle. Ili greges repente lymphati futura 8
praecinunt. Femina bos semel ei anno ostenditur, suis et ipsa insignibus, quanquam aliis: semperque eodem die et invenire eam, et exstingui tradunt. Memphi est locus in Nilo, quem a figura vocant Phialam: omnibus annis ibi auream pateram argenteamque mergunt iis diebus quos habent natales Apis: septem

dira portendit: responsa privis dat e manu consulentium cibum capiendo. Populi universi augurabantur laeta quum alterum ex his delubris intrasset, in altero dira portendebat: at *privis*, id est, singulis dabat responsa, cibum capiendo e manu. Salm. pag. 440.

Responsa privis. Ita restituimus secuti vestigia Reg. 1, 2, et Paris. codd. in quibus *prius* legitur. Placet etiam Salmasio in Solin. pag. 440, *privis* legi. Olim *privatis*, libri vulgati praeferebant. H. — *Responsa privis.* Hoc est, singulis, ad differentiam populorum, quibus augurium laetum unum id erat, quum ex thalamis geminis alterum intrasset: in alterum ingressus dira portendebat. Hard.

Germanici. De hac profectione Germanici in Aegypto, quae e[illegible]igo et caput exitii fuit, Tacitus, Annal. lib. II, pag. 61, et Suetonius in Tiberio, cap. LII. H.

Caetero secretus. Reliquo tempore secreto custoditus, ubi se in coetum proripuit, summoventibus turbam lictoribus *magistratuum more* incedit. Hard.

Incedit summotu lictorum. Addidit de suo Turnebus vocem *strepitu*, legitque, *summoto strepitu lictorum.* Salmas. vocem *lictorum* expungit, pag. 307, in Solin. legitque *incedit submoto, grexque.* Non vidit uterque *summotu* vel *submotu lictorum*, nihil esse nunc aliud, quam submotione, sive lictoribus submoventibus confluentem hominum multitudinem. H.

Omnibus annis ibi auream pateram. Seneca, Quaest. Natural. libro IV, cap. 2, de Nilo tractans: *Post magnum deinde spatium duo eminent scopuli (Nili venas vocant incolae) ex quibus magna vis effunditur, non tamen quantum operire possit Aegyptum. In haec ora stipem sacerdotes, et aurea dona praefecti, quum solemne venit sacrum, iaciunt.* Dal.

Mergunt iis diebus. Magis ea lectio structurae convenit, quam quae in libris hactenus inoleverat, *mergentes diebus.* H.

hi sunt, mirumque neminem per eos a crocodilis attingi: octavo post horam diei sextam, redire belluae feritatem.

1 LXXII. (XLVII.) Magna et pecori gratia, vel in placamentis deorum, vel in usu vellerum. Vt boves victum hominum excolunt, ita corporum tutela pecori debetur. Generatio bimis utrimque ad novenos annos: quibusdam et ad decimum. Primiparis minores fetus. Coitus omnibus ad Arcturi occasum, id est, a tertio

Per eos. Per eos dies natales. Solinus similis, quum: *quibus diebus*, etc. H.

LXXII. *Pecori.* Ovibus H.

Placamentis deorum. Herod. in Euterpe narrat Aegyptios, qui Thebas accolunt, et omnino Thebanam praefecturam habitant, non ovea, sed capras diis immolare: alias vero in praefectura Meudesia oves sacrificare, non capras. Muret. in Var. VIII, 13. DAL.

Victum hominum. Agros, unde victus homini. MSS. Reg. 1, Chiffl. et Paris. *Sumptum hominum* legunt, eodem intellectu. H.

Ita corporum. Expolit hanc sententiam egregie Columella lib. VII, cap. 2, pag. 249. H.

Generatio bimis. Didymus Geopon. lib. XVIII, cap. 3, pag. 450. H.

Vtrimque. Hoc est, maribus, ac feminis. Dissidet Columella, libro VII, cap. 3, pag. 252: *Aetas*, inquit, *ad progenerandum optima est trima: neo tamen inhabilis usque in annos octo. Femina post bimatum maritari debet*, etc. H.

Ad novenos. Columella, Didymus locis cit. et Arist. Histor. Anim. lib. V, cap. 13, pag. 563, ad octo, μέχρις ἐτῶν ὀκτώ. H.

Et ad decimum. Ita MSS. omnes. Arist. tamen, et ad undecim, si bene curentur, tractenturque, ἐὰν δὲ θεραπεύεται καλῶς, καὶ μέχρις ἕνδεκα. H.

Primiparis. Primiparae sunt matres, quae primo genuerunt. Sic lib. XI, cap. 84, *Primiparae sues.* Didymus in Geopon. lib. XVIII, cap. 3, p. 451: Τὰ δὲ ἐκ τῶν πρωτογόνων ἀπαλλοτριοῦν χρή, ὡς ἀνεπιτήδεια πρὸς διαμονήν. *Oviculas ex primiparis natas secernere oportet, velut ineptas ad diuturnitatem.* H.

Coitus omnibus ad Arcturi occasum, etc. Scribo, *Coitus omnibus ab Arcturi occasu.* Varro lib. II, cap. 2: *Tempus optimum ad admittendum ab Arcturi occasu ad Aquilae occasum, quod quae postea concipiunt, fiunt vegrandes atque imbecillae.* Adstipulatur et apographon Toletanum, in quo *ab Arcturi occasu* scriptum est ad verbum. PINT. — *Ad Arcturi occasum, id est, a tertio idus maias, ad Aquilae occasum, in X kal. Aug.* Pellicerius in notis MSS. Pintianum secutus, legendum monet, *ab Arcturi occasu*, adstipulante, inquiunt, Varrone; unde locus ille ad verbum sumitur; et re quidem vera loc. transcribunt (vide supra initium notae huius). Sed utrumque hoc latuit, ita mutuatum esse id a Varrone Plinium, ut quod ille paulo crassius ac

idus maias, ad Aquilae occasum in x kal. Aug. Gerunt partum diebus centum quinquaginta: postea concepti invalidi, Cordos vocabant antiqui post id tempus natos. Multi hibernos agnos praeferunt vernis, quo- 2
niam magis intersit ante solstitium quam ante brumam firmos esse, solumque hoc animal utiliter bruma nasci. Arieti naturale agnas fastidire, senectam ovium

re minus accurate perpensa, statuisset, ipse corrigeret: neque enim, ut Varro, ipso Arcturi occasu, qui incidit in ante diem quintum idus, sed biduo post, hoc est, tertio idus, admissurae pecoris Plinius initium facit. Quare ad Arcturi occasum, hoc est, circiter id tempus dixit, non ab occasu. Sic quod ad Aquilae occasum spectat, qui finis a Varrone statuitur admissurae, toto pariter triduo rursum Plinius ab eodem dissidet, uti monuimus: neque necesse est ut XIII kal. Aug. hic legamus, quanquam ita sensisse scimus eruditum Petavium, Var. Dissert. lib. II, cap. 8, pag. 92, sed *in X kal. Aug.* ut prae se ferunt MSS. omnes. Haro — *Ad Arcturi occasum.* Hoc est, circiter Arcturi occasum matutinum, qui incidit in ante diem quintum idus maias, ut ipse Plinius auctor est locuples, libro XVIII, cap. 67. H.

In X kal. Ita MSS. omnes. Editi, *X kal.* Plinius lib. XVIII, cap. 69: *Item XIII kalendas Augusti, quum Aquila occidit, usque in X kalendas eiusdem.* Itaque admissurae tempus ad Aquilae occasum pertinere sic ait, ut ultra triduum adhuc protrahatur, in X scilicet kalendas Aug. Harn.

Gerunt partum. Ita Varro, de Re rust. lib. II, cap. 2, pag. 29. Nec dissidet ab utroque Florentinus in Geopon. lib. XVIII, cap. 1, p. 148, quum oves partum gerere ait mensibus quinque, μῆνας τ' κυοφορεῖ. H.

Postea concepti. Matres huiuscemodi fetibus debilitari, non ipsos, Varronis sententia est. Vid. not. ult. p. praeced., initio, ubi Varronianus locus a Pintiano admovetur. Harn.

Cordos vocabant. Varro de Re rustica, lib. II, cap. 1: *Dicuntur agni cordi qui post tempus nascuntur, et remanserunt in vulvis intimis; χόρτον vocant, a quo cordi appellati.* Erunt cordi igitur, non ex initu seriore concepti, sed qui ultra legitima partus tempora, hoc est, ultra CL dies in utero fuerint. Sic apud Festum de tritico, sive a re frumentaria illud in animalitatem translatum est, sive secus: *Corda frumenta, quae sero maturescunt: ut fenum cordum.* Harn. et Ai.

Multi hibernos. Bis gravidae pecudes, ut Virgilius cecinit Georg. II, aestate, et hieme. Columella lib. VII, cap. 3, pag. 253: *Melior est autumnalis verno, sicut ait verissime Celsus: quia magis ad rem pertinet, ut ante aestivum hibernum solstitium convalescat, solusque ex omnibus animalibus bruma commode nascitur*, etc. Tenerioribus agnis multo maiora instare et incumbere ab aestu, quam a frigore damna planissime ea his efficitur. Haro.

Arieti. Arist. Hist. Anim. lib. V,

consectari : et ipse senecta melior, mutilus quoque utilior. Ferocia eius cohibetur, cornu iuxta aurem terebrato. Dextro teste praeligato feminas generat, laevo mares. Tonitrua solitariis ovibus abortus inferunt. Remedium est congregare eas, ut coetu iuven-
3 tur. Aquilonis flatu mares concipi dicunt, Austri feminas: atque in eo genere arietum maxime spectantur ora:

cap. 13, pag. 564. Didymus, Geopon. lib. XVIII, cap. 3, pag. 450: Οἱ κριοὶ μᾶλλον τὰς πρεσβυτέρας διώκουσι θᾶττον ὀχευομένας, καὶ ὕστερον τὰς νέας. Harc.

Et ipse senecta. Arist. p. 559, non dixit vetulos praestantiores esse, sed vetulos τῷ ὕστερον ἔτει, hoc est, anno aetatis secundo, nam de priore antea egerat. Et Columella teste, ipsaque adeo experientia exploratum est, trimos hircos, et arietes, esse ad admissuram praestantiores, eorumque sobolem nitidiorem esse, robustiorem, et grandiorem. Harc.

Mutilus quoque utilior. Ex Chiffl. cod. in quo *mutilus* diserte, aliorumque vestigiis, Reg. 1, 2, et Paris. In quibus *utilius quoque utilior* legitur, editos hactenus libros castigavimus, qui *illis quoque utilior* praeferebant. Columella lib. VII, cap. 3, arietem probat intortis cornibus, *non quia magis*, inquit, *hic sit utilis* (*nam est melior mutilus aries*), *sed quia minime nocent intorta potius, quam surrecta et patula cornua.* Paulloque post: *Mutilum probabimus marem, quoniam est illud incommodum in cornuto, quod quum sentiat se velut quodam naturae loco capitis armatum, frequenter in pugnam procurrit, et fit in feminas quoque procacior.* H. — *Mutilus quoque.* Mutilus vero hircus et cornibus mutilatus. Harc.

Ferocia. Africanus in Geopon. lib. XVIII, cap. 5, pag. 451; Columella rursus, lib. VII, cap. 3, pag. 251, ex Epicharmo Syracusano. H.

Dextro teste. Democritus, apud Colum. lib. VI, cap. 28, et lib. VII, cap. 3, pag. 253; Palladius quoque, lib. IV, in Martio, tit. XI, pag. 102; Didymus loco cit. Sed convellit hoc placitum idoneis sane rationibus Aristoteles, de Geor. Anim. lib. XI, cap. 1, p. 1116. H. — Quod minimè vetat quin et diebus nostris credant plurimi agricolae, non prius suum errorem deposituri quam ignorantiam naturae, et tot praeiudicatas opiniones. Ar.

Tonitrua. Explanatius Aristoteles Hist. Animal. lib. IX, c. 4, p. 1016: *Instituantur*, inquit, *ab upilionibus oves, ut strepitum cienti congregentur. Nam tonante caelo si qua praegnans seorsim deprehendatur, neque concurrat, abortum facit:* ἐὰν γὰρ βροντήσαντος, ὑπολειφθῇ τις, καὶ μὴ συνδράμῃ, ἐκτιτρώσκει, ἐὰν τύχῃ κύουσα. Harc.

Aquilonis. Arist. Hist. Anim. lib. VI, cap. 19, pag. 732; Didymus in Geopon. loc. cit. Aelianus Hist. Anim. lib. VII, cap. 27; Columella ex Arist. lib. VII, c. 3, pag. 253; Palladius item in Iulio, tit. IV, lib. VIII, pag. 131, et Albertus M. de Anim. tract. III, lib. VI, cap. 2, pag. 209. Harc.

quia cuius coloris sub lingua habuere venas, eius et lanicium est in fetu: variumque, si plures fuere: et mutatio aquarum potusque variat. Ovium summa genera duo, tectum et colonicum: illud mollius, hoc in pascuo delicatius, quippe quum tectum rubis vescatur. Operimenta ei ex Arabicis praecipua.

LXXIII. (XLVIII.) Lana autem laudatissima Apula, et quae in Italia graeci pecoris appellatur, alibi italica. Tertium locum Milesiae oves obtinent. Apulae

Quia cuius coloris. Democritus in Geopon. lib. XVIII, c. 6, p. 451; Arist. loco cit. pag. 733; Albertus loco cit. Columella Item, pag. 250, ex Virgilio, scribente in Georg. *Illum autem, quamvis aries sit candidus ipse, Nigra subest udo tantum cui lingua palato, Reiice, ne maculis infuscet vellera pullis Nascentem.* H.

Mutatio aquarum. Varro, de Re rust. lib. II, cap. 2, pag. 79: *Quamdiu admissura fit, eadem aqua uti oportet: quod commutatio et lanam facit variam, et corrumpit uterum.* H.

Tectum et colonicum. Tecti meminit Columella lib. VII, cap. 4, pag. 257; idem cap. 2, p. 250, tectum, molle; colonicum, hirsutum vocat: Varro, pellitum, illud; istud, hirtum. Tectum id genus ovium est, quod propter lanicii elegantiam, in eius tutelam, pellibus integebatur. Vnde Horatius lib. II, ode VI, vers. 10: *Dulce pellitis ovibus Galesi Flumen.* Columella de iniuria veprium ruborumque in pascendo lib. VII, c. 3: *Molle vero pecus*, inquit, *etiam velamen quo protegitur, amittit, atque id non parvo sumptu reparatur.* Ovibus praecipue Graecis, seu Tarentinis, id tegumen imponi solitum ait idem cap. 4. Ovis colonicae rursum Plinius meminit lib. XXVI, cap. 62. Haro.

Quippe quum tectum. Illud, inquit, quod tectum vocatur, non tam delicate pascitur: vescitur enim et rubis: colonicum delicatius, solo gramine. Haro.

Operimenta ei. Tectoscilicet ovium generi, ut diximus plane modo. Ita MSS. Hard.

Ex Arabicis. De Arabicis ovibus, Aelianus, Hist. Anim. lib. X, cap. 4. Quod tam longe petita ex earum pellibus operimenta fierent, idcirco, non parvi sumptus esse ea Columella pronuntiavit, loc. cit. Haro.

LXXIII. *Lana autem*, etc. Sic Columella lib. VII, cap. 2, pag. 249: *Generis eximii Milesias, Calabras Apulasque, nostri existimabant, earumque optimas Tarentinas*, etc. H.

Graeci pecoris. Columella lib. VII, cap. 4: *Graecum pecus quod plerique Tarentinum vocant.* Est Tarentum, scilicet, Magnae Graeciae, ut vocabant, quae pars est Italiae, oppidum. Haro.

Milesiae. De his Tsetzes Chiliad. X, v. 349; Apollonius in Hist. Comment. cap. XX; Columella, loc. cit. Hard.

breves villo, nec nisi paenulis celebres. Circa Tarentum Canusiumque summam nobilitatem habent. In Asia vero eodem genere Laodiceae. Alba Circumpadanis nulla praefertur, nec libra centenos nummos ad hoc
2 aevi excessit ulla. Oves non ubique tondentur: durat quibusdam in locis vellendi mos: colorum plura genera: quippe quum desint etiam nomina eis. Quas nativas appellant, aliquot modis Hispania: nigri vel-

Paenulis. Pallii genus est ad arcendas pluvias idaneum, paenula.

Eodem genere. Hoc est, et breviore villo, et paenulis idoneo, ut Apula. HARD.

Laodiceae. Hieronymus in Iovinianum: *Nunc lineis et sericis vestibus, et Atrebatum, ac Laodiceae indumentis ornatus incedis.* DALEC — *Laodiceae.* De Laodicenis avibus ac lanis, egregie Strabo lib. XII, pag. 578. Laodicea Cariae haec est, Lyco flumini imposita, de qua lib. V, c. 29. HARD.

Circumpadanis. Altinates et Parmenses signat Calum. lib. VII, cap. 2, pag. 249: *Nunc lanae gallicae pretiosiores habentur, earumque praecipue Altinates.* Fuit enim quondam Altinum in Padi paludibus. Et Martialis lib. XIV, epig. CLV, cui lemma inscriptum, *Lanae albae*: » Velleribus primis Apulia: Parma secundis Nobilis: Altinum tertia laudat ovis. » H.

Centenos nummos. Sive sestertios. Efficit ea summa, manetae gallicae, fere 17 f. 50 c.

Vellendi mos. Varro de Ling. Lat. l. IV: *Veliae unde essent plures accepi caussas, in quei, quod ibi pastores palatim ex ovibus ante tonsuram inventam, vellere lanam sint soliti, ex quo vellera dicuntur.* DALEC. — *Vellendi mos.* Varro, de Re rust. l. II, rsp. 11: *Lanam demptam ac conglobatam alii vellera, alii velumina appellant: ex quorum vocabula animadverti licet, prius lanae vulsuram, quam tonsuram inventam. Qui etiamnunc vellunt, ante triduo habent ieiunas*, etc. Isidorus, Origin. lib. XIX, cap. 27. *A vellendo vellus, quod prius Lanae vellerentur, non tonderentur.* H.

Quas nativas appellant, aliquot modis Hispania, etc. Locum hunc, qui vitiosissimus visus est ad hunc diem eruditis, sola fere interpunctione restituta, sanavimus. Ita prius edebatur: *Colorum plura genera: quippe quum desint etiam nomina eis, quas nativas appellant aliquot modis. Hispania nigri velleris praecipuas habet, Pollentia iuxta Alpes cani: Asia rutili, quas Erithraeas vocant: item Baetica: Canusium fulvi: Tarentum et suae pulluginis.* In MSS. quidem legitur *canusia rutili*, ex quo Plinii editores *cani Asia rutili* effinxerunt, pro *iam Asia*, uti ex Columella a nobis laudato constat. Dalecampius, *quos nativos* legit, refertque ad colores. Salmasius pag. 316, in Solin. omnia videtur emendandu pessumdare: Asiam omittit, de qua Columella tamen, cui Pliniana haec similia sunt: Canusium substituit, atque eamdem vocem, ubi mox sedem habet, codicum omnium securus ex-

leris praecipuas habet Pollentia iuxta Alpes: iam Asia rutili, quas Erythraeas vocant: item Baetica: Canusium fulvi: Tarentum et suae pulliginis. Succidis om-

pungit: aliaque committit, quae et referre piget, nec refellere otium est. Nos emendationem nostram, et codicum fide, quam servamus integram, et probatissimorum scriptorum auctoritate, et simplici ac peraccommodata ad Plinii verba mentemque interpretatione, tuemur. Nativas interim oves appellari scito eas, quarum vellus, quo sponte colore imbutum a natura est, eo ipso in lanificia textiliaque opera adhibetur, nec saturatur alieno. Nec de sententia iam ansie laboraveris: Quas oves, inquit, nativas appellat Hispania, esse aliquot modis diversae, seu in varia distribui genera possunt, pro velleris colorumque discrimine: sunt enim aliae pullae, flavae aliae, etc. De pullis, Nonius Marcellus cap. XVI, num. 13, pag. 795: *Pullus color est, quem nunc Hispanum, vel nativum dicimus.* De flavis, Martial. lib. IX, epigr. LXII: *In Tartessiacis domus est notissima terris, Qua dives placidum Corduba Baetin amat, vellera nativo pallent ubi flava metallo, et linit Hesperium bractea viva pecus,* etc. Lanam Hispaniensem in primis commendat Strabo lib. III, pag. 144. Haan.

Pollentia. Martialis, libro XIV, epigr. CLVII, cuius lemma, *Lanae Pollentinae*: «Non tantum pullo lugentes vellere lanas, Sed solet et calices haec dare terra suos.» Silius Italicus, lib. VIII, pag. 375: *Fusciique ferax Pollentia rutili.* Et Colum. libro VII, capite 2, pag. 249, de variis lanarum coloribus: *Sunt etiam,* inquit, *suapte natura pretio commendabiles, pullus atque fuscus, quos praebet in Italia Pollentia,* etc. Haan.

Asia rutili. Columella loco citato *Nec minus Asia rutilos, quos vocant ἐρυθρούς.* Haan.

Item Baetica. Subintellige, rutili: nec forte de tota Baetica accipiendum. Plinio Martialis videtur patrocinari, scribens libro V, epigr. XXXVIII, p. 277, ad Erotium puellam, *Quae crine vincit Baetici gregis vellus, Rhenique nodos, aureamque nitellam.* Rutilas certe Germanorum comas, qui Rhenum accolunt, scribit Tacitus, lib. de Morib. German. pag. 125, et Seneca, de Ira, lib. III, cap. 26, pag. 596: *Non est Aethiopis inter suos insignitus color: nec rufus crinis, et coactus in nodum apud Germanos.* Sed planius apertiusque aurea, ξανθά, Baeticae vellera Martialis commendat, libro XII, epigr. C: *Baetis olivifera crinem redimite corona, aurea quae nitidis vellera tingit aquis.* Adde et libri XIV, epigr. CXXXIII, cui lemma, *Lacernae Boeticae.* Haan.

Canusium fulvi. Fuscas tamen, rufasque Canusinas laudat Martialis idem lib. XIV, epigr. CXXVII et CXXIX, ut non unius tantum generis color ovium in iis regionibus, sed multiplicis, fuisse videatur. Haan.

Suae pulliginis. Hoc est, non Pollentinae illi, Hispaniensique communis, sed peculiari quadam nota discretae. Haan.

Succidis. Quae porro praestent remedia lanae succidae, dicetur lib. XXIX, cap. 9. Quaenam vero succidae sint, perspicue edocuit Varro, de Re rustica, lib. II, cap. 11: *Tonsurae tempus,* ait, *inter aequinoctium*

nibus medicata vis. Istriae Liburniaeque pilo propior, quam lanae, pexis aliena vestibus, et quam Salacia
3 scutulato textu commendat in Lusitania. Similis circa

vernum, et solstitium, quum sudare coeperint oves, a quo sudore recens lana tonsa, succida est appellata. H.

Pexis aliena vestibus. Pexae vestes, in quibus nec stamen, nec subtegmen apparet, eminente et operiente villo. Nam quibusdam licia numerare licet, ut in quarum textis et tramis lana est propior. Tales sunt Istrianae. Turn. Advers. lib. V, cap. 14. Dalec. — *Pexis.* Pexa vestis, ἡ μαλλωτὴ ἐσθής, divitum erat, eminentiore longioreque villo, cui rasa tritave opponebatur. Martialis, libro II, epigr. LVIII: *Pexatus pulcre rides mea, Zoile, trita.* Horatius quoque, libro I, epist. 4, vers. 95: *Si forte subucula pexae Trita subest tunicae.* H.

Et quam Salacia scutulato textu commendat in Lusitania. Libri ante nos editi, *et quam sola ars*, audaci admodum coniectura, contemptuque codicum, quorum nos fidem secuti, secure *Salaciam* agnoscimus, imperatoriam urbem cognominatam, nobile Lusitanorum oppidum Plinio, l. IV, cap. 35. Pomponio Melae, caeterisque. Confirmat egregie hanc lectionem, tum ipsa per se orationis structura, tum vero maxime Strabo, lib. III, pag. 144, ubi lanam Hispaniensem laudans, impense texta quaedam valde tenuia commendat, *quae Salaciatae*, inquit, *faciunt:* ὑπερβολὴ δὲ, τῶν καὶ λεπτῶν ὑφασμάτων, ἅπερ οἱ Σαλτιῆται κατασκευάζουσιν. Vbi Cassubonus, quinam sint isti Σαλτιῆται, fatetur adhuc se quaerere, interimque legere Σεταβῆται. Satis confidenter id quidem. Nos de Salacia haec Pliniana accepimus. Et huc forte spectat vox *Salacia* in nutis quae Tironi adscribi solent, apud Gruterum, pag. 135. Harn.

Scutulato textu. Scutulas vocat auctor, τὰ πλίνθια, nimirum quadra, similia retium maculis, quas Graeci vocant τοὺς βρόχους. Gallos Diodor. ait saga gestare ῥαβδωτὰ, πλινθίοις πολυάνθεσι καὶ πυκνοῖς διαλημμένα, scutulata, et reticulatim distincta, virgata Propertio et Virgilio, Pulluci ῥαβδοειδῆ, non assuto purpureo limbo ornata, ut exponit Servius. Scutale Livio in funda, quod est reticulatum. Pulluci βρόχος, sive macula, τὸ συνεχὲς ἐν τοῖς δικτύοις διάστημα τετράγωνον, συνεστηκὸς ἐκ τεττάρων ἀμμάτων ὃ τεινομένης τῆς ἄρκνος γίνεται ῥαβδοειδές. Scutulatus ergo textus, virgatus est, macularum instar cancellatim et reticulatim distinctus. Scalig. — Scutulae forma quadrata et oblonga. Censorinus, ἑτερομῆκες, quadrangulum imparibus lateribus, et angulis minime rectis, scutulae simile, XI, 24. Araneorum rete scutulatum est. Turn. XXVII, 24. Dalec. — *Scutulato textu.* Orbiculato, vel quadrato. Scutulata vestis a scutulis nomen habet, hoc est, a σκυτάλη, quae vox in Glossis habetur: non a voce *scutum.* Nam et in scutulata prima brevis est: in voce *scutum* producta. Scutula autem segmentum est aliquod quadratum, vel orbiculatum, vel cuneatum. Scutulata itaque sunt crebris laterculis, quadris, orbiculisve distincta, divisa: quale fere in retibus, reticulatisque operibus cernimus. Sic arsnearum scutulatum rete Plinius appellat, lib.

Piscenas provinciae Narbonensis: similis et in Aegypto, ex qua vestis detrita usu pingitur, rursusque aevo durat. Est et hirtae pilo crasso in tapetis antiquissima gratia: iam certe priscos iis usos, Homerus auctor est. Aliter haec Galli pingunt, aliter Parthorum gentes. Lanae et per se coactam vestem faciunt: et si addatur acetum, etiam ferro resistunt: immo vero etiam ignibus novissimo sui purgamento, quippe alienis polientium extractae, in tomenti usum veniunt,

XI, cap. 28. De scutulatis, Iuvenalis, satyra II, v. 97: *Caerulea indutus scutulata, aut galbana rasa.* Infra quoque Plinius tapetium intextum significans: *Instituit*, inquit, *scutulis dividere Gallia.* Papias in Vocabulario: *Scutulata, genera vestimentorum, dicta quod orbiculos quosdam habent in similitudinem scutulorum.* Igitur et orbicularis quoque constat textus scutulatus, κύκλῳ ὑφασμένος. At plerumque forma est quadrata et oblonga, ita ut e parallelis lineis constante quadrangulo, lineas quidem aequales habeat pars quaeque dimidia, sed inaequales angulos. *Lausangias* Galli vocant, a foliorum lauri similitudine, quasi *laurangias*, *des lozanges.* Haad.

Piscenas) *Pezenas.* In notitia imperii legitur, cap. 42: *Procurator Baphii Narbonensis, et Telonensis Galliarum.* Piscenis videtur sedem is habuisse. Haad.

Detrita usu pingitur. Ita rescripsimus admonitu codicum MSS. Reg. 1, 2, Paris. Chiffl. Dalec. etc. Prius, *tingitur* perperam legebatur. Pingi vestem laneam, pro *intertexi*, familiare esse latinis scriptoribus, neminem latet. Haao.

Homerus. Odyss. IV, vs. 427: Καὶ ῥήγεα καλὰ Πορφύρε' ἐμβαλέειν, στορέσαι δ' ἐγύπερθε τάπητας. Harn.

Coactam vestem. Coactam vestem Reg. 1, 2, Paris. etc. magno consensu defendunt. Alii, *Lanae ei per se coactae*, legunt. Vestem coactam faciunt coactilia, Graecis πιλήματα dicta, Gallis, *du feutre.* Ipsa quoque *coactilis* appellatur in notis Tironis apud Gruterum, pag. 157, inter vestium species. Vide Constantinum in Lexico, v. πίλημα. Opifices in eo genere LANARII COACTORES in vetustis lapidibus appellantur, et LANARII COACTILIARII, apud Gruter. p. 648. H.

Immo vero. Immo vero etiam resistunt ignibus, ubi sunt ultimo expurgatae: extractae enim ex alienis eorum qui eas purgant ac poliunt, pro tomento adhibentur, Galliarum, ut arbitror, invento: sunt enim varia apud Gallos tomenti nomina. Haao.

In tomenti usum veniunt. Sic legendum. Loquitur enim de lanarum purgamentis. Est autem tomentum, culcitae fartum. Martialis: *Culcita tomento quam viduata suo.* Et de tomento, non de indumento accipiendum alioqui satis indicant quae sequuntur: *Antiquis enim torus e stramento erat.* Gel. — *In tomenti usum.* Tomentum hoc loco lana est, quae

Galliarum, ut arbitror, invento: certe gallicis hodie nominibus discernitur: nec facile dixerim, qua id
4 aetate coeperit. Antiquis enim torus e stramento erat: qualiter etiam nunc in castris. Gausapa patris mei memoria coepere: amphimalla, nostra: sicut villosa

ex pannis, seu textis laneis extrahitur, ab iis qui ea poliunt, ut deinde ea culcitae farciantur. Gallis, *bourrelanice: laine-bourre.* Varro de Ling. Lat. l. IV, p. 40: *Posteaquam transierunt ad culcitas, quod in ea sagum, aut tomentum, aliudve quid calcabant, ab inculcando culcita dicta.* Hard.

Gallicis.... discernitur. Sane tomentum Lingonicum Martialis eximie commendat, lib. XIV, ep. CLX, et Cadurcum, seu culcitam Cadurcam cum lomento, Iuvenal. satyra VI, vs. 538, ac Plinius ipse lib. XIX, cap. 2. Hasn.

Antiquis enim torus e stram. etc. Lege: *Antiquis enim torus e stramento erat, qualiter etiam nunc in castris. Gausapa patris mei memoria coepere: amphimalla nostra*, etc. Dicit toros antiquitus e stramento fuisse, et sua adhuc aetate in castris ita esse. Salm. pag. 398.

Qualiter nunc etiam in castris. Gausape patris mei memoria coepere, etc. Aliter in apographo Toletano: *Qualiter etiam nunc in castris causa patris mei memoria*, etc. Vt forte scribendum sit: *Qualiter etiam nunc in castris gausape. Avorum memoria coepere amphimalla, sicut nostra villosa etiam ventralia.* Movet me quod non ea fuit conditione Plinius, ut non desiderata fuisset eius prudentia si in commentatione rerum naturalium, quam ad communem totius humani generis utilitatem componebat, et praesertim romano imperatori dicata, patris sui meminisset. Pint.

Gausapa patris mei memoria coepere: amphimalla, nostra: sicut villosa etiam ventralia. Interpunctione leviter immutata, locum alias maculosum restituimus. Libri olim, ut susserat Pint. *qual.* c. *n. in castris gausape.* Perinde ac si militare stratum, cubilevè, gausapis vocabulo apte indicaretur: *Patris mei memoria coepere amphimalla nostra: sicut villosa*, etc. Toros tantum ait e stramentis quondam fuisse, atque etiam tum esse sua aetate: gausapa deinde patris sui memoria; amphimalla, sua, sive, se adolescente: tuoicam in modum gausapis, se vidente ac seniore, quum haec scriberet, coepisse texi. H. — *Gausapa.* Gausapina indumenta plurimum longibre muniebantur villo, hibernisque ideo adversus frigora expetebantur. Hinc Martialis, lib. XIV, epigrammat. CXLV, cui titulus: *Paenula gausapina*: « Is mihi candor inest, villorum gratia tanta est, Vt me vel media sumere messe velis. » Hasn.

Amphimalla, nostra. Αμφιτάπητες, Hesychio. Lucilius: *Psylae, atque amphitapae molles cum ingentibu' villis.* Talia amphimalla hodie sunt, quae vocamus *couvertures de Catalogne.* Dalec. — *Amphimalla, nostra.* Nostra, inquit, memoria coepere in usum venire amphimalla tenta, hoc est, ex utraque parte villosa. Ea Nonio quoque *Amphitapae* dicuntur:

etiam ventralia: nam tunica lati clavi; in modum gausapae texi nunc primum incipit. Lanarum nigrae nullum colorem bibunt. De reliquarum infectu suis locis dicemus, in conchyliis marinis, aut herbarum natura.

LXXIV. Lanam in colo et fuso Tanaquilis, quae eadem Caia Caecilia vocata est, in templo Sangi durasse, prodente se, auctor est M. Varro: factamque

eiusmodi sunt quae hodie vulgus, modo, ut inquit Dalec. *couvertures de Catalogne*, interdum *cappes de Béarn*, de regionis nomine, ubi praecipue texuntur, appellat. Hard.

Ventralia. Ventrale κοιλιόδεσμος, φοῦνδα, Glossae; iurisconsultis zona, crumena, quam et Fundum vocaverunt et Profundum. Cuiacius, Observ. X, 27, gausapa et gausapia, tapetes insigues mollitia villorum, et artificio texturae, quibus mensae teguntur. Martial. CXXVIII, 14: *Nobilius villosa tegant tibi gausapa citrum.* Dalec. — Bulgam quoque appellari Vossius ait in Etymol. quia ad ventrem praecincta. Male: ventrale zonae genus est, quod ventri apponitur: unde nomen. Quod Plinio libro XXVII, cap. 28, ventrale dicitur, hoc Apuleio tit. IV, cap. 109, semicinctium appellatur. Vide quae de semicinctii voce erudite collegit Vir Cl. Ducange in Glossario. Hard.

Lati clavi. Quid sit latus clavus, quid angustus dicemus libro sequenti cap. 63. Hard.

In modum gausapae. Hoc est, longiore villo texi, qualis est in gausapinis indumentis. Hard.

Suis locis dicemus. Libro IX, cap. 62 et seqq. ac libro deinde XXI, c. 22. Hard.

LXXIV. *Lanam in colo.* Ita MSS. omnes. Editi, *cum colo.* H.

Caia Caecilia. Festus: *Caia Caecilia appellata est, ut Romam venit, quae antea Tanaquil vocitata erat, uxor Tarquinii Prisci regis Romanorum*, etc. Verius Plutarchus, in Quaest. Rom. pag. 274, uxorem ait fuisse unius e Tarquinii liberis: eidem in templo Sanci statuam priscis temporibus positam, cum sandaliis et fuso, quae domi actae vitae, industriaeque argumento essent. Διὰ Γαΐαν Καικιλίαν καλὴν καὶ ἀγαθὴν γυναῖκα, τῶν Ταρκυνίου παίδων ἑνὶ συνοικήσασαν, ἣς ἐν τῷ τοῦ Σάγκτου ἱερῷ χαλκοῦς ἀνδριὰς ἕστηκεν· ἔκειτο δὲ πάλαι καὶ σανδάλια, καὶ ἄτρακτοι, τὸ μὲν οἰκουρίας αὐτῆς, τὸ δὲ ἐνεργείας σύμβολον. Sic filiae Ottonis M. imp. sepulcro fusum appensum Ditmarus docet, lib. II, pag. 25. H. — Quaecumque tamen haec fuerit Caia Caecilia, sive Tarquinii Prisci regis uxor, seu una e nuribus, certe videtur optima lanifica fuisse: et ideo in eius memoriam sempiternam institutum fuit, ut novae nuptae ante ianuam mariti interrogatae quaenam vocarentur, Caiam se esse dicerent. Alex. ab. Alex. II, 5. Vide Festum in Recta et Regilla. Dalec.

In t. Sangi... V. Equidem demiror hunc Sangum tantopere ignotum perstitisse recentioribus grammaticis, ut etiam in Liviana historia uno atque altero loco in Ianum ait demutatus.

ab ea togam regiam undulatam in aede Fortunae, qua Ser. Tullius fuerat usus. Inde factum, ut nubentes virgines comitaretur colus compta, et fusus cum stamine. Ea prima texuit rectam tunicam, quales cum toga pura tirones induuntur, novaeque nuptae. Vndulata vestis prima e laudatissimis fuit: inde sororicu-

Et est quidem unius numinis utrumque nomen, sed haec Romana appellatio est, illa altera Sabina. Gelen. — *In templo Sangi.* Huius Sangi meminit quoque Liv. l. VIII, p. 144. Σάγκτος a Plutarcho scribitur, loc. cit. Varro, de Ling. Lat. lib. IV, pag. 19. Sanctum Sabina lingua, Herculem esse Graeca putat. Et Festus: *Propter viam fit sacrificium, quod est proficiscendi gratia, Herculi aut Sanco, qui scilicet idem est deus.* Vide August. de Civit. lib. XVIII, cap. 19; Ovidium in Fastis lib. VI, v. 213. Sangi sacellum in septima Vrbis regione locat P. Victor: *Sacellum Genii Sangi.* Haro.

Inde factum. Plutarchus, in Quaest. Rom. pag. 271. Haro.

Colus compta. Vide quod notatum est libro XXIX, cap. 2 Dalec.

Rectam tunicam. Recto filorum ductu textam, ὀρθοστάδιον, ἄῤῥαφον ἐκ τῶν ἄνωθεν ὑφαντὸν δι' ὅλου. Recta tunica Isidoro, quam sursum versus stantes texunt· *qu'on fait au métier droit.* Dal. — *Rectam tunicam.* Festus: *Rectae appellantur vestimenta virilia, quae patres liberis suis conficienda curant, ominis causa: ita appellata, quod a stantibus et in altitudinem texuntur.* Et alio loco: *Regillis, tunicis albis, et retiendis luteis utrisque rectis, textis sursum versum a stantibus, pridie nuptiarum diem, virgines indutae cubitum ibant, ominis causa, ut etiam in togis virilibus dandis observari solet.* Haro.

Cum toga pura. Toga pura, virilis, libera, eadem erat, inquit Manutius, de Quaesitis per epist. lib. I. Pura vocabatur, quia nulla diversi coloris fascia praetexeretur. Dabatur in exitu anni sexti decimi. Antea praetexta induebantur: mos tamen ille non semper obtinuit. Ea vestis initium virilis aetatis indicabat: propterea virilis etiam dicebatur. Qui vero eam sumebant, tirones appellabantur: uti tum ex hoc Plinii loco apparet, tum ex illo Suetonii, de Caio cap. x, pag. 56: *Vno atque eodem die togam sumpsit, barbamque posuit, sine ullo honore, qualis contigerat tirocinio fratrum eius.* Liberam quoque vocitabant, quia pueris toga pura initium quoddam libertatis erat, quum antea custodirentur a paedagogis. H.

Vndulata. Meliorum codicum admonitu rescripsimus, *undulata vestis prima e laudatissimis*, quum prius editi prae se ferrent, *primo e laudatissimis.* Paulo post, *acu facere Idaei Phryges*, habet sane Parmensis editio: sed MSS. codices refragantur: in quibus, uti edidimus, *acu facere id Phryges invenerunt.* Translata voce ab undis, seu fluctibus: ut gall. diceretur *ondé*, *fait en ondes.* Nonius c. 11, n. 926: *Vndulatum, nove positum pro rum.* Varro, de vita populi rom. lib. I: *Et a quibusdam dicitur esse virgi-*

lata defluxit. Togas rasas Phryxianasque, Divi Augusti novissimis temporibus coepisse, scribit Fenestella. Crebrae papaveratae antiquiorem habent originem, iam

nis Fortunae simulacrum, eo *quod duabus undulatis togis est opertum: proinde ut olim reges nostri undulatas, et praetextas togas soliti sint habere*. Haad. — Nonne quod Nostrates hodie vocant *moiré?* Ai.

Sororiculata. Ita MSS. omnes. Editi, *soriculata*. Vtriusque vocis incerta originatio, inexplorata adhuc vis et significatio est. Vide Turnebum, Adv. lib. XXIV, cap. 19, pag. 831. II. — *Soriculata defluxit*. Interpretantur quidam soriculatas vestes ea lino et sparto consertas et condensatas, a conserendo. Turn. ut et Marf. legit *suroriculatas*, sive *suroreclatas*, quod idem est, esponitque suris et latioribus regulis virgatas, ac eo toto texendi genere confectas, tanquam suro regulatas. *Surus*, ramus, inde fit *surculus*. Quidam a sura et rica, sive ricula deducunt, non a regula. Dalec.

Togas rasas. Ξεστὰς ἐσθῆτας. Sed quid si *rallas* legatur, a texturae genere, ut *crebris* statim subsequentibus opponantur? In MSS. *raxas*. Nonius cap. XIV, num. 14: *Ralla vestis dicta a raritate. Plautus Epidico: Tunicam rallam, tunicam spissam*. Accepisse aliter Papias videtur in Vocabulario: *Ralla vestis est*, inquit, *quae vulgo Rasilis dicitur. Rasile, acutum, vel bene rasum*.

Phryxianasque. Olim legebatur *Phrygianas*. Et quidem Senec. phil. de Beneficiis: *Inveniam alium poëtam apud quem praecingantur, et spicis auro Phrygianis prodeant*. E vetusto codice sic Muretus legit lib. XII, c. 4 Variat. Turn. tamen *Phryxianas*, quae Phryxaei velleris crispos ac eminentes villos imitantur: vulgo, *de la frise*. Dalec. — *Phryxianas*. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Chiffl. Paris. etc. Vestes sunt, quae Phryxaei velleris crispos et eminentes villos imitantur: Gallis, *de la frise*, inquit Turnebus loc. cit. post Pellicerium. In notis Tironis apud Gruter. tom. II, pag. 159, *Phrixeum*, inter genera vestium diversa. Haad.

Crebrae. Dense textae, et multa subtemine fartae: quae res pexitatem plerumque floccorum facit. Sic libro undecimo cap. 28, *crebratae pexitas telae*. Haad.

Papaveratae. Papaveratae, Isidoro *paviteuses*; graviter pressae et calcatae. Contra *rallae*, quas tamen idem Isidorus interpretatur rasiles. Papaveratae Sophocli σπαθηταὶ ἐσθῆτες, quoniam κροτοῦνται καὶ σπαθοῦνται. *Pavire*, ferire, πκίειν. *Pavera* frumenta Festo, quorum granum obtritu multo deglubitur, et glumis evaginatur. Scalig. — *Papaveratae*. De papaveratis vestibus multa Vossius in Etymol. verbo *papaver*; multa Salmasius pag. 1127, in Solin. Neuter ad rem quidquam apposite. Ille tenuem ex bysso linoque subtili (μήκων Hesychio dicitur, quae vox et papaveri communis est), vestem interpretatur; iste ea pinnarum papavere textam: quum structura ac series orationis Plinianae ipsa per se liquido probet, se de lanis tantum in praesenti, laneisque vestimentis agere. Vir. Cl. D. du Cange, in Glossario, verbo *papaver*, veteris chartae fragmentum recitat, ex Ioan. Scheffero ad Chronicon Vpsaliense p.

2 sub Lucilio poëta in Torquato notatae. Praetextae apud Etruscos originem invenere. Trabeis usos accipio reges: pictas vestes apud Homerum fuisse, unde

152, in qua casula Dalmatica, cappae duae, dorsale, antependium, panni duo, omni de papavere facta dicuntur. Sed quid papaver sit, inde non liquet. Fuisse olim papaveris quoddam genus scimus, ex quo splendorem candoremque lina trahereut: quidni et lanae? ut papaveratae vestes existimentur eae, quae eo papaveris genere tersae nitorem aum accepissent. Plinius lib. XIX, cap. 4, *Est et inter papavera genus quoddam, quo candorem lintea praecipuum trahunt.* Et lib. 20, cap. 78: *Alterum e silvestribus genus heraclion vocatur... Ex hoc lina splendorem trahunt aestate.* Hard.

Praetextae. Lucilius libro I, satyr. *Praetextae ac tunicae Lydorum opu' sordidum omne.* Dalec.— *Praetextae.* Togae albae purpureo in ima ora praetextae limbo: quas qui gestabant, praetextati dicebantur. Anno, ut diximus, XVII aetatis uns cum bulla has deponebant. Vide quae congessit Aldus de praetexta, in Quaesitis per epistolam. Est et *praetexta*, ut ait Nonius cap. XIV, pag. 29, *insigne romanum, quod supra tunicas honorati quique sumunt.* Ea primum, Etruscis devictis, usum esse Tullum Hostilium, Plinius est auctor libro sequenti cap. 63. Hard.

Trabeis. Triplex trabea fuit. Prima diis consecrata, texta sola purpura: altera ex purpura immixto albo, regibus et consulibus peculiaris: tertia ex purpura et cocco, auguribus permissa, dum auguria captant. Alex. ab Alexand. V, 18. Dalec.—*Trabeis.* Romulum intelligit, de quo libro seq. cap. 63: *Purpurae usum Romae semper fuisse video: sed Romulo in trabea.* Etiam ante Romanorum regea, Aborigenum, sive Latinorum, principem Picum eu ornatu Maro describit, Aeneid. lib. VII, vers. 188: *Ipse Quirinali lituo, parvaque sedebat succinctus trabea.* Nisi poëtica prolepsi, sive anticipatione usus sit. Trabea toga fuit, communis, sive albi coloris, multis fasciis, virgisque purpureis, instar trabium transversis ac discurrentibus ornata, iisque vel intextis, vel assutis. Hard.

Pictas vestes. Palmatas, Tertull. lib. de Coron. Milit. *Picta vestis, quae nunc toga dicitur, antea purpurea vocitata est, eratque sine pictura. Eius rei argumentum est pictura in aede Vertumni, et Consi, quarum in altera M. Fab. Flaccus, in altera T. Papirius Cursor triumphantes ita picti sunt.* Fest. ἀνθινὰς et ἀνθηρὰς Graeci vocarunt. Pollux καταστίκτους, ζωωτοὺς, ζωδιωτοὺς. Artem. ὀνειροκρ. locupleti feminae et meretrici permissas tradit: hnic, ut maiorem corpore faciat quaestum, illi, luxus causa. Idem Suidas in distinctione ἑταιρῶν. Phil. Hist. V, tradit, Syracusis mulieri non licuisse uti picta veste, aurove caput redimire, nisi publice prostans, cuivis sui copiam faceret. Strab. XV refert Persarum duces aestate vestem gestare aut purpuream, aut pictam. Had. Iun. lib. I, cap. 13. Dalec.

Apud Homerum. Iliad. III, vers. 125, ubi Helena purpuream vestem texens iuducitur, in eaque Graecorum ac Troianorum pugnas inter-

triumphales natae. Acu facere id Phryges invenerunt, ideoque Phrygioniae appellatae sunt. Aurum intexere in eadem Asia invenit Attalus rex: unde nomem Attalicis. Colores diversos picturae intexere Babylon

texens: Η δὴ μέγαν ἱστὸν ὕφαινε Δίπλακα πορφυρέην, πολλὰς δ' ἐνέπασσεν ἀέθλους Τρώων θ' ἱπποδάμων, καὶ Ἀχαιῶν χαλκοχιτώνων. Vbi Eustathius ἐμποικίλλειν et ζωγραφεῖν, *variare* et *pingere*, illud ἐμπάσσειν interpretatur. Harc.

Vnde triumphales. Eaedem pariter purpureae, et pictae nuncupatae, quod erant ex purpura auro picta. Plinius lib IX, cap. 60. Festus: *Picta quae nunc toga dicitur, antea purpurea vocitata est, eaque erat sine pictura. Eius rei argumentum est gemina pictura in aede Vertumni et Consi, quarum in altera M. Fulvius Flaccus, in altera C. Papirius Cursor, triumphantes ita picti sunt.* Eaedem et postea palmatae dictae, propriaeque consulum. Cassiodorus, Var. lib. VI, form. 1: *Nos habemus labores consulum, et vos gaudia dignitatum: palmatae siquidem vestrae, nostrae probantur esse victoriae*, etc. H.

Acu facere id Phryges invenerunt. Aegyptii quoque artem illam exercuerunt: eleganter et egregie Martial. *Quando eques et picti tunica Nilotide Mauri.* Lucanus: *Quod Nilotis acus compressum pectine, serum Solvit, et expanso laxavit stamina velo.* Dalec. — *Acu facere.* Facere id, hoc est, pingere, seu pictas vestes facere acu Phryges instituerunt. Nonius cap. 1, num. 10, pag. 486 *Phrygia vestis picta est: eius artifices Phrygiones appellantur. Titinius in Barbato: Phrygio fui primum, bene que id opus scivi: reliqui acus neiasque hero atque herae nostrae.* Isidorus, Orig. lib. XIX, cap. 22: *Acu picta vestis, aut textilis, aut acu ornata: eadem et Phrygia; huius enim partis periti Phrygii omnes dicuntur: sive quia in Phrygia inventa est; unde et artifices qui id faciunt, Phrygiones dicuntur.* Gallis, *brodeurs.* H.

Phrygioniae appellatae. Ita MSS. omnes: et sane id nomen ad vestes referri, postulat orationis ipsa structura. Forte *Phrygianae* rectius. Editi, *Phrygiones appellati*, mendose: nam de opificio, non de opificibus instituta oratio est. H.

Attalicis. Attalicarum vestium, aulaeorum Attalicorum, Attalici tori, crebra apud Propertium mentio. Plinius lib. XXXIII, cap. 29: *Attalicis iampridem aurum intexitur, invento regum Asiae.* Silius Ital. lib. XIV: *Quaeque Attalicis variata per artem Aulaeis scribuntur acu.* H.

Babylon maxime celebravit. Lucretius de amoris insani damno: *Adde, quod alterius sub nutu degitur aetas: Labitur interea res: tum Babylonia fiunt: Languent officia, atque aegrotat fama vacillans.* Plutarchus auctor est, quum hereditate obvenisset Catoni βαβυλώνιον πρόβλημα, statim iussisse vendi. Dalec. — *Babylon maxime celebravit.* Vnde Babylonica dicebantur. Martialis lib. VIII, epigr. XXVIII: *Non ego praetulerim Babylonica picta superbe Texta, Semiramia quae variantur acu.* Babylonicae porro picturae argumentum fuit, venatio tantum, praeliumve. Ammianus lib. XXIV, pag. 278, Iuliani Aug. in agro Ctesiphontino mansio-

maxime celebravit, et nomen imposuit. Plurimis vero liciis texere, quae polymita appellant, Alexandria
3 instituit: scutulis dividere, Gallia. Metellus Scipio tricliniaria Babylonicase stertium octingentis millibus

nem describens: *Diversorium*, inquit, *opacum et amoenum, gentiles picturas per omnes aedium partes ostendens, regis bestias venatione multiplici trucidantis: nec enim apud eos pingitur vel fingitur aliud, praeter varias caedes, et bella.* Acu porro ea pictura peragebatur: quare insui perinde atque intexi dicebatur. *Babylonica peristromata, consuta tapetia*, Plauto. HARD.

Plurimia vero liciis... polymita. Filia diversi coloris in longum transversumque ductis, uti hodie fit a polymitariis nostris, quos tapetiarios vocamus, *tapissiers.* Non enim acu id fiebat, sed pectine; ac vere, ut Plinius ait, texebant: sed ea industria, ut Babylonica interdum opera superarent. Martialis lib. XIV, epigr. 151, cuius lemma, *Cubicularia polymita: Haec tibi Memphitis tellus dat munera: victa est Pectine Niliaco iam Babylonis acus.* Ipsa tamen Babylonica in Glossis aliquando πολύμιτα pariter appellantur: hoc est, multilicia: μίτος enim licium est. In polymitis Alexandrinis, aeque atque in Babylonicis, belluarum imagines fingebantur: unde belluata ea a Plauto nuncupantur in Paeud. act. I, sc. II, vers 14: *Neque Alexandrina belluata conchyliata tapetia.* H. — Quidam *multitia* vocant. Meminit Trebellius Pollio in Quieto, quum ait in eius familia tunicas, limbos, penulas matronales, variantibus liciis effigiem Alexandri monstravisse. Pithoeus, I, 2, trilicem loricam tribus liciis urnatam et distinctam fuisse tradit. Turn. XXIX, 35. DALEC.

Scutulis. Orbiculis, in macularum plagularumque modum pingere, acu distinguere. De ea re egimus paulo ante, cap. 73. Adiicere corollarii vice hic modo lubet, etiam et pavimenta *ex scutulis*, ob similem formam laterculorum a Palladio commendari, lib. I, cap. 9, sub finem: inde et scutulato equorum colori, de quo idem in Martio, cap. 15, quem nos *pommelé* dicimus, factum nomen esse. HARD.

Metellus. Fuit is Q. Caecilius Metellus Pius Scipio, Pompeii socer; unde Pompeio iam Magno cognomen alterum *Pius* fuit. Hinc in nummis antiquis est, MAGNVS PIVS IMP. nunquam Pompeius. At Metelli nomine nummus est singularis ex argento, in Gaza Regia; qui pictum exhibet caput Neptuni laureatum, symbolum victoriae mari reportatae. ·)(· Vir gestat dextra Palladium, sinistro humero scoem. Cave hic Aeneam et Anchisen cogites: an enim Metellus etiam ab Aenea traxit originem? Metellus hoc symbolo dicitur aedem Palladi sacram excipiendis militibus infirmis exaedificasse; (*un hôtel des invalides*) unde PIVS cognominatus ait. Sic in familia Herennia, apud Patinum pag. 120, vir nudus aegrum humero portat in xenodochium: et retro Pietatis caput pingitur, adiecto lemmate, PIETAS. HARD.

Tridiniaria. Stragula, quibus lecti

venisse iam tunc, posuit in Catonis criminibus, quae Neroni principi quadragies sestertio nuper stetere. Servii Tullii praetextae, quibus signum Fortunae ab eo dicatae coopertum erat, duravere ad Seiani exi-

tricliniarea sternebantur: ut cubicularia stragula appellat cap. 83. H.

Sestertium. Ita MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. etc. Haan. — Sestertium octingenta millia, sive, quod idem est, sestertia octingenta, efficiunt monetae gallicae sub Augusto 163,033 fr. 33 c. sub Galba, etc. 140,699 fr. 96 c. Aj.

In Catonis. Ita MSS. Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. etc. quam lectionem stabiliunt ea quae prosime antea, hoc ipso cap. de Metelli cum Catone simultate et inimicitiis disimus. Editi perperam, *Capitonis*: de quo proinde frustra Budaeus inquirit, de Asse lib. II, fol. 51, num is Capito sit de quo Horatius in primo Sermonum. Harn.

Quadragies. Ita MSS. laudati. H. — Summa ad gallicas rationes supputandi revocata, est fere 815,466, vel 703,499 fr. prout Augusti, vel Galbae temporibus acceperis. Quod si quadringenties legas cum Budaeo, escedet id pretium fidem omnem: foret enim librarum gallicarum ad minimum 7,034,998 fr. Aj.

Quibus signum Fortunae. Non Fortunae quidem, sed ipsius Servii in Fortunae templo, quod dedicarat, positum simulacrum, togis superpositis velatum scribit Ovidius, Fastor. lib. VI, vers. 569: *Lux eadem, Fortuna, tua est, auctorque, locusque: Sed superiniectis quis latet aede togis? Servius est (id constat enim); sed causa latendi Discrepat, et dubium me quoque mentis habet*, etc. Cave tamen quidquam propterea immutandum putes in hac Plinii sententia. Hanc signi Fortunae dedicationem a Servio Tullio rege factam Livius praetermisit. Harn.

Seiani exitum. Quo anno Seianus perierit, non satis liquet. Decimo septimo Tiberii anno id evenisse vulgo creditur. Quod si verum est, necesse est Servium Tullium regem non ante annum Vrbis 225 obiisse. Seiano nomen Aelii fuit, ut nummi docent Bilbili in Hispania percussi. Seiani cognomen a Seia deductum est vel matre, vel coniuge: quae ob hereditatem opimam, quam pro dote afferret, marito nomen dedit, deinena in *ianus*, et idem filio natu maiore ex eo coniugio. M. Seii non semel Plinius meminit, nec semel in nummis Seia Augusta legitur. Similia originia est *Traianus* a Traio. Huius est simul atque Hadriani qui Aelius, ut Seianus, fuit, nummus singularis ex auro, apud D. DE CREAVES, Parisiis, hac epigraphe: IMP. CAES. NES. TRAIAN. OPTIM. AVG. GERM. DAC. *Imperator Caesar Nerva Traianus Optimus Augustus, Germanicus, Dacicus.* Caput Traiani laureatum, in orientem conversum. In parte aversa: HADRIANO TRAIANO CAESARI. Caput laureatum Hadriani, converso pariter vultu in orientem. Cuius hic nummus est, antequam Traianus appellaretur Parthicus, quum iam tamen scriberetur cognomine *Optimus*. Ergo anno ipsius decimo septimo; quo tamen ipso anno iam tum et Traianus et Caesar fuit Hadrianus. Ergo Hadrianus ab Hadria coniuge, Tra-

tum. Mirumque fuit nec defluxisse eas, nec teredinum iniurias sensisse annis DLX. Vidimus iam et viventium vellera, purpura, cocco, conchylio, sesquipedalibus libris infecta, velut illa sic nasci cogente luxuria.

LXXV. In ipsa ove satis generositatis ostenditur brevitate crurum; ventris vestitu: quibus nudus esset, apicas vocabant, damnabantque. Syriae cubitales

ianus a Traiano patre, patruele fratre Traiani Augusti: Caesar ex matra, Aelia Plotina Nervae Caesaris Augusti filia: unde in nummis latinis et graecis *Nervae nepos* saepissime appellatur. Itaque prius ab uxore Hadria dicitur Hadrianus, ob dotem amplam ei allatam ex eo coniugio: deinde Traianus ex patre, qui esset homo privatus, neque adeo dives, nec Caesar. Verum quum post triennium fere a Traiano Aug. per adoptionem institutus haeres esset omnium ipsius bonorum; quum iam potior esset illa haereditas, non deinceps *Hadrianus Traianus*, sed *Traianus Hadrianus* in nummis suis omnibus est cognominatus: haud dubie non indigne latura priore illa coniuge Hadria, si viveret, praelatum suo nomini nomen Augusti. Sed illa iam dudum obierat; ac ingenio celebrior Sabina nupserat Hadriano. HARD.

Terediuum. Vermium vestes erodentium. HARD.

Sesquipedalibus libris infecta, etc. Nam vivarum ovium quum lanam et vellus tingere vellent, adhibitis corticibus, sive libris sesquipedalibus medicamento imbutis, qui conservarent inhaerentem velleribus infecturam, id faciebant. Turn. Alii sesquilibris, id est, in singulas oves adhibita libra et dimidia infectura. Furtassis, sesquipedalib. fibris, ut in manuscript. id est, lanae villis. Isid. XXX, 22. Fibrae, lana caprina, unde Fibrina vestis, quae ex ea tramam habet. DAL. — *Sesquipedalibus libris*. Ita MSS. plane omnes: non, ut editi mutile, *sesquilibris*. Quid porro sint sesquipedales librae, negat Budaeus se intelligere, de Asse, lib. II, fol. 51; negat et Pellicerius in notis MSS. Dalec. vocem *libris* de corticibus accipit. Nos qui nihil astute cogitamus, sic interpretamur: Cura industriaque hominum sic distributas esse trium istorum colorum vices, purpurae, cocci, conchyliique, dum vellera quae viventi adhuc pecori adhaerebant, necdum essent decussa tergo, iis coloribus tingerentur, ut quilibet color semipedale spatium in quadrum occuparet: tres semipedes densi admodum velleris, libram pondere adaequarent: quae libra idcirco sesquipedalis merito appellaretur. Canem eo modo variatum pictumque nuper in hac urbe vidimus. HARD.

LXXV. *Brevitate crurum*. Varro, de Re rust. lib. II, cap. 2, p. 78: *Esse oportet ovem cruribus humilibus: caulis observare, ut sint in Italia prolixis, in Syria brevibus*. H.

Apicas vocabant. Ovis apica, mina Varroni, II, 2. DAL. — *Apicas*. Cuius hic locus: *Ovem esse oportet corpore*

ovium caudae, plurimumque in ea parte lanicii. Castrari agnos, nisi quinquemestres, praematurum existimatur. (XLIX.) Est et in Hispania, sed maxime Corsica, non maxime absimile pecori, genus musmonum, caprino villo, quam pecoris velleri, propius.

amplo... ventrem quoque habeat pilosum. Itaque quae id non habuerint, maiores nostri Apicas appellabant, ac reiiciebant. Hunc Plinii locum prorsus ἀτόπως citat Erasmus in adagio: *Tricae, Apinae.* Chiliad. I, Centur. II, adag. XLIII, pag. 70. H.

Syriae cubitales. Latitudine addendum fuit. Arist. Hist. Animal. lib. VIII, cap. 33, pag. 982: *ἐν δὲ τῇ Συρίᾳ τὰ πρόβατα τὰς οὐρὰς ἔχει τὸ πλάτος πήχεως.* Alioqui cubitalis esse longitudinis perperam intelligimus. Idem de Libycis ovibus tradit Albertus, de Animal. lib. VII, pag. 234. Et in Asia Minore testis αὐτόπτης Busbequius prodidit, ep. 1, pag. 32, *frequens esse genus illud ovium, quod pinguem et ponderosam caudam trahit, quae decem interdum librarum sit: quin immo in eam aliquando magnitudinem excrescat in ovibus paulo vetustioribus, ut duas rotulas cum media tabella subiici necesse sit, in quam illa recumbat: ut oves trahant, quod ferre non possunt.* HARD.

Sed maxime Corsica. Est apud Patinum, in Famil. pag. 93, nummus ex argento inscriptus, Q. CORNVFICI. AVGVR. IMP. *Quintus Cornuficius Augur Imperator.* Ipse togatus stans, lituum auguralem dextra tenet, et versus occidentem incedit. Pone sequens Corsica provincia est, ad occasum (ut notum est) sita: coronam imponit imperatori, clypeumque gestat, ut tutatus eam esse adversus praedones maritimos mediterraneosve Cornificius intelligatur. Non Africa certe ea est; quoniam nec versa illa ad occasum urbis Romae est; nec tegmen capitis ex pelle quasi caprina, vel arietina potius, Africam denotat, sed Corsicam potius. Testis hoc loco Plinius. Adde quod nulla Traiani Imp. qui restituisse Cornificium in simili nummo dicitur, in Africa expeditio fuit. Neque ulla igitur Cornificii in Africa fuisse hoc numismate perhibetur. Pars huius nummi aversa, caput Iovis cum cornu arietino exhibet; quod est symbolum Naturae in Corsica arietum, quos Plinius laudat, altricis. In eo vero nummo, quo Cornificium Traianus restituisse fertur, hoc est, singulari edito egregio facinore repraesentasse, caput Concordiae est. H.

Genus musmonum. Alii *musimonum*: alii *musmonium.* Olim musimonas etiam vocarunt asinos, mulas, equos breves. Lucil. *Pretium emit, qui vendit equum musimonem.* De musimonibus Strabo: γίνονται δ' ἐνταῦθα οἱ τρίχα φύοντες αἰγείαν ἀντὶ ἐρείας κριοὶ, καλούμενοι μούσμονες, ὧν ταῖς δοραῖς θωρακίζονται. Inde *Sardos mastruccas* Cicero vocat in oratione pro Scauro, musimonum pellibus munitos et loricatos. Turn. Advers. lib. XX, cap. 9. Id animal fortassis est, quod libro XXVIII, c. 9, *Opláon* vocari tradit, item lib. XXX, cap. 15. DAL. — Vetus epigramma, de ambiguis: *Tityrus ex ovibus oritur, hircoque parente: Musmonem capra*

Quorum e genere et ovibus natos prisci Vmbros vocarunt. Infirmissimum pecori caput, quamobrem aversum a sole pasci cogendum. Quam stultissima animalium lanata. Qua timuere ingredi, unum cornu raptum sequitur. Vita longissima anni x, in Aethiopia XIII. Capris eodem loco XI, in reliquo orbe plurimum octoni. Vtrumque genus intra quartum coitum impletur.

LXXVI. (L.) Caprae pariunt et quaternos, sed raro admodum. Ferunt quinque mensibus, ut oves. Caprae pinguitudine sterilescunt. Ante trimas minus

ex vervegno semine gignit. H.—Caeterum conf. Iesie. Constant, ad vocem Μούσμονες. Ai.

Vmbros vocarunt. Vmbri, Ibri, Imbri, priscis spurii. Graecis ὀμβρίκαλοι, et ὀμβρίκια ferarum catuli. Hioc Ibridae canes, Lyciscae. In veteri glossario, Vmber, ἡμίονος πρόβατον: Iber, ἡμίονος. Scalig. — *Vmbros vocarunt.* Vide Vossium in Etymol. verbo *Campus*, et *Musmones.* Harn.

Aversum a sole. Eodem sensu Columella dixit loco a nobis laudato, *Plurimum referre ut pascentium capitu sint obvirsa Soli, qui plerumque nocet animalibus oriente sidere aestatis per emersum Caniculae.* Aversa a sole intelligit quum obversa dicit. Florentinus in Geopon. lib. XVIII, cap. 2, pag. 449: Εκάστοτε δὲ τὸν ἥλιον κατ' οὐρὰν ἔχειν αὐτὰ προνοητέον. *Prospiciendum, ut solem* in cauda, hoc est, aversum *habeant.* Ianus Coroarius interpres parum caute legit, κατ' οὐρανὸν, vertitque, *Cavendum ut solem in caelo habeant.* H.—*Aversum a sole.* Varro de Re rust. lib. II, cap. 2; Columella lib. VII, cap. 3, pag. 256: Palladius, in Novemb. lib. XII, tit. XIII, pag. 171; Plinius ipse, lib. XVIII, cap. 76. Haro.

Quam stultissima. Aristotel. Hist. Anim. lib. VI, cap. 4, pag. 1014, et Albertus M. de Animal. lib. VIII, tract. II, cap. I, pag. 259. H.

Qua timuere. Simile ac plane par stoliditatis ovium exemplum affert Philosophus loco citato. H.

Vnum cornu. Vnum *ex iis si cornibus* rapiatur, sequuntur. H.

Vita longissima. Reliquae, quae hoc cap. continentur, eadem habet totidem verbis Aristoteles, Histor. Animal. lib. VI, cap. 19, pag. 730 et 731. H.

LXXVI. *Caprae.* Arist. loco cit. Etiam et in Aegypto quinos pariunt, ut auctor est Aelianus, Hist. Anim. lib. III, cap. 33, ob fetiferum potu Nilum. Haro.

Ferunt. Aristotel. loco supra cit. Florentinus quoque in Geopon. libro XVIII, cap. 9, pag. 452: Κυοφορεῖ δὲ ε' μῆνας, ὥσπερ τὰ πρόβατα. H.

Ante trimas minus utiliter generant, etc. Particula *ne*, in neutro habetur exemplarium scriptorum, optime. Nam, teste Columella lib. septimo, capite sexto: *Senecta his ante sextum*

utiliter generant, et in senecta ultra quadriennium. Incipiunt septimo mense, adhuc lactentes. Mutilum in utroque sexu utilius. Primus in die coitus non implet: sequens efficacior, ac deinde. Concipiunt novembri mense, ut martio pariant turgescentibus virgultis, aliquando anniculae, semper bimae, in trimatu

annum: et quinquennis parum idoneus habetur implendis feminis. Pintianus. — Adulterinam lectionem librorum editorum negleximus, seculi fidem MSS. Reg. 1, 2, Chiffl. et eorum quos Pintianus vidit. Perperam enim in editis legebatur, *Trimae minus utiliter generant, et in senecta, nec ultra quadriennium*: quum re ipsa constet trimatum in capris ovibusque (eadem enim fere est pecudis utriusque natura), tempus illud esse potissimum, quo earumdem iuventae flos vigeat. Palladius, in Novemb. lib. XII, tit. XIII, pag. 172: *Trimae educare optime possunt*, etc. De provectiore autem aetate, Columella lib. VII, cap. 6: *Quinquennis*, inquit, *caper, parum idoneus habetur feminis implendis.* In MS. nostro legitur, *sterilescunt. Trimae*, etc. pro *sterilescunt. Ante trimas*: absorpta voce *ante* in postrema syllaba vocis antecedentis, *sterilescunt.* Sententia vero illa est: Quae nondum trimae sunt, et quae quadriennium iam excesserunt, non tam utiles partus edunt, quam in aetate intermedia constitutae. Priores quidem, quia nondum confirmatae aetatis: sequentes, quia iam in senium vergentibus annis aunt labefactatae. H.

Incipiunt septimo mense adhuo lactentes. Dalecampius legit, *adhuc lactantes*, hoc est, ut ipse interpretatur, lac praebentes, ac nutrientes. Repugnat verumtamen huic emendationi Columella lib. VII, cap. 6, pag. 264: *Est autem caper*, inquit, *mensium septem satis habilis ad procreandum, quoniam immodicus libidinis, dum adhuc uberibus alitur, matrem stupro supervenit*, etc. H.

Mutilum. A cornibus. Colum. lib. VII, cap. 6, pag. 265: *Quoniam cornuti fere perniciosi sunt propter petulantiam.* H.

Primus in die. Aristoteles, Histor. Animal. lib. VI, cap. 19, pag. 730. Haan.

Turgescentibus. Columella: *Vt propinquante vere, gemmantibus frutetis, quum primum silvae nova germinant fronde, partus edatur.* Hard.

In trimatu inutiles. Scribendum procul dubio *utiles*, vel *haud inutiles.* Columella loco proxime signato: *Anniculae vel bimae capellae, nam utraque aetas partum edit, submitti haedum non oportet: neque enim educare nisi trima debet.* Palladius duodecimo, titulo XIII: *Trimae educare optime possunt. Quod teneriores matres generant, transigendum est.* Pint. — *In trimatu inutiles.* Pintianus, et Pellicerius in notis MSS. *utiles* potius reponendum censent: quoniam, si anniculae non semper pariunt, in trimatu autem sunt inutiles, in bimatu tantum utiliter capras parere, quod falsum est absurdumque, relinquitur. Verum illi, quod pace tantorum virorum dixerim, non minus a Plinii mente aberrant, quam a co-

inutiles. Pariunt octonis annis. Abortus frigori obno-
2 xius. Oculos suffusos capra iunci puncto sanguine exonerat, caper rubi. Solertiam eius animalis Mucianus visam sibi prodidit in ponte praetenui, duabus obviis e diverso: quum circumactum angustiae non caperent, nec reciprocationem longitudo in exilitate caeca, torrente rapido minaciter subterfluente, alteram decubuisse, atque ita alteram proculcatae supergressam. Mares quam maxime simos, longis auribus infractisque, armis quam villosissimis probant. Feminarum generositatis insigne, laciniae corporibus a cervice binae dependentes. Non

dicum omnium fide desciscunt. Sententia huiua loci est, extra legitimum concipiendi tempus, quod quidem, ut de ovibus pronuntiatum est, cap. 72, etiam capria statuitur ab Arcturi occasu, seu tertio idua maias, ad Aquilae occasum, seu decimum kalend. Aug. aliquando anniculas concipere seriore fetura, novembri mense, ut pariant martio: bimis id semper contingere: trimas ad hanc tam seram feturam esse inutiles: quoniam ii quos illae ea tempestate concipiunt fetus, ut in ovibus antea observatum est, minus aint validi. Haad.

Pariunt octonis. Conf. Aristotel. loc. cit. pag. 731; item Palladius in Novemb. lib. XII, titulo XIII, pag. 172. H.

Abortus frigori obnoxius. Columell. loc. cit. H.

Iunci puncto sanguine exonerat. Magis probarim *punctu.* Refert hoc quoque Aelianus, Histor. Animal. lib. VII, cap. 14. H.

Nec reciprocationem. Nec retrogrediendi locus esset, *propter* longitudinem *pontis*, *coniecturam* exilitati, *ob quam ubi pedem poneret*, capra non videret. H.

Longis auribus infractisque, armis quam villosissimis. Legendum sic *auribus*, non *auriculis*, ex archetypo Toletan. Confirmat id quoque Columella lib. septimo, cap. sexto: *Optimus*, inquit, *habetur amplissimi corporis, cruribus crassis, plena et brevi cervice, flaccidis et praegrandibus auribus.* Pint. — *Longis auribus.* Ita MSS. omnes: editi male, *auriculis.* Sunt autem infractae aures, non erectae, sed deciduae, quas recte flaccidas et praegravantes Columella nuncupat, loc. cit. H.

Laciniae. Festus vocat Noneolas, vel, ut quidam legunt, Naevolas. Varro, II, 3, mammillas pensiles. Dalec. — *Laciniae.* Non eae quidem e villis seu pilis factae: sed e corporibus ipsis et cute enatae, atque e cervice pendentes. Varro, de Re rusl. lib. II, cap. 3, pag. 80, ubi de eligenda caprarum forma: *Sub rostra*, inquit, *duas ut mammulas pensiles habeant, quod eae fecundiores sint*, Verruculas appellat Colu-

omnibus cornua: sed quibus sunt, in his et indicia annorum per incrementa nodorum. Mutilis lactis maior ubertas. Auribus eas spirare, non naribus, nec 3 unquam febri carere, Archelaus auctor est: ideo fortassis anima his, quam ovibus, ardentior, calidioresque concubitus. Tradunt et noctu non minus cernere, quam interdiu: ideo si caprinum iecur vescantur, restitui vespertinam aciem his, quos nyctalopas vocant. In Cilicia circaque Syrtes villo tonsili vestiuntur. Ca-

mella, lib. VII, cap. 6, pag. 264. Haro.

Mutilis. Quibus exsecta cornua. H. — *Mutilis.* Colum. loc. cit. ubi de caprino genere: *Hanc pecudem*, inquit, *mutilam parabimus, quieto caeli statu: nam procelloso atque imbrifero cornuta semper. Nam et omni regione maritos gregum mutilos esse oportebit, quoniam cornuti fere perniciosi sunt*, etc. Haad.

Auribus eas spirare, non naribus, etc. Idem tradit Phile, lib. de Prop. Anim. p. 102. Item Varro, loc. cit. *De capris Archelaus scribit, non ut reliqua animalia, naribus, sed auribus spiritum ducere solere.* Ab Alcmaeone id proditum, non ab Archelao, scribit Aristoteles, Hist. Animal. lib. I, cap. 9, pag. 73, idque ipse verum esse pernegat: οὐκ ἀληθῶς, ait, ὅτι ἄπνουν ἐστὶ μόριον. Certe naribus sternutant: igitur et spirant. Vtraque parte, auribus naribusque spirare, ex pecuariorum relatu, affirmat Aelianus, Hist. Anim. lib. I, cap. 53. H.

Nec unquam febri. Varro loc. cit. *Capras sanas sanus nemo promittit: nunquam enim sine febri sunt.* Florentinus in Geopon. lib. XVIII, cap. 9, pag. 453. H.

Archelaus auctor est. Falso Noster. Vide et Rhodig. V, 29, Victor. XXXVI, 9; Varronem, de Re rustica, lib. II, cap. 3. Oppianus capras silvestres scripsit non quidem auribus spirare, ut Alcmaeon apud Aristot. sed fistula, quae a palato pertinet ad interstitium cornuum. Dalec.

Ideo si caprinum iecur, etc. De hac re infra dicturi sumus lib. XXVIII, cap. 11. H.

Nyctalopas. Lusciosos, qui vesperi non vident, ut ait Varro apud Nonium, cap. II, num. 512. De ea voce dicetur uberius libro XXVIII, c. 47. Haro.

In Cilicia, etc. Alii leg. *circaque Syrias*, non male. Bochart. pag. 625. — *In Cilicia.* Aristot. Histor. Anim. lib. VIII, cap. 33, pag. 982; Varro, de Re rust. lib. II, c. 11, sub finem: *Vt fructum ovis e lana ad vestimentum, sic capra pilos ministrat ad usum nauticum... Neque non quaedam nationes harum pellibus sunt vestitae, ut in Gaetulia, et in Sardinia... Tondentur, quod magnis villis sunt, in magna parte Phrygiae: unde Cilicia, et caetera eius generis ferri solent. Sed quod primum ea tonsura in Cilicia sit instituta, nomen id Cilicas adiecisse scribunt.* Cilicicorum occasione, quae ex villo caprarum fieri solerent, lusit satis festive Augustinus, epist. LXXXI, ubi de Eustasio, Caprariae in-

pras in occasum declivi sole, in pascuis negant contueri inter sese, sed aversas iacere: reliquis autem horis adversas, et inter cognationes. Dependet omnium mento villus, quem aruncum vocant: hoc si quis apprehensam ex grege unam trahat, caeterae stupentes spectant. Id etiam evenire, quum quandam herbam aliqua ex eis momorderit. Morsus earum arbori exitialis. Olivam lambendo quoque sterilem faciunt, eaque ex causa Minervae non immolantur.

sulae monacho, qui diem suum obierat: *In eam requiem praecessit*, inquit, *quae nullis fluctibus sicut insula tunditur: nec Caprariam desiderat, quia nec* Cilicio *iam quaerit indui.* Aelianus, Hist. Aoim. lib. XVI, c. 30, *iv* Αυχίᾳ quoque, ex Callisthene Olynthio refert, ut oves, sic tonderi capras, eoqua pilo nauticos rudentes cootexi. Busbequius, epist. 1, fol. 31, visas a se refert io Mioore Asia capras illas, quarum ex vellere, sive pilo, pannus ille texitur, quem undulatum vocant, *les camelots: Est earum*, inquit, *tenuissimus, mireque nitens pilus, ad terram usque propendens... nec multum serico pulchritudine cedit*, etc. H.

Circaque Syrtes. Ita Reg. 1 et 2, librique editi post Gelenium. Varro adstipulatur, qui, lib. II de Re rust. cap. 11, Gaetulicas nationes caprarum pellibus vestiri docet. Bocharto tamen haud improbabilis visa est Parmensis lectio, *circaque Syrias*, parte 1, de Anim. lib. II, cap. 51, pag. 625, quod mulieres in Israele caprarum pilos nevisse coostat, ex iisque aulaea facta, quibus tsberosculum tegeretur. Non suot huius loci caprae Scyriae, Σκυρίαι αἶγες, de quibus Hippocrates, lib. I de Morbis mul. text. 73, pag. 460. H.

Capras in, etc Arist. lib. IX, c. 4, pag. 1016, iisdem verbis. H.

Dependet. Aristot. loc. cit. p. 1015. Aruocum Philosophus ἤρυγγον vocat. Hard.

Id etiam evenire. Postulare videtur orationis structura, *id aiunt evenire*, vel istud *aiunt* subintelligendum. Hard.

Quum quamdam herbam. Eryngion scilicet. Theophr. in fragmento, de Animalibus quae invident; Plutarch. lib. de sera Numinis vindicta, pag. 558; Nicandri scholiastes, io Theriac. pag. 30, atque e recentioribus Marcellus Virgilius, io lib. III Diosc. c. 23, de eryngio: ubi multa praefatus de abditis rerum causis, hoc miraculum ex Plutarcho refert. H.

Olivam lambendo quoque, etc. Huc refer illa ex lib. XVII, c. 24: *Oleam quidem etiamsi lambat capra, sterilescere auctor est Varro, ut diximus.* Vide et Vrsin. not. Var. p. 19. Dal.

Eaque ex causa. Ceu iogratum sibi animal pro hostia etiam in sacris oblatum aversetur, atque sbborreat. Baccho tamen eamdem immolari, propterea quod similiter vitem erodat, scribit Ovidius lib. I Fastorum, vers. 360. Adi notam sequentem. H.

Non immolantur. Ita Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. etc. Parmensis

LXXVII. (LI.) Suilli pecoris admissura a Favonio ad aequinoctium vernum: aetas, octavo mense: quibusdam in locis etiam quarto, usque ad octavum annum. Partus bis anno: tempus utero quatuor mensium: numerus fecunditatis ad vicenos: sed educare tam

editio, caeteraeque ante Gelenium, dempta negatione, *Minervae immolantur*. Sed sane perperam. Nam Varro, de Re rustic. lib. I, cap. 2, p. 48: *Sic factum*, inquit, *ut Minervae caprini generis nihil immolarent, propter oleam: quod eam, quam laeserit, fieri dicunt sterilem: eius enim salivam esse fructui venenum.* Et causam quidem huius instituti ex integro eius scriptoris loco pernosces: *Quaedam enim pecudes*, inquit, *culturae sunt inimicae, ac veneno: ut istae, quas dixisti, caprae. Hae enim omnia novella sata carpendo corrumpunt, non minimus vites, atque oleas. Itaque propterea institutum diversa de causa, ut ex caprino genere ad alius dei aram hostia adduceretur, ad alius non sacrificaretur: quum ab eodem odio alter videre nollet, alter etiam videre pereuntem vellet. Sicque factum, ut Libero Patri repertori vitis hirci immolarentur, proinde ut capite darent poenas: contra, ut Minervae caprini generis nihil immolarent, propter oleam, quod eam quam laeserit, fieri dicunt sterilem: eius enim salivam esse fructui venenum. Licinius: Hoc nomine etiam Athenis in arcem non iungi, praeterquam semel ad necessarium sacrificium, ne arbor olea, quae primum dicitur ibi nata, a capra tangi possit.* H.

LXXVII. *Suilli pecoris.* Varro de Re rust. lib. II, c. 4, p. 82. Florentinus, in Geopon. lib. XIX, c. 6, pag. 408. H. — De hoc animali, et multis eius nomenclaturis, vide Rhod. lib. XXV, cap. 26. DAL.

Aetas. Ita codices manu exarati; quos quidem novimus, omnes: non ut vulgo excusi repraesentare solebant, *aetatis.* Arist. Hist. Anim. lib. V, c. 13, p. 560, et Varro loc. cit. HARD.

Usque ad octavum annum. Ita MSS. omnes, vetustaeque editiones ante Hermolaum, qui *septimum* rescripsit. Nisi constanti codicum consensioni tantum ego tribuerem, quantum par est tribui, Hermolao subscriberem, adstipulante praesertim Columella, lib. VII, cap. 9, pag. 269: *Femina sus*, inquit, *habetur ad partus edendos idonea usque in annos septem, quae quarto fecundior est, celerius senescit.* Et Varrone, de Re rust. lib. II, cap. 4, pag. 82: *Id facere dicuntur usque ad septimum annum recte.* H.

Partus bis. Varro, loc. cit. pag. 83. H. — *Partus bis anno.* Plutarch. in Caus. Natur. sues domesticas saepius ait parere et incerto tempore, feras autem semel duntaxat aetatis initio. DALEC.

Tempus utero quatuor mensium. Sic Aristotel. Histor. Animalium lib. VI, cap. 18, pag. 277, et Albertus Magnus, de Animal. lib. VI, tract. III, cap. 1, pag. 209. Conf. item Florentinus, Varro, locis citatis; Columella, lib. VII, cap. 9, p. 269. HARD.

Ad vicenos. Atqui sus Aeneae Lavinii triginta porcos peperit albos;

multos nequeunt. Diebus decem circa brumam statim dentatos nasci, Nigidius tradit. Implentur uno coitu, qui et geminatur propter facilitatem aboriendi. Remedium, ne prima subatione, neque ante flaccidas
2 aures coitus fiat. Mares non ultra trimatum generant. Feminae senectute fessae, cubantes coëunt. Comesse fetus his, non est prodigium. Suis fetus sacrificio die

teste Varrone, loco citato, et post Varronem Marone lib. III, vers. 390, sed fabulose: *Littoreis ingens inventa sub ilicibus sus, Triginta capitum fetus enixa, iacebit, Alba, solo recubans: albi circum ubera nati.* Hard.

Sed educare. Aristoteles et Albertus locis citatis. Columella, de lactentibus fetibus suum p. 721: *Non debet*, inquit, *octo capitum numerum excedere: non quin ignorem fecunditatem scrofarum maioris esse numeri, sed quia celerrime fatiscit, quae plures educat*, etc. Ita etiam Varro loco cit. At Palladius in Febr. lib. III, tit. 26, pag. 80, ut plurimum sex nutriri debere, expertus asseverat, Columellamque idcirco, quem laudat, deserit. Hard.

Implentur. Arist. Hist. Anim. lib. VI, cap. 18, pag. 728, si nempe urgeat veneris impetus, ἂν δὲ ὀργῶσαν βιάσῃ. Alias non unus initus satis est, ut paulo ante Philosophus idem admonuit. Hard.

Aboriendi. Ita codices manu exarati, non *abortiendi.* Ita et Varro apud Nonium capite 11, num. 21: *Vinum quod ibi natum sit in quodam loco, si praegnans biberit, fieri ut aboriatur.* Hard.

Subatione. Festus in Fragm. verbo *nullum pecus:* » Immundissimi sunt sues, inquit, ex omni mansueto pecore, et ardentissimae libidinis: ita ut opprobrium mulieribus inde tractum sit; quum subare et subire dicuntur. » Hard.

Flaccidas aures. Id est, pendulas et demissas: quod accidit porcis natu iam grandioribus. Nam iunioribus subriguntur et erectae manent. Dal.

Mares non. Arist. Hist. Anim. lib. V, cap. 13, pag. 564. Columella pag. 269: *Mares ab anniculo aetate commode progenerant, dum quadrimatum agant: possunt tamen etiam semestres*, etc. Scribere Plinium oportuit, *non ultra trimatum generant utiliter*, aut *commode:* quandoquidem generant omnino verres ultra trimatum: sed proles illa haud satis probabilis, et generosa: τῶν δὲ πρεσβυτέρων χείρω τὰ ἔκγονα. Hard.

Feminae. Aristotel. loco citato non sua, sed verrium senectute fatigatas, cubantes coire feminas prodit. H.

Comesse. Aristotel. loco citato Aelian. Hist. Anim. lib. X, cap. 16. Columella lib. VII, cap. 11, pag. 274: *Illud autem quod pertinet ad religionem patris familias, non reticendum putavi. Sunt quaedam scrofae, quae mandunt fetus suos: quod quum fit, non habetur prodigium. Nam sues ex omnibus peculibus impatientissimae famis sunt*, etc. Hard.

Suis fetus sacrificio die quinto purus est. Dissidet quidem Varro, cuius haec verba, de Re rust. lib. II, cap. 4, pag. 83: *Qui a partu decimo die habentur puri, ab eo appellantur ab*

quinto purus est, pecoris die octavo, bovis tricesimo. Coruncanus ruminales hostias, donec bidentes fierent, puras negavit. Suem oculo amisso putant cito exstingui: alioqui vita ad quindecim annos, quibusdam et vicenos. Verum efferantur, et alias obnoxium genus morbis; anginae maxime, et strumae. Index suis in- 2
validae, cruor in radice setae dorso evulsae, caput obliquum in incessu. Penuriam lactis praepingues sen-

Antiquis sacri, quod tum ad sacrificium idonei dicuntur primum. Sed ut corruptum Varronis numerum, potius quam Plinii, rear, evanescente paulatim litterae X, quae denarii nota est, parte ima, atque in V, sive quinarium degenerante, ea, quae sequuntur, *pecoris die octavo, bovis tricesimo*, numero dierum subinde crescente, efficiunt. Quanquam et pro *die octavo*, Reg. 1, 2; Colb. 1, 2, Paris. et Dalec. vetus codea, legunt *die sexto*. Hard.

Purus est. Hoc est, ad sacrum faciendum idoneus. Hard.

Coruncanus. Qui ex gente Iunia fuit. Hard.

Ruminales. Eorum, quae ruminent, animalium. H.

Donec bidentes. « Bidental, inquit Festus, dicebant quoddam templum, quod in eo bidentibus hostiis sacrificaretur. Bidentes autem sunt oves, duos dentes longiores caeteris habentes. » Sed aliis etiam animalibus communis bidentium appellatio fuit: unde illud eiusdem, *bovem bidentem o dentium numero* dicunt appellari. H. Nos credimus non de quadam ovium specie innui, sed de aetate; ubi nempe canini dentes eminent. As.

Suem oculo. Arist. Hist. Anim. lib. VI, cap. 18, pag. 729; sed familiari adhibita cautione, φασίν, aiunt. Albertus M. de Anim. lib. VI, tract. III, cap. 1, pag. 209: *Id quidem frequenter* ait *ita contingere, sed non semper.* Nos plures unoculos vidimus sues. Hard.

Alioqui vita. Arist. loco cit. Albertus XXV, ut plurimum, annos vivere pronuntiat. H.

Anginae. Nonius cap. 1, not. 150: *Angina, genus morbi, eo quod angat, et graece* συνάγχη *oppellatur.* Aristoteli, Hist. Anim. lib. VIII, c. 28, pag. 960, βράγχος id morbi genus vocatur. Suariis in Gallia, *le tac.* Vide de angina in hominibus quae dicenda sunt lib. XIX, cap. 3. H. — *Anginae maxime.* Plaut. in Trinum. *Sues moriuntur angina hic acerrimo.*

Et strumae. Scrofulas intelligit, τὰς χοιράδας. Columella, de Morbis suum lib. VII, cap. 10, pag. 272: *Strumosis sub lingua sanguis mittendus est.* H.

Caput obliquum in incessu. Merula in notis ad Ennium pag. 433, legit *obstipum.* Sed refragantur codices: alioqui ea Columella apparet arbitrii nostri esse utram potiorem lectionem putemus. *Febricitantium*, inquit lib. VII, cap. 10, pag. 272, *suum signa sunt, quum obstipae sues transversa ropita ferunt, ac per pascua subito, quum paululum procurrerunt, consi-*

tiunt, et primo fetu minus sunt numerosae. In luto volutatio generi grata. Intorta cauda: id etiam notatum, facilius litare, in dexterum quam in laevum, detorta. Pinguescunt LX diebus, sed magis tridui inedia saginatione orsa. Animalium hoc maxime brutum: animamque ei pro sale datam non illepide existima-
4 batur. Compertum agnitam vocem suarii furto abactis, mersoque navigio inclinatione lateris unius remeasse.

stunt, et vertigine correptae concidunt. Earum notanda sunt capita, quam in partem proclinentur, etc. H.

In luto volutatio generi grata. Inde Heraclitus Ephesius scripsit sues coeno non solum volutari libenter, sed lavari, ut cortales aves pulvere et cinere: quod Aristoph. γρυλλίζειν, et κοΐζειν. Varro, de Re rustic. lib. II, cap. 4, p. 82: *Volutantur in luto, quae est illorum requies, ut lavatio hominis.* Arist. Hist. Anim. lib. VIII, cap. 9, pag. 903, coenosa lavatione pinguescere suea docet: τὰς δὲ ὗς καὶ τὸ λούεσθαι ἐν πηλῷ πιαίνει, quod effatum vernaculae psroemiae proximum est: Non illimi aqua suea pinguescere. Et hac sane spurcitie, nomen infame in Gallia hac nostra sus sortitus est, ac prope infandum, quippe quem minus dicimus quam innuimus. Homer. sues appellat χαμαιευνάδας, id est, humi cubantes; et Virgilius, Georg. I, va. 400, *immundos*; apud Horat. Epist. I, 2, 26, *amica luto sus.*

Facilius litare. Hoc est, expeti ad sacrificia suea detorta in dexterum potius, quam in laevum cauda: ut quas facilius litare sit observatum. Haan.

Pinguescunt. Arist. l. l. H.

Saginatione. Magis pinguescunt; inquit, si a tridui inedis inceperit saginatio: quemadmodum alia fere melius pinguescunt, fame affecta prius quam macerentur: Πιαίνεται δὲ προλιμοκτονηθεῖσα ἡμέρας τρεῖς σχεδὸν καὶ τὰ ἄλλα πάντα προλιμοκτονούμενα πιαίνεται. Arist. loco cit. Haan.

Animamque. Ne putisceret, inquit Cicero, de Nat. Deor. lib. II, p. 115, qui huius verbi haud insciti Chrysippum philosophum auctorem facit: ntl et Porphyrius, de Abstinent. lib. III, pag. 123. Id ipsum et a Varrone sic repetitur, de Re rust. lib. II, c. 4, pag. 82: *Suillum pecus dicunt a natura datum ad epulandum: itaque iis animam datam pro sale, qui carnem servaret.* H.

Compertum. Eamdem historiam fusius persequitur Aelianus, Hist. Anim. VIII, 19. Narrat enim piratas quum ad Tyrrhenum litus appulissent, gregem suillum inde raptum navi imposuisse, et ab ors enavigare coepisse: suarios vero, qui conticuerant, dum piratae adstarent, ubi eos recedere a terra senserunt, clamore assueto sues ad se revocasse: easque dominorum agnita voce, statim in alterum navis latus, qua clarius vox ea exaudiebatur, simul concurrentes navim pessumdedisse: quo

Quin et duces in urbe forum nundinarium domosque petere discunt: et feri sapiunt palude confundere urinam, in fuga levare. Castrantur feminae quoque, sicuti camelli, post bidui inediam suspensae pernis prioribus, vulva recisa: celerius ita pinguescunt.

factum sit ut debitas furto poenas naufragio piratae persolverent: incolumes vero sues ad suarios enatarint. Haro.

Quin et duces in urbe. Habet et vetus exemplar sic. Sed quid sibi volunt haec duo vocabula, *et duces*? Possem hic aliquid comminisci pro illorum expositione. Verum ut ingenue fatear, mihi locus videtur esse depravatus, et *cicures* forte legendum, non *et duces*. Quia autem insolens verbum erat, corrupit librarius quod non intelligebat. Nam sequitur statim *et feri*. Disserit itaque prius de *cicurum* porcorum natura, mox de *feris*. Rhenanus — *Duces*. Sues ii qui toti gregi praeeunt. Haro.

Et feri sapiunt palude confundere urinam, in fuga, etc. Interpolator aliquis adiecit de suo voculam in libris editis, sane huic loco alienissimam: *Et feri sapiunt vestigia palude confundere*. Quam vocem nulli plane MSS. agnoscunt. Et vero quid opus est, *vestigia palude confundere*? an forte ne observantibus innotescant? perinde quasi non tutissime sub aquis latereot. Discunt aliena disciplina mansuetae sues assueta loca repetere: sapiunt vero, hoc est, suapte prudentia norunt apri, urinam, quam in fuga reddunt, cum paludis aqua confundere, ne ab observantibus, seu venatoribus, agnoscatur, etc. Hac voce usus Cicero, quum illud protulit, *Qui sibi semitam non sapiunt, aliis monstrant viam*. H.

In fuga levare. Leviores se ad fugam reddere, vesica urinae pondere exonerata. Hac de re iterum libro XXVIII, cap. 60. H.

Castrantur feminae quoque, sicuti cameli, post bidui inediam suspensae pernis prioribus. Aristoteles lib. nono, capite ultimo, *posterioribus*, non *prioribus* ait graeca voce ὀπισθίων. Theodorus tamen *prioribus* transfert. Causam ignoro, nisi quod ita in Plinio invenerat. Pint. — *Castrantur feminae quoque.* Vide quod adnotatum est ad lib. XI, cap. 37. Dalec. — *Castrantur.* Columella, de suibus l. VII, cap 9.: *Feminis quoque vulvae ferro exulcerantur, et cicatricibus clauduntur, ne sint genitales.* Sed uberius Philosophus, Hist. Anim. l. IX, cap. 79, pag. 1175. H.

Post bidui inediam. Ut vacua sint intestina. Haro.

Suspensae. Et quidem prioribus pernis, si librariorum Plinii oscitantiae fides: nam Albertus M. de Animal. lib. VIII, tract. 5, cap. 3, p. 278, suspendi iubet *posterioribus pedibus sursum*, idque res ipsa postulat, *ut intestina retrahantur*, inquit, *a matrice*, nec deorsum decidant. Aristoteles l. cit. κρεμάσαντες τῶν ὀπισθίων σκελῶν. H.

Vulva recisa. Ingressu matricis, et quasi vestibulo. H.

Celerius ita pinguescunt. Et caro

3 Adhibetur et ars iecori feminarum, sicut anserum, inventum M. Apicii, fico arida saginatis ac satie, necatis repente mulsi potu dato. Neque alio ex animali numerosior materia ganeae: quinquaginta prope sapores, cum caeteris singuli. Hinc Censoriarum legum paginae, interdictaque coenis abdomina, glandia, testiculi, vulvae, sincipita verrina: ut tamen Publii

suavior est. Galen. de Semine lib. I. Dal. — *Celerius ita pinguescunt.* Aristot. quoque et Albert. loco citato. Harn.

Sicut anserum. Iecora suum fico saginatarum, et anserina, laudat Iul. Pollux lib. VI, cap. 9, pag. 282. Vide quae dicturi sumus lib. X, cap. 27. Harn.

M. Apicii. Tres Roma tulit Apicios, gulae studio omnes infames. Hic, de quo Plinius modo, medius illorum aetate fuit: maiore fama, quam ut pluribus sit nobis indicandus. Tiberii principatu vixisse, κατὰ τοὺς Τιβερίου χρόνους narrat Athenaeus lib. I, pag. 7. Seneca item, in Consolat. ad Matrem, et Plinius ipse lib. XIX, cap. 41. De eius ganea librum scripsit Apion Grammaticus, ut diximus in Auctorum Indice. Harn.

Fico arida. Ita MSS. Editi, *fico carica.* H.

Ac satie. Sunt qui malint, *ac p satie necatis*, hoc est, post satietatem. Fulv. Vrsinus, in Append. ad Petr. Ciacon. de Triclinio pag 90, mavult, *ac siti enectis*: nobis neutrum arridet. Remittimus te iterum ad haec quae dicenda sunt lib. X, c. 27. Harn.

Repente mulsi. Alii *tepente* legunt, libris invitis. *Repente necatis* magis placet, nempe post mulsi potum: quo augeri corpora dicetur lib. XXII, cap. 53. H.

Abdomina. Vide infra lib XI, cap. 37. Dalec.

Glandia. Partes in sue callosae, a glandium duritie ac figura cognominatae. Quantum coniicere licet ex serie atque ordine rerum hic appellatarum, ex intestinis aut inguinibus glandia petebantur. Partem intestinorum esse ait Prisciamus. Alii e cervice peti volunt, quam Columella l. VII, cap. 9, in describenda forma suum, glandulosam commendat. E gutture alii, quod in sue glandulae appellentur, ut Plinius admonet lib. XI, cap. 66, quae tonsillae in homine. Vide quae de ea voce rursum dicturi sumus lib. XXXVI, cap. 2. Harn.

Sincipita verrina. Quid? Sincipita? At in verrino capite nihil sapidi praeter rostrum et aurem. Illud mirum est: sinciput, quasi scissum caput esse: sive dimidium capitis, non vero partem anteriorem: neque tam occipiti, ut Grammatici somniarunt, quam toti capiti integro contrarium habere significatum. Magnum certe ex antiquorum usu argumentum est, quod iis in adagio fuit, *Frons occipitio prior.* Quin sinciput occipitio prius dixere, si contraria sunt? Harn.

Publii. Non est hic Publius Syrus mimus, cuius iocos et sales Macrobius

mimorum poëtae coena, postquam servitutem exuerat, nulla memoretur sine abdomine, etiam vocabulo suminis ab eo imposito.

LXXVIII. Placuere autem et feri sues. Iam Catonis Censoris orationes aprugnum exprobrant callum. In tres tamen partes divisio, media ponebatur, lum-

refert lib. II Saturn. cap. 7, p. 341, ac Gellius l. XVII, cap. 14, p. 966, quique Augusto Caesari gratissimus, Mimos aevi sui superavit omnes; in quibus et Laberium mimographum. Vide lib. XXXV, cap. 58. Haad.

Mimorum poëtae. Hic est, qui mimos scriptitavit. Mimus est lascivum poëma. Ovid. Trist. l. II, Eleg. 4, vs. 515: *Scribere si fas est imitantes turpia mimos.* Haad.

Servitutem. Ita MSS. omnes. Salibus et ingenio libertatem promeruisse a patrono suo, scribit Macrobius loco citato. H.

LXXVIII. *Aprugnum...callum.* Plautus in Pseud. act. II, se. 2, vs. 32: *Nam mihi hodie natalis dies est, decet eum omnes vos concelebrare: Pernam, callum, glandium, sumen, faeito in aqua iaceant.* Callum Plautus a sumine, a lumbo Plinius diversum facit. Vide lib. XI, cap. 84. H. — *Aprugnum.* Sumen aprugnum: quod cum sua vulva convivis Heliogabalum apposuisse Aelius Lampridius testatur. Dalec.

In tres. In tres partes diviso olim apro, earum praestantissimam Veteres, quae ex re ipsa lumbus aprugnus appellabatur, coenae apponebant. Fuit Servilius Rullus, de quo Plinius hoc loco agit, e gente plebeia, quandoquidem pater is fuit P. Servilii Rulli tribuni plebis, qui Ciceronis consulatu legem Agrariam promulgavit. Servilia gens tamen patricia fuit, ut patet ex consulatu M. Servilii, quem Plinius commemorat lib. X, cap. 60, ac fortassis etiam ex magisterio equitum cuius idem meminit lib. VII, c. 49. Non fuit igitur Rullus tribunus plebis, nisi ex patris matre, *Servilius*: ex avo paterno plebeio, *Rullus*: quum tribunus plebis nonnisi plebeius esse potuerit. Hoc itaque istius tribuni plebis genus fuit: Rullus. 1. Servilia coniux. 2. P. Servilius Rullus. 3. P. Servilius Rullus, tribunus plebis. Nomen autem Servilii idcirco cognomini Rulli praeponitur, quoniam nobilius illud est, quippe patriciae gentis. Est in Museo nostro, et apud Patin. in Famil. pag. 237, n. 7, alicuius ex ea gente nummus argenteus: cuius pars una Victoriam in bigis exhibet, quae palmam tenet. Infra, P. SERVILI. M. F. *Publius Servilius Marci filius*, triumvir Monetalis scilicet, triumviri filius. Parte altera caput Romae galeatum est: retro AVLLI. Non est autem hic AVLLI cognomen: nam si foret, AVLLVS scriberetur, non AVLLI. Quum AVLLI scribitur, *Rullius* legi oporteret: ut hic SERVILI, *Servilius* est: alibi, SERGI, *Sergius*, et sexcenta similia. Nummus alter a Patino allatus ibidem, num. 8, priori fere similis est, nisi quod incusum currui biiugo, quem regit Victoria, nomen imperatoris Vespasiani est, IMP. VES. litteris col-

bus aprugnus appellata. Solidum aprum Romanorum primus in epulis apposuit P. Servilius Rullus, pater eius Rulli, qui Ciceronis consulatu legem agrariam
2 promulgavit. Tam propinqua origo nunc quotidianae rei est. Et hoc Annales notarunt, horum scilicet ad emendationem morum: quibus non tota quidem coena, sed in principio, bini ternique pariter manduntur apri. (LII.) Vivaria horum, caeterorumque silvestrium, primus togati generis invenit Fulvius Lupinus, qui in Tarquiniensi feras pascere instituit. Nec diu imitatores defuere L. Lucullus, et Q. Hortensius.

ligatis. Id vero nostram de voce AVLLI interpretationem egregie constabilit. HARD.

Solidum aprum Romanorum. Solidus est *totus*, cui nihil deest. Sic *Nec partem solido demere de die* ap. Horat. Carm. lib. I, od. 1, et *solidoque elephante; solidoque adamante columnae*, Virgil. Aen. pass. Ergo aper solidus non in frusta divisus, atque ut habet Iuvenal. sat. I: ...*quanta est gula, quae sibi totos Ponit apros, animal propter convivia natum?* AS.

Non tota quidem coena, sed in principio, etc. Res ipsa admonuit, ut a libris nunc secure desciscemus, in quibus *notata quidem coena* legitur. Sententia enim loci est, non tota coena, quod tolerabilius foret, sed iam in ipso coenae principio, et quasi praeludio quodam, binos ternosque pariter apros vorari. HARD. — Hyperbole: nam qui mirum tres apros a multis edi? Neque enim βουλιμίᾳ laborantes hic impugnantur, ut ille Helvetius qui postquam vitulum solus manducaverat in plura pulmenta distributum: Heus, aiebat, imperator, ubi vitulus? AS.

Vivaria. Gellius, lib. II, cap. 20, pag. 155: *Vivaria, quae nunc dicuntur*, inquit, *septa quaedam loca sunt; in quibus ferae vivae pascuntur.* Graecis θηριοτροφεῖον, Gallis *un parc.* Alias tria distinguit idem scriptor eo ipso capite vivariorum genera: ornithonas, *les volières*; leporaria, *les garennes*; piscinas, *les étangs.* Aprorum vero caeterorumque silvestrium vivaria, Varro auctor est leporaria quoque olim esse appellata, teste eodem Gellio: *Quem emisti fundum Tusculanum*, inquit, *a M. Pisone, in leporario apri fuere multi.* HARD.

Lupinus. Ita Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chiffl. etc. In Parmensi editione, *Hirpinus.* At Hirpinum a Lupino, voce potius quam re ipsa differre, Festus admonet, scribens: *Irpini appellati nomine lupi, quem irpum dicunt Samnites: eum enim ducem secuti agros occupavere.* Haec porro similiter Varro tradidit, de Re rust. lib. III, cap. 12, apud quem Fulvius Lippinus perperam scribitur. HARD.

Q. Hortensius. De quo vide quae in eo luxuriae genere Varro elegantes admodum narrat, de Re rustic. lib. III, cap. 13, pag. 107. HARD.

Sues ferae semel anno gignunt. Maribus in coitu 3
plurima asperitas. Tunc inter se dimicant, indurantes attritu arborum costas, lutoque se tergorantes. Feminae in partu asperiores, et fere similiter in omni genere bestiarum. Apris maribus, nonnisi anniculis generatio. In India cubitales dentium flexus gemini ex rostro, totidem a fronte, ceu vituli cornua, exeunt. Pilus aereo similis agrestibus, caeteris niger. At in Arabia suillum genus non vivit.

LXXIX. (LIII.) In nullo genere aeque facilis mix- 4
tura cum fero, qualiter natos antiqui hybridas voca-

Sues ferae. Causam Plutarchus investigat, in Quaest. Natur. pag. 917, cur sues domesticae saepe pariant, aliae alio tempore: ferae semel, et sub idem omnes ferme tempus: ineunte nimirum aestate.

Maribus in coitu. Aristot. Hist. Anim. lib. VI, cap. 17, pag. 571. Virg. Georg. III, 248: *per silvas tum saevus aper*; et 256, *pede proscindit terram; fricat arbore costas, Atque hinc atque illinc humeros ad vulnera durat.*

Lutoque. Lutoque tergora incrustantes, et quasi lorica induentes. Ar.

Tergorantes. Ita Reg. 1 aliique. Arist. θωρακίζοντες ἑαυτούς, καὶ ποιοῦντες τὸ δέρμα ὡς παχύτατον, etc. Frustra alii *stercorantes* legunt.

Feminae in partu. Vbi pepererint, ὅταν ἐκτέκωσιν. Arist. Albertus M. de Animal. lib VIII, tract. 1, cap. 1, pag. 245: *Hac autem accidit omnibus feminis animalium, quod tempore catulorum ferociores sunt maribus: et hoc facit affectus filiorum.* Hard.

Pilus. Apris Indicis nimirum.

At in Arabia. De India hoc prodidit in octava Historiarum libro Aristoteles, cap. 33, pag. 981, et Photius in Bibl. cod. 73, pag. 148, Ctesia parum fide digna, ut Philosophus ait, teste citato, neque cicurem ibi ullum esse, neque ferum suem. Aelianus item, Histor. Anim. lib. XVI, cap. 37. De Aethiopia Porphyrius: ἐν Αἰθιοπίᾳ φασὶν οὐχ ὁρᾶσθαι τὸ ζῶον τοῦτο. At Solinus, haud dubie Plinianam orationem paraphrasi amplificans, de Scenitis Arabibus, cap. XXXIII, pag. 62: *Praeterea suillis carnibus prorsus abstinent: sane hoc animalis genus, si invectum illo fuerit, moritur illico. Hanc Arabiam Graeci Eudaemonem, nostri beatam nominaverunt.*

LXXIX. *Aeque facilis.* Ac in suibus. Hard.

Hybridas. Alii Ibridas scribi malunt, quod Vmbros antiqui, aut Imbros, Ibrasque, spurias appellarunt, uti monuimus cap. 75. Hinc hybridae canes nati mixto genere venaticarum et gregariarum, teste Porphyrione, carmen illud Horatii interpretante, lib. I, sat. VII, vs. 2: *Hybrida quo pacto sit Persius altus.* Id porro Antonio, inditum cognumen videtur, quod ex diversae gentis, sortisve parentibus ortus sit; διγενῆ Graeci vo-

bant, ceu semiferos: ad homines quoque, ut in C. Antonium Ciceronis in consulatu collegam, appellatione translata. Non in suibus autem tantum, sed in omnibus quoque animalibus, cuiuscumque generis ullum est placidum, eiusdem invenitur et ferum; utpote quum hominum etiam silvestrium tot genera praedicta sint. Caprae tamen in plurimas similitudines transfigurantur. Sunt capreae, sunt rupicaprae, sunt ibices pernicitatis mirandae, quanquam onerato

cani. H. — *Hybridas.* Vide quod annot. in superius caput proximum, ad voc. *Vmbros.*

Tot genera. Lib. VII, cap. 2.

Sunt capreae, sunt rupicaprae. Capreae quidem Graecis, αἶγες ἄγριαι. Arist. lib. VIII, cap. 33, pag. 981. Rupicapras vero, quasi hircos silvestres: animal est in Alpibus iis, quibus a Sabaudia dispescitur Delphinatus, maxime frequens: summos vertices incolit rupium; unde nomen: atque, ut cecinit Praeses DE BOISSIEU in Alpe, pag. 85: *Iuga devia semper Incolit, Alpinis tantum fera cognita saxis: Et tanquam rapido flagrans a fulmine, dura Concretas glacie cautes, et cana pruinis Saxa petit.* HARD. — *Sunt capreae, sunt rupicaprae.* Quae capris silvestribus Plinius h. l. annumerat animalia, non omnia e caprarum genere. Caprea enim est *cervus capreolus* Linn. (*chevreuil*), non, ut Harduinus auctor fuit, αἶξ ἄγριος Aristot. Rupicapra vero *antilope rupicapra* Linn. (*chamois*); ibex, *capra ibex* Linn. (*bouquetin*): quae postrema synonymia evidens est ex Pliniana descriptione, ubi: *Onerato capite vastis cornibus.* Ergo Harduinus nomina transposuit, non bene. CUV.

Sunt, etc. Hunc locum relictis quidem, sed transpositis singulis verbis sus deque verterunt librarii, sic scribentes: *Sunt ibices, sunt rupicaprae pernicitatis*, etc. AI.

Ibices. Ab *ibex*, quod est casus singul. nomen. Paradino assentior, aienti in eo opere quod inscripsit, de Galliae montibus, ibicem Plinii esse *le chamois*, genus in Vapincensi Delphinatus agro frequentissimum quamvis D. de Boissieu, ei generi quod *bouquetin* nominatur, rupicaprasque esse diximus, ibicum nomen attribuit: et Bochartus item, lib. de Animal. part. 1, cap. 23, pag. 920. Sed perperam: harum enim ferarum, quasi *chamois* vocamus, proprium ac singulare esse, neque commune cum iis quas *bouquetin* appellitant, id quod de ibicibus Plinius refert, testis est oculatus Nic. Chorier, lib. de Histor. Delphin. primo, pag. 64. Vt e rupe nimirum una editissima, in aliam haud exiguo dissitam intervallo se librent, ceu tormento aliquo actae ac rotatae: neque in pedes quidem, ut caeterae, sed in cornua ipsa, quibus affixae petris adhaerescunt primo, tum inde revulsae sponte, incredibili vi quadam, quo libuit, demum exsiliunt. HARD.

capite vastis cornibus gladiorumque vaginis: in haec se librant, ut tormento aliquo rotati in petras, potissimum e monte aliquo in alium transilire quaerentes; atque recussu pernicius, quo libuerit, exsul-

Vastis cornibus. Hoc est, latis, quanquam exiguis: neque sunt ea ibicibus, ut rupicapris, in dorsum reiecta: sed in adversum, hoc est, anteriorem partem proiecta et adunca; quae aduncitate affigunt se petris, in quas insiliunt. Haro.

Gladiorumque vaginis. Sic MSS. omnes incredibili consensu: nequidquam refingere haec verba aliter contendente Rhenano (vid. inferius). Gladiorum vaginae ea cornua vocitantur, quoniam vaginarum similitudinem referant, intus cava, in mucrone concreta. Haro.

At recussu. Inde se ipsi revellentes, unde cornibus adhaeserant.

Quanquam onerato capite vastis cornibus gladiorumque vaginis: in haec se librant, ut tormento aliquo rotati in petras, potissimum e monte aliquo in alium transilire quaerentes; atque rec. pernicius, quo libuerit, exsultant. Difficilis est hic locus, et dubio procul a nemine intellectus. Exemplar manuscriptum huiusmodi lectionem continet: *Quanquam onerato capite vastis cornibus gladiorumque vaginis in haec se librat ut tormento aliquo rotatus in petras potissimum et monte aliquo in alium transilire quaerens atque recursu suo pernicius quo libuit exsultat.* Nodus vero omnis in his duobus vocabulis est, *gladiorumque vaginis*, quidnam haec sibi velint. Nam alioqui vetus lectio cum vulgata consentit, nisi quod doctus quispiam in plurativum numerum mutavit quae illic in singulari ponuntur, nihilo melius quam *petras* in *petris*, et *recussu* in *recursu*. Christophorus Longolius huic loco manum admolitus, *in his se librant* legendum putavit, ut referatur ad vaginas gladiorum, quod esse debet, *in haec se librat*, quemadmodum vetus exemplar testatur; hoc est germanam Plinii lectionem mutavit in adulterinam. Quod si etiam *in iis se librant*, non *in haec se librat* legamus, id quod tamen faciendum non est, quid tum? An bene propterea habebit sententia? Minime sane. Quis interim docet quid sibi velit *gladiatorum vaginae?* Mirabile vero animal quod gladiorum vaginis oneratum caput habet. Num in vaginis conditi sunt gladii, an vacuae vaginae sunt? Vastis certe cornibus et alia quaedam animantia praedita reperiuntur: at monstro similis est, immo monstrum potius, bellua gladiorum vaginas in capite circumferens. Itaque quum reliqua satis recte habeant, video nodum omnem, ut ante dixi, in his duabus dictionibus *gladiarumque vaginis* consistere, quarum utramque mendosissimam reor, qui putem a Plinio scriptum fuisse *lateque vagis*, quod vocabulum quum disinnctioribus syllabis exaratum esset, hoc forte pacto, *la teque ua gis*, librarius aliquid deesse existimans, expletis per sinistram suam diligentiam lacunis, hoc est, *g* littera addita, et *t* in *d* mutata (nam *glate num* placebat) et *orum* genitivi plurativi terminatione annexa, ac postremo *ni* syllaba introserta, in hunc tandem modum tam foede depravarit. Enimvero dum hunc locum cu-

tant. Sunt et oryges, soli quibusdam dicti contrario

riosissime exuterem, cum quo, crede mihi, diutissime sum luctatus, visum est mihi legendum esse, *lateque vagis. Ibix in haec se rotat.* Nam coniicio *ibix* in *ivix*, primum eu quod *u* pro *b* usurpent librarii; mox in *ivis*, et postremo in *inis* facile mutari potuisse. Quae vox ad *vagis* addita, *vaginis* indubie constituit; quanquam etiam si non exprimatur ibix, subintelligitur tamen in hac oratione, *in haec se librat*: additum vero, sensum illustriorem reddit. Immo plane vaginas gladii consecuti sunt. Nam quum hoc erratum admissum esset, ut *vaginis* pro *vagis ibix* scriberetur, iam non quadrabit praecedens dictio *lateque*. Male enim sonabat in auribus librarii quamlibet crassis haec oratio *lateque vaginis*. Quare quum vaginae fiant, ut in iis gladii condantur, vocabulum *lateque* mutavit in *gladiorumque* pulchro futuro sensu, *gladiorumque vaginis*, ut stipiti illi videbatur. Profecto nusquam verius est illud Aristotelis, ἑνὸς ἀτόπου δοθέντος, τὰ ἄλλα συμβαίνει, quam in depravationibus auctorum, ubi unum erratum admissum statim multa consequuntur. Leges itaque, et distingues totum Plinii locum hoc modo: *Sunt ibices pernicitatis mirandae, quanquam onerato capite vastis cornibus lateque vagis. Ibix in haec se librat, ut tormento aliquo rotatus in petras, potissimum e monte aliquo in alium transilire quaerens atque recussu pernicius quo libuit exsultat.* Sententia nunc est clarissima, quae hactenus obscurissima fuit. Restituimus praeterea e codice manuscripto *petras*, ubi perperam in vulgatis editionibus *petris* legebatur, et *quaerens*, quod doctus quispiam in *cupientes* mutarat, non putans satis latine, dici, *quaerens transilire*. Item *recussu pernicius quo libuit exsultat*, quod prius scriptum erat, *recursu pernici qio libuerit exsultat*. Ruenam. — Scribo, partim ex veteribus codicibus, partim ex coniectura, *E monte aliquo in alium transitum quaerentes, aeque recursu pernici quo libuit exsultant*. Nam scripta lectio *transitum*, non *transilire*, et *pernici*, non *pernicius* agnoscit. Pitr.

Sunt et oryges. Herodotum transscribere Plinius nunc videtur, de Libya haec prodentem, Melpom. l. IV, pag. 285, hominum ibi silvestrium genera multa conspici, ferarumque pariter in hoc orbe penitus ignotarum: quales sunt, πύγαργοι, καὶ δορκάδες, καὶ βουβάλιες.... καὶ ὄρυες,... μέγεθος δὲ τὸ θηρίον τοῦτο κατὰ βοῦν ἐστιν, etc. Orygum Libycorum picturam exhibet Bochartus, Animal. lib. III, pag. 955, quam secum communicatam ait a viro Cl. Dao. Huetio. Africanam esse feram, tum hoc loco, tum lib X, pag 94, Plinius admonet. Fallitur Bellonius, qui Orygem Veterum putat esse, quam vulgo *gazelle* vocant. Nam gazellae bina aunt cornua in se recurrentia: oryx vero unicornis est, auctore Plinio., lib. XI, cap. 106, et Arist. a nobis ibi laudando. H. — *Soli quibusdam dicti.* Quum alii tauros silvestres asseverent in Aethiopia esse pilo similiter in contrarium verso, ut dictum est c. 30. H. — *Oryges soli contrario pilo et ad caput verso.* Maximis antilopis plerumque pilua in tergo ad caput versus. Quod praecipue notabile in illa est quam cum oryge Pliniano (*antilope oryx* Pall.) eamdem esse credunt, et quam sub commentitio nomine *Pasan* repraesentandum eu-

pilo vestiri, et ad caput verso. Sunt et damae, et pygargi, et strepsicerotes multaque alia haud dissimilia. Sed illa Alpes, haec transmarini situs mittunt.

LXXX. (LIV.) Simiarum quoque genera hominis

ravit nostras Buffon, tom. VI, tab. XVII. CUVIER.

Sunt et damae. Africanae nimirum δορκάδες Herodoti, a nostris, quas Galli *daims* nuncupant, longe diversissimae. Describit illas Αἰθυστίνας δορκάδας Aelianus, Histor. Anim. l. XIV, cap. 44. HARD. — *Damae.* De Pliniana dama his est, quum eam hoc L. inter capras nominet, unde conficiunt cava cornua illi tributa a Nostro; alibi vero (sc. lib. XI, cap. 45) cum antilope rupicapra hanc comparet, *cornua* addens, *rupicapris in dorsum adunca, damis in aversum*; tum et Africae indigenam dicat. Ergo censuit Buffon non eumdem damam cum nostro *daim* (*cervo dama* Lin.), sed antilopen quamdam ab ipso, tom. XII, tab. 34, exhibitam, *antilopen reduncam* Linn. Ac sane in Senegambia haec nonnunquam conspicitur. Sed obiici potest in eodem loco Plinium de caprea dicere quae si capreolus (*chevreuil*) credenda est, solida cornua habet; damae vulgari (*cervo damae* Lin.) quoque cornua in anticam partem adunca; tum permultis Veterum, ipsi in primis Plinio et Nasoni de damis saepe sermonem esse, vulgo occurrentibus et venatui romano optime natis. Virg. Georg. I, 305, 308: *Tum... tempus aviitosque sequi lepores et figere damas.* Idem Georg. lib. III, vs. 410: *Et canibus leporem, canibus venabere damas.* Halieutic. vs. 63-65: *Altera pars fidens pedibus dat terga sequenti Vt pavidi lepores et fulvo corpore damae, Et capto fugiens cervus sine fine timore.* Certum quoque est nobis factum exstare in Barbaria silvestres damas (*cervos damas*); immo in sola Barbaria. Nam aliis in regionibus septa venatica illi incolunt. CUVIER.

Et pygargi. E caprearum Libycarum genere. HARD. — *Pygargi.* Nates candidas (πυγή, ἀργός) illa vox significat, potestque non paucis dorcadum speciebus iure impertiri. CUV.

Strepsicerotes. Tortili cornu instructi (a στρέφω, verto, et κέρας, cornu). Fusius de his Noster lib. IX, cap. 45, ubi: *Erecta autem rugarumque ambitu contorta et in laeve fastigium exacuta ut lyras diceres, strepsiceroti quem addacem Africa appellat.* Sed plurimis quoque dorcadum speciebus haec descriptio convenit, his nempe quae cornua, ut aiunt Naturalistae, *lyrata* habent. Non e ratione sat probabili Pallas, post Caium (ap. Gesner. pag. 309), strepsiceron nominavit τὸν *Condoma*, aut potius *Coesdoes*, quem, Supplem. tom. VI, tab. XII, BUFFON exhibet. Nec bene credideris hoc animantium genus, quod meridionalis Africa accolas habet, Veteribus notum esse potuisse. Verus strepsiceros potius videtur *antilope addax* Ruppel, It. Af. tab. 7. CUVIER.

Illa Alpes. Capreas, rupicapras, ibices. HARD.

Haec. Oryges, damas caeteraque, quae gignunt transmarinae regiones, h. e. Africa Libyaque. HARD.

LXXX. *Hominis figurae proxima.* Habes infra huius argumenti inte-

figurae proxima, caudis inter se distinguuntur. Mira solertia: visco inungi, laqueisque calceari imitatione venantium tradunt: Mucianus et latrunculis lusisse,

grum lib. XI, cap. 44; *Nam simiarum*, inquit, *genera perfectam hominis imitationem continent, facie, naribus, auribus, palpebris*, etc. Vide locum. Dalec. — *Hominis figurae*. Vt Ennius, inquit Cicero de Nat. Deor. lib. I, pag. 42: *Simia quam similis, turpissima bestia, nobis*. De eo argumento prolixius toto cap. 100 libri undecimi. Simiarum genera indolemque descrihit satis curiose Scaliger, Exercitat. 213, p. 679 et 680. H. — Et revera haec simiae et hominis similitudo multis facile potuit fabellis ansam dare. Hi satyri, hoc capripedum genus. Tum nosti quam cupide in humanos concubitus provolent quidam ex iis; nec mirum si multa dein ultra veritatem prolata, circumlata. As. — *Simia* sic vocatur, quod *sima* sit; id est, nares depressas habeat; vel quod *mima*, nempe imitatrix.

Caudis inter se. Aliae enim cauda carent, quas πιθήκους Graeci vocant: caudatae aliae, quas cercopithecos. Vnde simiarum, alioqui numerosissimarum, divisio primaria in duas classes. Et sic ap. Martial. lib XIV, ep. cii, simius loquitur: *Si mihi cauda foret, cercopithecus eram*. H. — *Caudis inter se distinguuntur*? Τῶν κερκοπιθήκων genera sunt ἀῆδοι, Aristoteli, οὐρὰν ἔχοντες, ut et Callitriches. Festive Iuvenalis in Satyr. X, de rugoso sene; ... *deformem pro cute pellem, Pendentesque genas, et tales aspice rugas Quales, umbriferos ubi pandit Tabraca saltus, In vetula sculpit iam mater simia bucca*. Festus, *Cercolopis* (alii *Circalopex*) *genus simiae, quae ultimam partem caudae villosam habet*. Idem, clunas simias a clunibus tritis dictas existimat. De simiis multa Solinus Polyhist. cap. 40, qui eadem quae hic fere tradit: Aristot. Histor. Anim. lib. II, cap. 8. Dalec.

Mira solertia. Acumen ingenii, in quibusdam apte imitandis.

Visco. Imitari venantes solet simiarum quoddam genus: quare visco se ipsae inungunt, calceosque inducunt, quos exuere deinde nequeant. Strabo. in Indica historia, lib. XV, pag. 799: Η δὲ θήρα τοῦ ζώου διττή, etc. Duplex, inquit, animalis huius venatio est: quippe quod naturae instituto visa imitari, fugaque se ad arbores recipere maxime consueverit. Quocirca venatores, quum insidentem arbori simiam viderint, posito in conspectu Illius cum aqua catino, suos oculos ea inungunt: deinde pro aqua, visci catino supposito, recedentes in insidiis se procul collocant. At ubi desiliens ex arbore simia, se visco inunxerit, connivendoque palpebrae cohaeserint, accedentibus illis excipitur, etc. Hahn.

Laqueisque. Aelianus, Hist. Anim. lib. XVII, cap. 25: Εἰ θεάσαιτό τινα ὑποδήματα τοῖς ποσί, etc. Imitatur quoque simia, inquit, si quem calceos induentem viderit: ideoque graves ex plumbo calceos pro his venatores supponunt, tum laqueos subiiciunt, ut intrare quidem pes valeat, sed firmo interim vinculo teneatur. Hahn.

Mutianus, et latrunculis lusisse, etc. Lege: *Mutianus latrunculis lusisse, fi-*

fictas cèra icones usu distinguente. Luna cava tristes esse, quibus in eo genere cauda sit, novam exsultatione adorare: nam defectum siderum et caeterae pavent quadrupedes. Simiarum generi praecipua erga 2
fetum affectio. Gestant catulos, quae mansuefactae intra domos peperere, omnibus demonstrant, tractarique gaudent, gratulationem intelligentibus similes. Itaque magna ex parte complectendo necant. Efferatior cynocephalis natura sicut satyris. Callitriches

ctas cera icones visu distinguere. Cereae icones optime, et ad nativum vultus repraesentant, et nulla pictura veritatem magis imitatur quam cera. At simiae sciunt visu ipso distinguere icones cera fictas a veris vultibus. Salm. pag. 376.

Fictas cera. Hic locus, praeter caeteros, interpolantium audacia male habitus est. In Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. etc. *Fictas cera conesius distinguet.* Vnde Plinii editores, *fictis cera, nuces visu distinguere.* Nos propius sane ad veterem scripturam accedentes, *fictas cera icones usu distinguente.* Et vero quum *lusisse* praecesserit, *distinxisse* ut sequeretur, sermonis ipsius ductus exegit. Et vox illa *visu* otiosa ac redundans videri potuit. Attigit ex parte aliqua hanc emendationem Salm. p. 376, in Solin. secutus codices alios, scribens, *fictas cera icones visu distinguere.* Sed dum icones istas transfert ad humanos vultus, a scriptoris mente, ut quidem reor, longe discedit. Icunculas latrunculorum omnino intelligere est, *les pièces des échecs.* Nempe amicas ab hostilibus effigies, ex ipsa ludi ratione, hoc est, ex ipsu latrunculorum motu, usu magistri distinguunt. De simia cum Carolo V Imp. latrunculis colludente, nota historia est. H.

Luna cava. Senescente ante coitum. Haec quoque Solinus cap. XXVII, pag. 53. Hard.

Simiarum generi praecipua erga fetum affectio. Lege: *Simiarum generi praecipua erga fetum affectio. Gestant catulos: quae intra domos peperere, omnibus demonstrant, tractarique gaudent, gratulationem intelligentibus similes.* Vide Salmas. p. 377. — Solin. loc. cit. Haro.

Tractarique gaudent similes gratulationem, etc. Locus est corruptissimus. Exemplar Toletanum, *Tractarique gaudent, gratulationem intelligentibus. Similiter magna ex parte*, etc. Salmanticense propius veritatem, *Tractarique gaudent, gr. intelligentibus. Similis it. m. ex parte*, etc. Scribo, *Tractarique gaudent, gratulat. intelligentes. Simiolas itaque magna ex parte*, etc. et reliqua. Oppiani sententiam hoc loco praeterire nolui. Scribit enim libro Cynegeticōn, III, simias semper duos parere, quorum alterum amant, alterum odere, quem statim arctiore complexu enecent. Pint. — Videtur intelligere, *dum catulos suos tractamus*, quod ipsi *de tam festiva prole* gratulemur.

Efferatior. Reliquum caput Solin. transcripsit, loc. cit. Haro.

Cynocephalis. De hoc simiarum

toto paene aspectu differunt: barba est in facie, cauda late fusa primori parte. Hoc animal negatur vivere in alio quam Aethiopiae, quo gignitur, caelo.

LXXXI. (LV.) Et leporum plura sunt genera: in Alpibus candidi, quibus hibernis mensibus pro cibatu; nivem credunt esse: certe liquescente ea rutilescunt annis omnibus: et est alioqui animal intole-

genere, cui factum nomen a canina capitis figura, egit Aristot. de Histor. Animal. lib. II, cap. 13, pag. 197, aliique. Bellonius, Palmerius, ac Salmasius illud esse existimant, quod Galli *magot* appellant. H. — Iam diximus simias esse quibus ob rostrum caninae gulae instar emicens nomen impositum est κυνοκέφαλος a Zoologistis recentioribus. Cuvier.

Sicut Satyris. Editi hactenus, *sicut mitissima satyris et sphingibus.* Nos admonitu codicum Reg. 1, 2, Colb. 1, 2, Paris. Chiffl. ete. voces illas *mitissima et sphingibus* expuoximus: unde efferatiore natura esse etiam satyros, ait loci huiusce sententia. H. — Quales fuerint Satyri et Sileni, Bacchi, et cur ita dicti, vide Rhodig. lib. XIX, cap. 25. Dalec.

Callitriches. E barba quam vult Noster καλλιτρίχων esse signum, tum ex Aethiopia patria, pstet hoc nomen simiae hamadryadi Gmel. (Buffon. Suppl. tom. VII, tab. x) vel *Uandero* (*Sim. Sileno* Linn. Buff. tom. XIV, tab. XVIII) convenire; minime vero *Simae Sabeae* Linn. cui Buffon (tom. XIV, tab. XXXVII) id nominis dedit. Cuvier.

LXXXI. *Et leporum.* Sicuti caprarum et simiarum, inquit, ita et leporum. Hard.

In Alpibus candidi. Quales vidisse se in Alpium tractu, qui Delphinatum attingit, Vapincensi agro, scribit locupletissimus testis, Nic. Chorier, Histor. Delphin lib. I, pag. 65. In iisdem Alpibus esitasse lepores perdicesque albas, Scaliger Exercitat. 59, pag. 213; Scefarrus Vpsalensis, in Ephemerid. Eruditorum, 1667, pag. 22, lepores, vulpes, sciurosque candidos, hieme visos a se refert. In Norvegia, teste Th. Bartolino, de nivis Vsu, cap. XIX, ursi, lepores, corvi, aquilae, milvi, accipitresque albi. Vide Varronem lib. III Rei rustic. cap. 12, pag. 107. H. — *In Alpibus candidi. Lepus variabilis* Pall. hic indigitatur; quae species, altissimis montibus regionibusque septemtrionalibus propria, hieme candet. Cuvier.

Nivem credunt. Sed temere credunt: neque enim in eo cibatu causa caudoris est posita. Domestica animalia, in primisque anseres, nivibus avide vesci observavit idem Bartholinus, quanquam variis ea pennis essent. Assiduus nivium conspectus afferre potest matrieum phantasiae speciem coloris huius. Haao.

Rutilescunt. Nativi coloris pilo vestiuntur. Hard.

Et est alioqui. MSS. omnes, ac Parmensis editio, *et est aliquod*: tanquam admiretur sic forte Plinius, inveniri in rerum natura animalia, quae intolerandis nivium rigoribus,

randi rigoris alumnum. Leporum generis sunt et quos Hispania cuniculos appellat, fecunditatis innumerae, famemque Balearibus insulis, populatis messibus afferentes. Fetus ventri exsectos, vel uberibus ablatos, 2 non repurgatis interaneis, gratissimo in cibatu habent: laurices vocant. Certum est, Balearicos adversus proventum eorum auxilium militare a Divo Augusto petiisse. Magna propter venatum eum viverris gratia est. Iniiciunt eas in specus, qui sunt multifores

quibus caetera perimi consueverint, austineantur alanturque. Hard.

Leporum generis sunt. Πτῶκας Graeci vocant a pavore. Nam, ut inquit Pollux, δειλίᾳ ὑπερβάλλει τοῦτο ζῶον ἔμπληκτον ῥᾷστα γιγνόμενον καὶ ἀναπτοούμενον. Quamobrem ei lustra sunt θάμνοι συνηρεφεῖς, καὶ ἀμφιλαφεῖς, densa umbrosaque dumeta. Dicitur et λαγώς ab aurium magnitudine, ἀπὸ τοῦ λᾶ καὶ τῶν ὤτων, vel ut aliqui volunt, ἀπὸ τοῦ λάειν, id est, βλέπειν, quod dormiat oculis apertis. Εν πᾶσι τοῖς λαγώοις Graeci aiunt, lautissimas delicias significantes. Huius animalis colorem ἐκίπερον dicunt, qualis est olivae nondum maturitate nigrescentis. Varroni leporum genera sunt, Italicum, Gallicum, Hispanum: Xenophonti montanum, campestre, palustre: Polluci Elymaeon describitur vulpis magnitudine. Chelidonios memorat Athenaeus: Moschias quidem citant tanta vi spiritus, ut in furorem canes agant. Rhodig. lib. XXVI, cap. 29 et 30. Vide quod notavimus ad lib. XXVIII, cap. 19. Dalec

Hispania cuniculos. Falli Varronem, Plinium, Aelianum, Galenum, alios, qui cuniculum vocem Hispanam esse velint, Menagius ait in Amoenit. Iuris Civil. cap. XXXVIII, pag. 167. A graeca voce κύων, κυνός, originationem mavult deduci, unde *cunicus* primum, *cuniculus* deinde effictum sit. De reliquis alii sane viderint: quod vero Plinium et Varronem in hoc album referat, immerito facit, quippe qui absint ab ea mente longissime, ut mox dicemus. Aeliano interim, Histor. Animal. lib. XIII, cap. 15, κόνιλος est. Polybio lib. XII, pag. 911, κύνικλος. Gallis *lapin.* H. — *Cuniculos.* Nostrum cuniculum hic designat quem Hispania oriundum aiunt. Quanquam hunc videtur optime Xenophon descripsisse (Cyneget. c. v), dum de *parvo lepore* agit, hunc que insularum Graecarum incolam canit. Cuvier.

Populatis messibus. Strabo, lib III, pag. 144. H.

Ventri exsectos. Ita Reg. 1, 2, Paris. etc. rectius quam editi, *ventre.* Mox etiam fortassis verius *repurgatos.* Hard.

Certum est. Strabo lib. III, pag. 144 et 168. H.

Viverris. Strabo, loco citato pag. 144, hoc ipsum refert; γάλας ἀγρίας vocat ἃς ἡ Λιβύη φέρει, hoc est, mustelas silvestres ex Africa importatas. Galli, *des furets.* Sub terra tanta est huius animalis ferocia, ut decuplo maiorem se cuniculum superet atque

in terra, unde et nomen animali: atque ita eiectos superne capiunt. Archelaus auctor est, quot sint corporis cavernae ad excrementa lepori, totidem annos
3 esse aetatis. Varius certe numerus reperitur. Idem utramque vim singulis inesse, ac sine mare aeque gignere. Benigna circa hoc natura, innocua, et esculenta animalia fecunda generavit. Lepus omnium praedae nascens, solus praeter dasypodem superfetat, aliud educans, aliud in utero pilis vestitum,

interficiat: extra latebras, deponit hanc ferociam. H.

Vnde et nomen. « Ab eo quod, ut Varronis verbis utar, de Re rust. lib. III, cap. 12, sub terra cuniculos ipsi facere soleant, ubi lateant in agris » Non igitur Varro, Pliniusve, vocem Hispanam *cuniculum* esse voluerunt: sed in Hispania primum a Latiois colonia eo deductis, ex foraminum, quae animalia ista sub terra fodiunt similitudine, ipsis attributam, mox donatam civitate et Latio. H.

Archelaus auctor est, quot sint corporis cavernae ad exer. lepori, etc. Ex Varrone hoc mutuatus est, diversis quidem verbis, ao sensu eodem, non statuerim. Varronia verba sunt libro tertio de Re rustica, capite duodecimo: *Itaque de his Archelaus scribit, annorum quot sint qui velit scire, inspicere oportere foramina naturae, quod sine dubio alius alio habeat plura.* Pint. — *Archelaus.* Item Iul. Pollux lib. V, cap. 12, pag. 243; et Aelianus Hist. Anim. lib. II, cap. 2, qui quidem Archelaom in eam rem citat. H. — De *mustela furone* Linnaeistarum h. l. sermo est. Cuv.

Idem utramque. Hoc est, cunctis feminis non modo concipiendi, sed implendi etiam potestatem esse. Hausit hoc Archelaus es Democrito, cuius verba exstant lib. XIX Geopon. cap. 4, pag. 466. Negat merito Aristoteles, negat experientia. Vulgati erroris causam aperuimus cap. 47 huius libri, quum de fibris seu castoribus ageremus.

Benigna. Haec Plinius ex Herod. Thalia lib. III, n. 108, p. 204, ubi totidem plane verbis exstaot.

Omnium praedae. Quem omnia venantur, inquit Herod. fera, ales, homo: ὁ λαγωὸς ὑπὸ παντὸς θηρεύεται, θηρίου, καὶ ὄρνιθος, καὶ ἀνθρώπου. Hard.

Solus. At equas et mulieres quoque superfetare certum est, idque Aelianus docet, Histor Animal. lib. IV, cap. 11; ac Plinius ipse, lib. VII, cap. 9. At superfetare tam numerosa sobole, haec est unius leporis, peculiaris ac propria dos. H. — *Superfetant* animalia, quae post unum fetum iam editum, alium edunt, uno vel altero die.

Superfetat praeter dasypodem. Ἐπικυΐσκεται. Equas et mulieres quoque superfetare, pro iodubitato habetur. Haec non leguntur apud Herodotum. Dalec. — Quid vero dasypodis nomine intelligat, haud ita proclive est statuere. Leporis epithetum δασύπους videtur a villosis pedibus sic cognominati. Et a lepore tamen nunc di-

aliud implume, aliud inchoatum gerens pariter. Nec non et vestes leporino pilo facere, tentatum est, tactu non perinde molli, ut in cute, propter brevitatem pili dilabidas.

LXXXII. (LVI.) Hi mansuescunt raro, quum feri dici iure non possint: complura namque sunt nec placida, nec fera, sed mediae inter utrumque naturae, ut in volucribus hirundines, apes: in mari, delphini. (LVII.) Quo in genere multi et hos incolas domuum posuere mures, haud spernendum in ostentis

versum facit: a cuniculo pariter, et a lepore, tum hoc loco, tum libro decimo, cap. 83. Haesitasse ipse videtur, lib. VII, cap. 9, quum ait: *Praeter mulierem pauca animalia coitum novere gravida. Vnum quidem omnino aut alterum superfetat.* Leporem enim, dasypodemque intelligit, quae an inter se discrepent, dubitare eum ex ea loquendi formula, *unum aut alterum* forsan apte colligas. H. — *Praeter dasypodem.* Quidquid dotum Veteres dasypodi suo tribuere id et cuniculi et lepores possident, unde unum et idem dasypoda et leporem esse Bochart persuasum habuit. Sed quum lepus graece sit λαγώς, Aristoteli vero his (Hist. Anim. lib. I, cap. 1, et lib. VIII, cap. 28) λαγώς et δασύπους in eadem phrasi separatim nominentur, non omnino συνώνυμα haec esse equidem credo; unde suspicio ingruit dasypoda nomen graecum cuniculi, Plinio vero identitatem non assecuto, creditum ex Hispania cuniculum venisse. Caeterum, quum simillimae animantium species lepus et dasypus, minime stupendum est alium pro alio saepius nominatum. Nec magis stupeto Aristoteli, ubi exemplis explicare tentat quaenam in feris partuum coagmentatio, quaenam dotes sint, crebrius de dasypode actum esse quam de λαγῷ; facilius enim multo cuniculus observabatur. Cuv.

Aliud implume. Ita ad unum omnes calamo exarati. Μεταφορικῶς *impl.* pro *depili*, ut *pluma* pro barba, in Horatiano Odario ad bellulum et laevem: *Insperata tuae quum veniet pluma superbiae.* Herod loc. cit. Opp, Cyneg. fin. lib. IV, vs. 522; Aelian. Hist. Anim. lib. II, cap. 12. Ar.

Dilabidas. Vestes nimirum: vel *dilabidam*, ut habent Reg. 1, et Colb. 1, 2, quod ad brevitatem pili referri postest Hard.

LXXXII. *Hi mansuescunt.* Lepores scilicet, de quibus proxime dictum est: non *damae*, uti ex postrema superioris capitis syllaba, huc perperam translata, effingere conati sunt Parmensis editionis auctores. Hard.

Vt in vol. In iis quae volant. H.

Apes. Ita MSS. omnes. Varro, de Re rust. lib. III, cap. 16, apes in feras et cicures dividit. *Feras dico*, inquit, *quae silvestribus locis pascitant: cicures, quae in cultis.* Ferae certe diei non possunt, praesertim eae quae assiduo hominum interven

etiam publicis animal. Arrosis Lanuvii clypeis argenteis, Marsicum portendere bellum: Carboni Imperatori apud Clusium fasciis, quibus in calceatu utebatur, exitium. Plura eorum genera in Cyrenaica regione: alii lata fronte, alii acuta, alii herinaceorum genere pungentibus pilis. Theophrastus auctor est, in Gyaro insula quum incolas fugassent, ferrum quoque rosisse eos, id quod natura quadam et ad Chalybas facere in ferrariis officinis. Aurariis quidem in metal-

tu, qui alvearia curant, fuerint delinitae: placidorum enim animalium in morem inter homines degunt. Sed neque placidae omnino: quandoquidem facto exsmine aliquando abscedunt: aculeis saeviunt, hominumque contactum fugiunt. Patria feritatis ac placiditatis, delphines hirundinesque argumenta praebent. Haad.

Arrosis Lanuvii. Lanuvii rescripsimus, pro *Lavinii*, Ciceronis admonitu, de Divin. lib. I, pag. 196, qui initio belli Marsici ex Sisenna refert, *Lanuvii clypeos, quod aruspicibus tristissimum visum esset, a muribus esse derosos.* Et lib. II eiusdem argumenti, pag. 235, ubi id lepide ridet: *Antè vero Marsicum bellum*, inquit, *quod clypeos Lanuvii, ut a te est dictum, mures rosissent, maximum id portentum aruspices esse dixerunt: quasi vero quidquam intersit, mures diem et noctem aliquid rodentes, scuta an cribra corroserint: nam si ista sequimur, quod Platonis politiam nuper apud me mures corroserint, debui de republica pertimescere: aut, si Epicuri de voluptate liber corrosus esset, putarem annonam in macello cariorem fore.* De bell. Mars. dict. lib. II, cap. 85. Haad. — Plautus in Persa, *Pater, avos, proavos, abavos, tritavos, Quasi mures, edere semper alienum cibum.* Dalec.

Carboni. Vide Pighii annales, ad Vrbis annum 634. Haad.

Alii herinaceorum genere. Alii, inquit herinaceis similes. Aristot. Hist. Anim. lib. VI, cap. ult. pag. 788: Οἱ δ' ἐν Αἰγύπτῳ μύες, σκληρὰν ἔχουσι τὴν τρίχα, σχεδὸν ὥσπερ οἱ χερσαῖοι ἐχῖνοι. Haad. — Sorices et mures forma vulgari primo indicat, tum mures araneos, magnae quidem illos formae et muribus statura pares, quales in Aegypto spectantur; denique murium genus quoddam Aegypto, forsan et Barbariae proprium, cui spinae inter pilos; iam de his Aristoteles, libro VI, cap. 37. Cl. Geoffroy rursus inventos nuncupavit *mures Cahirinos.* Ctv.

Theophrastus auctor est. Fragmento περὶ τῶν ἀθρόων φαινομένων ζώων. Aristot. περὶ θαυμαστ. ἀκουσμ. Stephanus, lib. de Vrbibus. Dal.

In Gyaro. Theophrastus, in libro de Animalibus, quae repente apparent. Antigonus Carystius, in Mirab. cap. XXI, ex quo Stephanus et Suidas acceperunt, verbo Γύαρος. Aelianus Hist. Anim. lib. V, cap. 14, ἐν τῷ Πάρῳ, mendose, pro ἐν Γυάρῳ. H.

Aurariis quidem. Cunis in aede

lis ob hoc alvos eorum excidi, semperque furtum id deprehendi: tantam esse dulcedinem furandi. Venisse murem cc denariis, Casilinum obsidente Hannibale: eumque qui vendiderat, fame interiisse, emptorem vixisse, Annales tradunt. Quum candidi provenere, laetum faciunt ostentum. Nam soricum occentu dirimi auspicia, Annales refertos habemus. Sorices et ipsos hieme condi, auctor est Nigidius; sicut glires,

Iovis aurum a muribus corrosum refert Livius, lib. XXVII, pag. 308. Antii coronam auream, lib. XXX, pag. 353. Haad.

CC denariis. In editis, *CC nummis*. In MSS. omnibus, *CC*, sine pretii genere. Nos denarii notam, x, quae facile perire potuit, restituendam putavimus, ut esset cc x, hoc est, ducentis denariis. Siquidem Valerius Maximus, lib. VII, cap. 6, qui hanc quoque narrat historiam, ducentis denariis murem hunc venditum fuisse testatur. Nummum autem, ut diximus cap. 68, pro sestertio apud Plinium, probatosque scriptores accipi fere oportet. Frontinus quoque adiuvat, Stratagem. lib. IV, cap. 5: *Casilini*, inquit, *obsidente Hannibale, tantam inopiam perpessi sunt, ut C. denariis murem venisse, proditum memoriae sit*, etc. Scribendum *CC, denariis*. Excidit enim ibi, ut apparet, librariorum oscitantia, nota centenarii. Vide et Livium lib. XXIII, p. 235. Haan. — *Venisse murem CC nummis*. Valerius lib. VII, cap. 6, ducentis denariis. Strabo lib. V, μέδιμνον, non murem, venisse διακοσίων δραχμῶν. Nummi enim sestertii intelliguntur. Pollux, Onomast. lib. IX, δύνασθαι φησὶ νοῦμον οἷα ἡμιοβόλια, non, ut legitur, ὁμόλια, id est quantum sestertium. Mitaaa. — *CC. denariis*. Ducenti denarii, si ad supputationes romanas revocaveris, sunt nummi sestertii octingenti; et monetae gallicae efficiunt 163 fr. 3 c. vel 140 fr. 70 c. Ai.

Nam soricum occentu. Audito soricis occentu, Q. Fabius Maximus Verrucosus Ovicula Cunctator dictatura, Caius Flaminius magisterio equitum se abdicarunt. Vide Valerium Maximum lib. I, cap. 1, n. 5. Mures in fundamentis urbis, quae ad Strymonem aedificabatur, pugnantes reperti, cives ostenderunt feroces ac bellicosos fore. Alea. ab Alea. lib. V, cap. 13 et 19. Lepide Plautus in Truculento: *sed tamen Cogitato, mus pusillus quam sapiens sit bestia, Aetatem qui uni cubili nunquam committit suam: Quia si unum obsideatur, aliud perfugium erit*. Dal. — *Nam soricum*. Auson. *Quadrupes oscinibus quis iungitur auspiciis? Mus*. Referi in eam rem lepidum Catonis dictum Augustinus, de Doctrina Christiana lib. II. Haad.

Sicut glires. Glis, *un loir*. Inter caenarum fercula locum habuisse haud postremum idem docet, lib. III, epigrammate hoc multoties recantillato quo amici villam describit sexagesimum, ni fallor, fere versum assuens (LVIII): *Somniculosos ille porrigit glires*, etc. Plura dicemus

quos censoriae leges, princepsque M. Scaurus in consulatu; non alio modo coenis ademere, quam con-
4 chylia, aut ex alio orbe convecta aves. Semiferum et ipsum animal, cui vivaria in doliis, idem qui apris, institnit. Qua in re notatum, non congregari, nisi populares eiusdem silvae: et si misceantur alienigenae, amne vel monte discreti, interire dimicando. Genitores suos fessos senecta alunt insigni pietate. Senium finitur hiberna quiete. Conditi enim et hi cubant: rursus aestate iuvenescunt simili et nitelis quiete.

ea de re. lib. XXXVI, cap. 2. H. — *Glires. Myoxus glis*, Gmel. (vulgo *loir*). Vid. Buffon tom. VIII, tab. 16. Hi et nitelae de quibus mox sermo erit, per hiemem somno iacent altissimo obruti; atque ad iuventutem minime revolvuntur. Cuv.

Quos censoriae leges, princepsque M. Scaurus. Hoc est, censores, et ante eos Scaurus consul, coenis ademere. Sic enim dictum est hic *princeps*, quomodo apud Poëtam *Princeps aerata Tarchon secat aequora prora*, id est, primus. Gel. — Princeps non pro primo hic accipiendus, ut Gelenio visum est: sed pro senatus principe. Plinius, lib. II, c. 55: *Scauro consule, qui mox princeps fuit.* Hard.

In consulatu. Anno Vrbis 639. Meminit huius legis sumptuariae, sive cibariae, ab Aemilio Scauro latae, auctor libri de Viris Illustribus. H.

Idem qui apris. Fulvius Lupinus, de quo dictum est, cap. 78. Varro de Re rust lib. III, c. 12: *In eodem consepto fere habere solent de animalibus cochlearia, atque alvearia, atque etiam dolia, ubi habeant conclusos glires.* H.

Sen. finitur hiberna quiete. Pint. h. loc. frustra sollicitat, ut *somnum* pro *senio* reponat. H. — *Senium finitur hiberna quiete.* Videtur scribendum *somnus*, non *senium*, ex Oppiano, Cyneget. n. 11, prodente totam eos dormiendo hiemem exigere: et Aristotele, libro octavo, cap. 17: *Glires etiam latent in ipsis arboribus, pinguescentque per id tempus vehementer.* Pint. — *Senium.* Senium ipsa est hiberna quies, et ea quiete finitur: rursus aestate, quae subsequitur, iuvenescunt. H.

Conditi. Arist. Hist. Animal. lib. VIII, cap. 22, pag. 397; Martialis, loc. cit. et alii. Hard.

Rursus aestate iuvenescunt. Depravata priore dictione *somnus*, detortaque in *senium*, hoc est, senectutem, cutemve et exuvias illas, quas solent deponere nonnulla animalium quae conduntur, consentaneum erat ut posterior illi coniunga, eamdem subiret aleam. Existimo igitur legendum non *iuvenescunt*, sed *vivescunt*, hoc est, reviviscunt, quasi tota hieme quam dormiendo transegerunt, mortui potius quam vivi iacuerint, quando, ut summus ait poëta, *consanguineus leti sopor.* Hoc verbo *vivesco*, tum alias Plinius utitur, tum libro IX, cap. 51, de anguillis loquens his

LXXXIII. (LVIII.) Mirum, rerum naturam non solum alia aliis dedisse terris animalia, sed in eodem quoque situ quaedam aliquibus locis negasse. In Moesia silva Italiae, non nisi in parte reperiuntur hi glires. In Lycia dorcades non transeunt montes Syris vicinos: onagri montem, qui Cappadociam a Cilicia dividit. In Hellesponto in alienos fines non commeant

verbis: *Anguillae atterunt se scopulis, ea strigmenta viveseunt.* PINT.

Nitelis quiete. Nitedulae, parvi mures (subterranei, puto) a nitore pilorum et cutis dicti: vulgo *rate courte*, Northmannis, *mulots*, quasi *nilots.* Cic. pro Sestio: *Quum id etiam civitatis fatum fuit, ut illa ex vepreculis extracta nitedula Rempublicam conaretur arrodere.* DAL. — Mus agrestis in nitela, sive nitedula, quem Graeci μῦν ἀρουραῖον, Galli *mulot* appellitant, rubeo colore, cui nomen videtur a pilorum nitore factum. Parmenses editores priscam lectionem everterunt, ut *mustelis* legerent, reclamantibus libris MSS. De colore nitelino Plinius lib. XVI, cap. 69. H. — *Myoxus nitela*, Gmel. (vulg. *lérot.*) Vid. Buffon. tom. VIII, tab. 15. Vid. not. sup. CUV.

LXXXIII. *Mirum.* Arist. Histor. Animalium lib. VIII, cap. 33, pag. 979. HARD.

In Moesia. De qua Livius, lib. I, pag. 13: *Silva Moesia Vejentibus adempta: usque ad mare imperium prolatum: in ore Tiberis Ostia urbs condita.* Nunc vulgo appellitant *Bosco di Baccano*, a vicino oppido: nono fere ab Vrbe lapide, ad occasum aestivum. H.

In Lycia dorcades non transeunt montes Syris vicinos. Cilicia verior lectio quam *Lycia.* Nam Ciliciam conterminam esse Syriae, haud Lyciam, in aperto apud omnes est. PINT. — Δορκάς, ὑπὸ τοῦ δέρκειν nomen sortita, quoniam sit acutissimi visus. A prisca lectione discedit Pintianus, quum Lyciam mutare in Ciliciam conatur. Galli damam vocant, *un daim:* sequiore sexu, *une daine.* HARD. — *Dorcades.* Non dama, ut Harduinus credit, dorcas Graecorum, sed capreolus. Aristot. de Partibus Anim. lib. III, cap. 2, hunc ait animantium cornutorum minimum (horum scil. quae Graecis innotuerant). Dorcas vero Libyca, quam Aelianus, lib. XIV. cap. 4, optime describit, est *antilope dorcas*, Gmel. et Linn. vulgo *gazelle commune:* adi BUFFON, tom. XII, tab. XXXIII. CUVIER.

Onagri montem qui Cappadociam a Lycia dividit. Eadem hic quae statim ante, menda. Scribendum enim *a Cilicia*, non *a Lycia:* tum ex utroque exemplari, tum ex Ptolemaeo tradente, Tauro monte Cappadociam a Cilicia dirimi. Item Lycaoniam partem esse Cappadociae, idem prodit Ptolemaeus. At in Lycaonia multos esse onagrorum greges, et M. Varro tradit de Re rust. libro XI, cap. 6, et Plinius hoc ipso libro, cap. 43. PINT.

In Hellesponto. Aelianus, Hist. Anim. lib. VI, c. 16. H.

cervi: et circa Arginussam Elaphum montem non excedunt, auribus etiam in monte fissis. In Poroselene insula viam mustelae non transeunt: in Boeotia Lebadia illatae solum ipsum fugiunt, quae iuxta in Orchomeno tota arva subruunt, talpae, quarum e pellibus cubicularia vidimus stragula: adeo ne religio
3 quidem a portentis summovet delicias. In Ithaca lepores illati moriuntur extremis quidem in litoribus: in Ebuso, in litoribus, cuniculi: scatent iuxta in Hispania, Balearibusque. Cyrenis mutae fuere ranae, illatis e continente vocalibus durabat genus earum. Mutae sunt etiam nunc in Seripho insula. Eaedem

Elaphum montem. Scriptum erat in MSS. *elafum.* Editores, *elatum* confinxerunt. Nos Aristotelem secuti, Hist. Anim. lib. VI, cap. 29, pag. 771: Ἐν δὲ τῷ ὄρει τῷ Ἐλαφόεντι καλουμένῳ, ὅ ἐστι τῆς Ἀσίας ἐν τῇ Ἀργινούσῃ, οὗ τετελεύτηκεν Ἀλκιβιάδης, ἔλαφοι πᾶσαι τὸ οὖς ἐτχισμένοι εἰσίν. Et mox ex eodem Aristot. *in Poroselene* scripsimus, pro corrupta voce *Proselene.* H. — *Elaphum.* Arist. Hist. lib. VI. A graeca voce ἔλαφος, quae cervum sonat, factum id ei monti nomen. H.

In Poroselene. Arist. Hist. lib. VIII, c. 33, p. 980. H.

In Boeotia Lebadia illatae, etc. Arist. περὶ θαυμασ. ἀκουσμ. Dal. — Nempe pag. 1163, ἐν Κορωνείᾳ τῆς Βοιωτίας: quem Antigonus Carystius sequitur, Hist. Mirab. cap. xi, et Stephanus, verbo Κορώνεια. Item, Hist Animal. lib. VIII, cap. 33; Aristoteli vero subscribit etiam Aelianus, Hist. Animal. lib. XVII, c. 40. H.

In Ithaca. Aristot. pag. 981. Mortui, inquit, reperiuntur iuxta mare, reversi in eam partem, qua fuerant in insulam importati. H.

In Ebuso, in littoribus, cuniculi: scatent iuxta in Hispania, etc. Vetustorum codicum omnium, et Parmensis editionis vestigia secuti sumus: quae omnia neglexit Hermolaus, ut scriberet: *In Ebuso cuniculi non sunt: scatent*, etc. H. — *In Ebuso.* Subintellige *moriuntur*, verbo ex praecedenti sententia repetito. Quo magis mireris, inquit, cuniculos in Ebuso illatos, quum primum litus attigerint, interire: Hispaniae, Balearium que loca, non admodum ab Ebuso dissita, incredibiliter iis scatent. Iuxta Ebusum Hispania, pars dehinc fuit orientalior Andalusiae, et audit nunc *prov. de Valence.* H. et Az.

Cyrenis Aristot. loco citato; auctor libri de Mirabil. Auscultat. p. 1155; Aelianus, Hist. Animal. lib. III, c. 35. H.

Mutae sunt. Arist. et auctor libri mox citati. Aelianus item, cap. 37. In nimiam aquarum frigiditatem ranarum silentii causam refundit Tzet-

alio translatae canunt: quod accidere et in lacu Thessaliae Sicendo tradunt. In Italia muribus araneis venenatus est morsus: eosdem ulterior Apennino regio non habet. Iidem ubicumque sint, orbitam si transiere, moriuntur. In Olympo Macedoniae monte non sunt lupi, nec in Creta insula. Ibi quidem non vulpes, ursive, atque omnino nullum maleficum animal, praeter phalangium: aranei id genus, de quo dicemus suo loco. Mirabilius, in eadem insula, cervos, praeterquam in Cydoniatarum regione, non es-

zes, Chiliad. Histor. VIII, 167, vs. 95. H.

Sicendo. MSS. *Sicandro.* Iuxta Pierum Thessaliae oppidum, lacum hunc statuit Aelianus, eadem referens loco citato. Sed lacus nomen non appellat. H.

Muribus araneis. Non his venenum inest; nec in Apennino septentrionali dumtaxat exstant; neque hanc ob causam perit quod orbitam traiicit; sed in rotae vestigio saepe deficit. Mus araneus ex iis animantibus est quae perfacile occiduntur. Cuvier.

Orbitam si. Nicander in Theriac. pag. 59; Phile, lib. de Propr. Animal. cap. de mure araneo, pag. 110; Aelianus, Hist. Animal. lib. II, cap. 37. H.

In Olympo. Aelianus, Histor. Animal. lib. III, cap. 33, ex Theophrasto. H.

Nec in Creta insula. Nec in Britannia. Dalec. — *Nec in Creta.* Aelianus loco citato, et Solinus, cap. xi, pag. 30. H.

Ibi quidem. Diodorus, Bibl. lib. IV, pag. 225; Solinus, loco citato auctor libri de Mirab. Auscult. pag. 1157. H.

Maleficum animal. Addit Solinus, *Nec ulla serpens, quamvis incolae spectati viri, in ea serpentes gigni narrent, sed morsu innoxio: quidam etiam perniciosos.* Brod. lib. III, cap. 11. Dal. — *Nullum maleficum.* Aelianus, Hist. Animal. lib. V, cap. 2, et Solin. loc. cit. In Delphinatu, a Gratianopoli milliari uno, turris est, quam vocant incolae, *la Tour sans venin, Quo nulli subeunt impune dracones, Nullaque suspensis discurrit aranea telis, Nulla venena latent.* Ita cecinit Praesea de Boissieu, lib. de septem Miraculis Delphin. pag. 45. Nec serpentes, nec araneas, nec bufones, nec stelliones ibi ullos esse, sed et aliunde allatos statim interire, testis est oculatus Nicolaus Chorier, Histor. Delphinat. lib. I, p. 46. H.

Dicemus suo loco. Libro XI, c. 23, et lib. XXIX, c. 27. H.

Mirabilius. Solinus, loc. cit. H.

In Cydoniatarum. Hinc illud Senecae, in Hippolyto: *Tua Cretaeas sequitur cervas*, etc. Et ab Achaia Cretae oppido, cervas Achaineas appellatas laudat Apollonii scholiastes, ad lib. IV, ut dicemus in libro XI, infra. H.

se: item apros, et attagenas, herinaceos. In Africa autem nec apros, nec cervos, nec capreas, nec ursos.

LXXXIV. (LIX.) Iam quaedam animalia indigenis innoxia, advenas interimunt: sicut serpentes parvi in Tirynthe: quos terra nasci proditur. Item in Syria

Item apros, et attagenas, herinaceos. Scribendum videtur permutato coniunctionis loco, *Item apros, attagenas, et herinaceos.* Caeterum inter animalia terrestria, et quadrupedes, de quibus non tantum hoc capite, immo vero toto hoc volumine disseritur, quis locus est, obsecro te, humane lector, attageni avi Ionicae? Nam etiamsi in Creta non esset attagen, alienum erat hoc loco indicari id quod erat proprium libri X, cap. 29, cuius lemma est, *Quae aves in quibus locis non sunt*, ubi Plinius scribit noctuam in Creta non esse: non utique praetermissurus de attagene. Et ut quod sentio dicam ingenue, puto hanc dictionem inter eas esse connumerandam, quae falso in Historiam Naturalem irrepserunt. PINT. — *Et attagenas*, etc. Recte sane Pintianus admonet attageni locum hic esse nullum posse: opportuniorem multo futurum, si uspiam esse debuit, lib. X, cap. 41. Et sane in MSS. *attagenas*, vel *urtagenas* legimus: in MS. Lugdun. *et attigenas*: id vero, qualecumque est, sequentis vocis *herinaceos* epitheton id esse potius quam animalis per se nomen, orationis structura argnit. Secius enim, *et attagenas*, et *herinaceos* Plinius, opinor, scripsisset. Numquid igitur *hirtigenas herinaceos*, vel potius, *et in Gnossio herinaceos*, aut tale quidpiam scripserit, peritioribus, aut mage otiosis excutiendum relinquimus: nos interim ad maiora properamus. HARD.

Nec apros. Arist. Hist. Anim. lib. VIII, cap. 33, pag. 981, Africae non ademit ursos: sed apros tantum, cervos, caprasque silvestres. De cervis et apris eadem prior Herodotus, Melpom. lib. IV, num. 192, pag. 286. Deinde Aelianus, Hist. Anim. lib. XVII, c. 10. De cervis diximus cap. 51. De ursis Plinio adstipulatur Albertus M. de Animal. lib II, tract. II, cap 2, pag. 600: *Nec cervi*, inquit, *nec caprae, nec capreae, nec ursi vivunt in Africa.* Vide tamen quae diximus, cap. 54 libri huius. HARD.

Nec capreas. Sequitur Aristotelem loco citato, ubi ille: αἴγας ἀγρίους. AS.

Nec ursos. Supra cap. 36 huius libri, sub finem, Domitius Aenobarbus aedilis curulis ursos Numidicos centum, et totidem venatores Aethiopas in circo dedit. Iuvenal. satyr. 4: *Profuit ergo nihil misero quod cominus ursos Figebat Numidas, Albana nudus arena Venator.* Martial. *Et freno Libyci domantur ursi.* Virgil. *Horridus in iaculis et pelle Libystidis ursae.* Solinus forma Numidicos ursos caeteris praestare tradit. Fortassis legendum *Vros.* DALEC.

LXXXIV. *In Tirynthe.* MSS. omnes, *in Mirinthe.* Editores *Tirynthe* scripserunt, quia nempe id oppidi nomen est prope Mycenas, quod olim intercidisse Plin. et Strab. narrant. Sed quum regionis, montisve potius nomen, quam oppidi, hic locus poscere videatur, libentius seri-

angues, circa Euphratis maxime ripas, dormientes Syros non attingunt: aut etiamsi calcati momordere, non sentiuntur maleficia: aliis cuiuscúmque gentis infesti, avide et cum cruciatu exanimantes: quamobrem et Syri non necant eos. Contra in Latmo Cariae monte Aristoteles tradit a scorpionibus hospites non laedi, indigenas interimi. Sed reliquorum quoque animalium, et praeterea terrestrium, dicemus genera.

pserim, *in Minthe*. Est enim in Peloponeso, prope Pylum Μίνθη mons Strabonis libro VIII, pag. 344. H.

Circa Euphratis. Auctor libri de Mirabil. Auscultat. Apollonius, Hist. Comment. cap. 12, pag. 17: Περὶ Βαβυλῶνα δὲ, διαβάντι τὸν Εὐφράτην ποταμὸν, ὀφίδια γίγνεται· καὶ τοὺς μὲν ξένους τύπτει· τοὺς δὲ ἐντοπίους οὐκ ἀδικεῖ. Item Aelianus, Histor. Anim. lib. IX, cap. 29. Hard.

In Latmo. Antigonus, Histor. Mirab. cap. XVIII; Apollonius Dyscolus, Hist. Comment. cap. XI ex Aristotelis opere, cui titulus, Νόμιμα Βαρβαρικά. Aristoteles ipse, Hist. Animal lib. VIII, cap. 39. Denique Aelianus, Hist. Animalium lib. V, cap. 14. H.

Praeterea terrestrium. Ita MSS. omnes. Editi perperam, *et praeter terrestria, indicemus genera*. Tempus est iam, inquit, reliqua animalium genera dicere, indeque terrestria alia, cuiusmodi sunt arbores, herbae, fruges, lapides, ac metalla. Hard. — Quidni *indicemus*, relictis sane τοῖς *praeterea terrestrium*. Nam, ut saepe prioris verbi *m* finale pro *in* posterioris sumptum prave a librariis e palaeographia patet, sic et aliquando, constat *in* solum scriptum pro... *um in*... Quoad sensum, vidimus qui *terrestrium* non de rebus tantum inanimis sumerent, sed et de animalibus. Nos tamen in Harduini sententiam toti imus. Aj.

EXCVRSVS I.

ELEPHANTI DESCRIPTIONES.

Ad ea Plinii verba c. 1:

Religio quoque siderum, Solis ac Lunae veneratio.

PARS PRIOR.

AVCTORE PASSERATIO.

Parva quidem primis, sed non ingrata, kalendis,
Hactenus obtulerit tenui tibi Musa libello:
At nunc ingenti magnum te munere donet,
Aonidum decus, et columen, rerumque mearum.
Pande fores, Memmi, penitusque reclusa dehiscant
Limina, quo celsis valeat succedere tectis
Arma virosque ferens turrito bellua tergo.
Dum loquor, ecce tuos intrat mansueta penates:
Accede, et vastam propius mecum inspice molem.
Multa hic invenies naturae arcana sagacis;
Forsan et humanos elephantum in corpore sensus.
Imbuti pietate animos, cultuque deorum,
Aequoreis lustrantur aquis, et supplice gestu
Curva renascentis venerantur cornua Lunae.
Sidera suspiciunt aegri, tacitisque supini
Caelum onerant votis, et lumina Solis adorant,
Purus ubi Eois rutilum caput exserit undis.
Post domitos Thyrsis ortus, Gangemque subactum,
Mite ultro subiere iugum currusque Lyaei.
Submissis genibus, porrectisque arte corollis,
Purpureos reges augustaque sceptra salutant.
Non obtusa gerunt, doctisve alienis Camoenis
Pectora, sed memori retinent sibi tradita mente.
Sermoni auscultant patrio, parentque monenti.
Observant nutus, et herilia iussa capessunt.
Quod si forte sui ediscunt praecepta magistri
Tardius, haec secum noctu meditata requirunt.
Credimus? an falso narrat scripsisse vetustas,
Argivisque notis signata dicasse trophaea?
In numerum ludunt, et flectunt mollia certis
Membra modis, unctaeque cient simulacra palaestrae.
Threicios memorem, veluti moderante lanista,

Congressus? aut ut celeres iactata per auras
Martia tela cadant, clypeique rotentur in orbem?
Addo per extentum solitos incedere funem,
Sublimesque gradus librare per aëra, vulgo
Attonito, frustraque graves metuente ruinas.
Quid quod et ingressos plenis convivia mensis,
Accubitum perhibent spondas transisse per omnes,
Nec tamen e coetu quemquam strinxisse frequenti,
Quum summis suspensa toris vestigia ferrent?
Procedunt quoties motis ad pabula castris,
Maximus agmen agit; cogit qui proximus aevo,
Ignotoque acies nunquam committitur amni:
Quin rapidi explorant vada gurgitis ante minores.
Si quis in occultam fraudem delapsus, et altis
Inciderit foveis: tum sedula turba profundam
Congestis properat ramis aequare lacunam,
Incolumem ut sociis tandem solertia reddat.
Nilus adhuc celebrat miros unius amores,
Exarsit Phariae qui perditus igne puellae,
Certavitque suis rivalem expellere donis.
Nam modo collatos trepidanti a plebe quadrantes,
Poma modo involvens gremio furtiva reducto,
Per causam, roseas ausus tractare papillas.
Concepere alii Paphiae quoque semina flammae:
Huic acres siquidem tulit unguentaria curas:
Illi Sicanius florenti aetate Menander:
Cuius et aspectu praesentis laetus, et alvo
Absentis desiderium testatus inani.
Errantem solis hominem deducere silvis,
Ac monstrare viam pueris, et parcere norunt,
Iusta lacessitos licet estimulaverit ira.
Lanigeros angusta greges quum semita tantos
Egit in occursus, pecori clementia prudens
Consulit infirmo, teneros et dimovet agnos.
Contenti modico vivunt, minimumque sopori
Indulgent: ideo paucis obnoxia morbis
Corpora, Nestoreae veniunt ad fata senectae.
Educunt similes natos: connubia turpis
Nescia adulterii: et Veneris quum foedera iungunt,
Nulla nisi in tenebris, quamvis concessa, voluptas.
Otia sectantur: sed si est ad praelia ventum,
Palmae ardent studio, flagrantque cupidine laudis:
Argentum, et phaleras, clarique insignia facti,
Vel media de morte petunt: et nomine gaudent
Docta quod aeternis includat pagina chartis:
Surus ut Hannibalis: fortis Patroclus, et Aiax
Antiochi, praerepta sibi qui praemia lugens
Tabuit, et tristem ieiunia duxit ad orcum.

Spectaclo innocuum iusti praebere cruorem,
Implorasse fidem populi, stratique feruntur
Barritu querulo totum implevisse theatrum.
Acceptae voces lacrymis, et dira precati
Muneris auctori consurrexere Quirites.
Ergo istuc tu, Magne, scelus, meritumque luebas
Supplicium, caderes Libyca quum truncus arena.
Quid referam dentes, seu dicere cornua mavis,
Phidiacae famam artis, ebur, signum unde Tonantis,
Oraque Cecropio fecit spirantia caelo?
Hos simul exhaustae nequeunt defendere vires,
Insidiaeque urgent, et spicula densa latronum:
Arboris impingunt trunco, fractosque reliquunt,
Castoreo ut redimant usuram luminis astu.

PARS POSTERIOR.

E carm. Manvelis Philes.

Ζῶον τὸν ἐλέφαντα τετράπουν σκόπει,
Εὐρύ, σθεναρόν, ἐμβριθές, μέλαν, μέγα,
Κεκυφός, ὀξύφωνον, ἀμβλύ τι βλέπον,
Ἰταμόν, ἀπρόσιτον ἐξ ἐρημίας,
Ἱλαρόν, εὐάγωγον ἐκ παροικίας, 5
Πολλῶν παρ' Ἰνδοῖς δεκτικὸν μαθημάτων,
Βουβαλίδος μίμημα, χερσαῖον τέρας,
Ἱλύσι καὶ τέλμασι καὶ λόχμαις φίλον,
Καὶ τῇ δοκήσει τῆς φορᾶς παρειμένον.
Τοῦτο προελθὸν μητρικῶν ἐξ ὀργάνων 10
Εἰκάζεται μὲν εὐτελεῖ βολοθρίῳ
Καὶ δελφακίζει κλαυθμυρίζον ὀξέως·
Ὑπέρχεται δὲ τῆς λεχοῦς τὰς ὠλένας,
Αἳ τοὺς ἀγωγοὺς τῆς τροφῆς ἔσχον μέσους.
Η δ' εὐθὺς ἐξάρασα τοὺς ἐμπροσθίους, 15
Καὶ μικρὸν ὀκλάσασα τοὺς ὀπισθίους,
Οὐ κατὰ τὴν κάμηλον εἰς γόνυ κλίνει·
Πῶς γάρ, ἀνάρθρων τῶν μελῶν εἰργασμένων,
Εἰ μὴ φυσικῶς ἀντικάμψει τὸ σκέλος,
Χαλῶσα λοξῶς εἰς τὰ νῶτα τὴν πλάτην, 20
Ἑκατέραις ἔθρεψε θηλαῖς τὸ βρέφος;
Φασὶ γὰρ αὐτὴν οἱ σοφοὶ θηροτρόφοι

Παρακρατοῦσαν τὴν γονὴν ὑπεξάγειν
Ἔτους τοσούτου· κἂν δοκῇ τισι ξένον.
Τούτῳ σίφων ἕτοιμος, εἰ θέλει θλίβειν, 25
Οὐχ ἡ προβοσκίς ἐστιν, ἀλλὰ τὸ στόμα,
Μή πως τὸ τοῦ γάλακτος ἀμβλύνῃ ζέον
Ἢ πρὸς τὸν αὐλὸν ἐκδρομὴ τῶν ῥευμάτων,
Μὴ καὶ τὸ πυκνὸν τῆς πνοῆς ἀντιστρέφῃ
Λίχνοις ἀνάγκαις πνευστιῶν τὸ σκυμνίον, 30
Τῆς εἰσαγωγῆς ἐμφραγείσης τῶν πόρων,
Ἢ τῷ διαστήματι τῶν ἔνδον δρόμων
Ἢ τῆς ἀμολγῆς ἐμβρασύνῃ γοργότης,
Εἶργον δὲ τὴν ὄρεξιν ἢ χαῖναν μάτην
Εὐθὺς ἀπαρχῆς δυσφορήσῃ τὸ βρέφος. 35
Πλὴν ἡ προβοσκὶς ἀντὶ χειρὸς εὑρέθη·
Χεὶρ δὲ βρέφους κίνησιν εὐθὺς οὐκ ἔχει
Πρὸς τὰς μεταξὺ τῆς τροφῆς ὑπουργίας.
Τούτῳ κεφαλή, καὶ μέτωπα, καὶ τρίχες
Καὶ βλέμμα, καὶ ῥίς, ἄχρι τῆς προβοσκίδος, 40
Καὶ δέρμα, καὶ τράχηλος, ἀλλὰ καὶ στόμα
Σαφῆ μονιὸν ζωγραφοῦσι μακρόθεν·
Ὅταν ῥεουσῶν τῶν τριχῶν ὡς ἐκ νόσου
Δοκῇ σεσηρὼς τὴν δορὰν ὥσπερ γέρων,
Πηλοῦ κναφευθεὶς ἐμβροχαῖς δυσεκπλύτοις. 45
Χαίτης γε μὴν τὸ βρέχμα καὶ λάχνης ξένον,
Ὡς καὶ τὰ νῶτα μέχρι τῶν ὀπισθίων,
Οἷα φαλακρὸν ἐκ πυράγρας ἀξύλου,
Καὶ κωνοειδὲς εἰς τὸ πᾶν σχῆμα βλέπεις,
Καὶ ξυντετηκὸς προσφυῶς τοῖς ὀστέοις· 50
Τὰ δ' ὦτα λεπτὰ καὶ παρατεταμένα,
Καὶ καθάπερ θώρακες ἐσφαιρωμένα,
Καὶ τοῖς ὁρᾷν θέλουσιν ἀκεπτυγμένα,
Καὶ τὰς βάσεις ἔχοντα χονδροσυνθέτους,
Καὶ συστολὴν πάσχοντα καὶ τούναντίον 55
Καὶ πρὸς μάχας βλέποντι σύντονον στάσιν.
Ἀρ' οὖν ἔδει, κράτιστε, τῶν ἄλλων μόνον
Ὅπλον εὑρεῖν προσβαλὸν τὸ θηρίον,
Ὅταν ὁ καιρὸς ἀντιτάττῃ πρὸς μάχην;
Οὐκ ἔστιν εἰπεῖν. Ἡ γὰρ εὔτεχνος φύσις 60
Λέοντι μὲν δίδωσιν, ὡς καὶ παρδάλει,
Τὰς ἐξ ὀνύχων δραστικὰς ἀντισπάσεις·
Τοῦτον δὲ τὸν μέγιστον ὁπλίζει ξένως

Κέρασι διττοῖς, ὡς τομοῖς ἀκοντίοις,
Α καὶ περισφίγγουσι τὴν προβοσκίδα 65
Κολουροειδῶς ἐν μέσῳ κεχυμένην.
Τούτων τὸ μὲν δίδωσιν, ὡς τομὸν ξίφος,
Ωθεῖν κατ' ἐχθρῶν ὁ βραβεὺς τὴν γεννάδα.
Τὸ δὲ σκαφεύς τίς ἐστι τὸν θῆρα τρέφων
Καὶ ῥιζορύκτης, καὶ σπαράκτης τῶν κλάδων. 70
Εἴποι τις ἂν πόῤῥωθεν εἰς ταῦτα βλέπων
Οδόντας ὀξεῖς εὐτυχεῖν τὸ θηρίον,
Καμπυλοειδεῖς ἀντικάμψας ἐκτάσεις·
Οὐ γὰρ ἐφύη κρόταφος, ἀλλὰ τὸ στόμα.
Καὶ θαῦμα τοῦτο, πῶς ὀδοὺς κέρας μένει, 75
Οδόντος, ἢ κέρατος ὄντος τοῦ ξίφους.
Σκόπει δὲ καὶ τὸ σχῆμα τῆς προβοσκίδος·
Αὐλός τίς ἐστιν ἐκ δορᾶς, καὶ σαρκίου,
Καὶ σφαιρομόρφου ξυμβολῆς εἰργασμένος
Χόνδρον μαλαχθὲν εἰς τομὰς κεκλασμένας 80
Νεῦρον χαλασθὲν εἰς πλοκὰς ἀντιστρόφους.
Ερπυστικὸς δὲ καὶ προμήκης ἐκθέων
Εἰς πᾶσαν ἁπλῶς φυσικὴν ὑπουργίαν,
Στενοῖ τὸν ὄλκον καὶ πλατύνει τὸ στόμα,
Κκὶ τὴν ἐδωδὴν ἐμβιβάζει τοῖς γνάθοις, 85
Καὶ πρὸς τὸ παχὺ τὴν ὀπὴν διευρύνει,
Καὶ πρὸς τὸ λεπτὸν τὴν λαβὴν συνεισάγει,
Καὶ συστολὰς τίθησι καὶ παρεκτάσεις
Πρὸς τὰς ἐν ὄγκοις καὶ βραχύτησι σχέσεις.
Πόδες δὲ τούτῳ θαῦμα καὶ σαφὲς τέρας, 90
Οὓς, οὐ καθάπερ ἄλλα τῶν ζώων γένη,
Εἴωθε κινεῖν ἐξ ἀνάρθρων κλασμάτων·
Καὶ γὰρ στιβαροῖς συντεθέντες ὀστέοις,
Καὶ τῇ πλαδαρᾷ τῶν σφυρῶν καταστάσει,
Καὶ τῇ πρὸς ἄρθρα τῶν σκελῶν ὑποκρίσει, 95
Νῦν εἰς τόνους ἄγουσι, νῦν εἰς ὑψέσεις
Τὰς παντοδαπὰς ἐκδρομὰς τοῦ θηρίου.
Πλὴν ἀλλὰ καθ' ἕκαστον αὐτῶν ἡ φύσις
Ως ὑπὸ κύκλῳ τῆς ὁπλῆς τῷ χωρίῳ
Τριγωνοειδεῖς πέντε δακτύλους φύει, 100
Οἳ μακρὰς οὐκ ἔχουσι τὰς ἀποστάσεις·
Η γὰρ ἂν ἔπλει νηκτικῶς καὶ συντόνως
Ο θὴρ ποταμοῖς καὶ βυθοῖς ἐντυγχάνων·
Τέως δὲ τοὺς ὄνυχας ἐν τούτοις φέρει

Ὥσπερ λεπίδας ὀστρακώδεις ἰχθύων. 105
Βραχυτέρους ὄντας δὲ τῶν ὀπισθίων,
Ἀναμφιλέκτως οἶδα τοὺς ἐμπροσθίους.
Τούτοις ἕλφας ἐνταθεὶς ὥσπερ στύλοις
Ὀρθοστάδὴν ἀκάματος ὑπνώττων μένει·
Διπλῆς δέ φασιν εὐπορῆσαι καρδίας· 110
Καὶ τῇ μὲν εἶναι θυμικὸν τὸ θηρίον
Εἰς ἀκρατῆ κίνησιν ἠρεθισμένον·
Τῇ δὲ προσηνὲς καὶ θρασύτητος ξένον,
Καὶ πῇ μὲν αὐτῶν ἀκροᾶσθαι τῶν λόγων,
Οὓς ἄν τις Ἰνδὸς εὖ τιθασσεύων λέγῃ, 115
Πῇ δὲ πρὸς αὐτοὺς τοὺς νομεῖς ἐπιτρέχων
Εἰς τὰς παλαιὰς ἐκτραπὲν κακουργίας.
Τούτῳ φίλη τράπεζα πᾶς ἕλους τόπος,
Ἔνθα κλάδους φοίνικος ἐσθίειν ἔχει,
Καὶ σχοινίον ἢ δρῦν, ἢ φυτῶν ἄλλων κόμας, 120
Ἢ κιττὸν, ἢ πέταλον, ἢ ζῶσαν χλόην,
Ἢ ῥίζαν, ἢ λάχανον, ἢ βλάστην βάτων.
Ἄρτι δὲ καὶ σταφίδες ἡμερουμένῳ.
Κριθῆς τε χυλὸς καὶ παρὸν χύδην μέλι
Καὶ μῆλα καὶ κρόμμυα καὶ γλυκὺς πέπων 125
Εὐωχίας ἔχουσι τῷ κτήνει κρίσιν.
Ὕδωρ δὲ πίνει συγχυθὲν πρὶν ἂν πίνῃ·
Τὸ γὰρ διειδὲς ἀκριβῶς διαπτύει.
Οἴνου δὲ τὸν τοσοῦτον εὐφραίνει κύλιξ,
Ὃν ὁ τρυγητὴρ ἐκκενοῖ τῶν βοτρύων. 130
Ὀρεκτιῶν δὲ καὶ σφαδάζων εἰς μάχην
Τοῦ ἀπὸ λωτοῦ, καὶ τῶν ἀπὸ φοινίκων,
Καὶ τῆς ὀρύξης ἐκτροφεῖ τῆς ἀγρίας·
Ὡς ἂν ὁ θυμὸς ἀκρατῶς ὑποζέων
Ἀντιστατικῶς καρδιώττειν ὀτρύνῃ. 135
Καὶ γὰρ τὸ θερμὸν φυσικῶς ἧττον φέρει
Τῶν ἀκροθέρμων εἰς ῥοπὰς ἐναντίας
Ὁ θὴρ ὁ μακρὰν εὐτυχῶν ἴσως ῥίνα.
Καὶ πάλιν ὡς ἂν ἐνδρομῇ πρὸς τὴν νίκην
Ἡ κέρκος αὐτὸν μαστιγοῖ πρὸ τῆς μάχης, 140
Ὡς ἰσχὺν λέοντος ἀλκαίας τόνος.
Ἡ δὲ προθοσκὶς καὶ πρὸ τῆς κέρκου θλίβει.
Καὶ σῦς γὰρ οὐκ ἂν εἰς τὸν ἔχθιστον δράμῃ,
Πρὶν τοὺς ὀδόντας ὑποθῆξαι τοῖς λίθοις.
Πήχεις δὲ μήκους τοῦτον αὐξεῖν ἐννέα 145

Λέγουσιν οἱ κρίνοντες ὀρθῶς τὰς φύσεις,
Καὶ πέντε, μετρεῖν εἴπερ εὖ εὕρος θέλῃς.
Ἀλλὰ τοσοῦτον εὑρεθὲν τὸ θηρίον
Ἔρως ὁ δεινὸς ἀκρατῶς ὑποφλέγει.
Πρηστῆρα ποιεῖ τοῖς φυτοῖς κερασφόρον. 150
Καὶ γίνεται πῦρ ἐμπεσὸν τοῖς ἀψύχοις
Ὁ πρὶν γαληνὸς ἐξ ἐθῶν χειροτρόφων.
Μόνους δὲ τοὺς φοίνικας αἰδεῖται βλέπων·
Φιλεῖ γὰρ ὡς ἔρωτος αὐτοὺς ἐργάτας
Καὶ δημιουργοὺς τῆς τροφῆς τῶν ἀκρίδων. 155
Οὕτω κυρέττων καὶ σφριγῶν πρὸς τὸν γάμον,
Κλῶνας καθαιρεῖ καὶ πλοκὴν λόχμης λύει,
Καὶ τὴν περισπούδαστον ἐκζητεῖ δρόσον,
Τὴν ὑποκυμαίνουσαν ὠδίνων ζέσιν.
Καινὸν γὰρ οὐδὲν, ἐκνικᾶσθαι πρὸς γάμον; 160
Τὸν ἀπὸ γάμου καὶ σπορᾶς παρηγμένον.
Πῦρ δὲ πτοεῖται καὶ κριὸν κερασφόρον,
Καὶ τῶν μονιῶν τὴν βοὴν τὴν ἀθρόαν.
Ἀσπάζεται δὲ τὴν χλίδην τῶν ἀνθέων,
Καὶ θέλγεται μὲν ταῖς λιβάσι τῶν μύρων, 165
Ὥσπερ τις ἀδρὸς εἰς τροφὰς πολυτρόπους.
Λουτρὸν δὲ ποιεῖ τὴν σκιὰν καὶ τὴν δρόσον,
Ὅταν τις ἀκτὶς ἐξ ὀπῆς ὑποδράμῃ·
Λυπεῖ γὰρ αὐτὸν ὁ κρυμὸς τῆς ἑσπέρας.
Αὔθις δὲ τοῦ θάλποντος ἑνστάντος θέρους, 170
Τὸ σῶμα πηλῷ δαψιλεῖ περιχρίει,
Καὶ ψυχαγωγῶν τὴν δορὰν σαίνει κρύει,
Τὴν ἡλιακὴν ἀντικλῶν οὕτω φλόγα.
Ἐρᾷν δὲ φασιν ἀκρατῶς τὸ θηρίον;
Ὥραν γυναικὸς συμβιοῦν ἠθισμένον· 175
Εὐθὺς γὰρ αὐτὴν μαστοροπεύειν τῇ σχίσει,
Καὶ καθάπερ λιβάδι τῇ προδοσκίδι
Σοφῶς διασπᾷν τοῦ προσώπου τὴν χνόην,
Καὶ τὰς ῥυτίδας ἀσφαλῶς ἀποξέειν,
Καὶ κάλλος αὐτῇ φυσικὸν μετεγγράφειν, 180
Ὡς τεχνίτου πάρυφον εἰ θέλει γράφειν.
Διδάσκεται δὲ καὶ γραφὰς ταύτῃ γράφειν,
Ὡς γραμματεύς τις εὐφυὴς τῷ καλάμῳ,
Δεικνύντος Ἰνδοῦ τὰς πλοκὰς τῷ δακτύλῳ,
Ὡς ἂν καταγράφῃ τις ἐκ μελανδόχης. 185
Αὐλοῖς δὲ καὶ σύριγξι καὶ χειρῶν κρότοις,

Καὶ πᾶσιν ἁπλῶς τῶν μελῶν τοῖς ὀργάνοις
Ο θὴρ, καταστὰς εὐμαθὴς χοροστάτης
Αττει πρὸς εἰρμὸν ἐμβολῆς ἀγχιστρόφου,
Καὶ πρὸς τὰς ᾠδὰς ἀντιβάλλει τὰ σκέλη, 190
Καὶ σχηματίζει τὰς ῥοπὰς πρὸς τοὺς τόνους,
Ορχηστρίδος λύγισμα δεικνὺς τὴν βάσιν·
Καὶ πῇ μὲν ὁρμᾷ, καὶ προβαίνει μετρίως,
Τοῦ κιθαρῳδοῦ ταῖς λαβαῖς τῶν δακτύλων
Τὸ γοργὸν ἀμβλύνοντος εὐρύθμως μέλος· 195
Πῇ δ' εὐθὺς ἠχήσαντος ἐκ τοῦ φυντόνου,
Σφριγᾷ πρὸς ὀξὺν εὐπετεῖ ῥύμῃ δρόμον,
Καὶ καθάπερ μάστιξιν ἠρεθισμένος
Οκλάξ περικλᾷ καὶ προβάλλει τοὺς πόδας,
Καὶ πρὸς τὸ παρὸν ἐνδρομεῖ τῶν ᾀσμάτων. 200
Τοῦτο προσηνὲς εὑρεθὲν τὸ θηρίον,
Οταν προληφθῇ καὶ μαλαχθῇ σκυμνίον
Καὶ σωφρονισταῖς ἐκδοθῇ διδασκάλοις,
Καὶ πρὸς τὰς ᾠφὰς μετριάζειν εὖ μάθῃ,
Τῆς ἀντιτέχνου φλεγμονῆς κινουμένης, 205
Κἂν μαστιγοῦν θέλῃ τις, εὐψύχως φέρει,
Καὶ γίνεται παῖς σωφρονεῖν πεπεισμένος
Τοῦ μυσταγωγοῦ τῷ θυμῷ καὶ τῷ ξύλῳ.
Σόλων μὲν οὖν δίδωσιν ἀνθρώποις νόμους
Καὶ παιδαγωγῶν εὐγενίζει τὸν βίον, 210
Καὶ ῥυθμὸν ἐντίθησι τῇ φύσει ξένον.
Οταν δὲ τοῖς γέρουσι πατράσι γράφῃ
Τιμὰς παρ' αὐτῶν καὶ τροφὰς τῶν φιλτάτων,
Πολλοὺς ἀνιῶν εἰς κενὸν κράζει κτύπον.
Μόλις γὰρ ἄν τις τοὺς τροφεῖς ἀντιτρέφῃ, 215
Τοὺς τῶν πελαργῶν εὐλαβούμενος νόμους,
Οὓς ἀγράφῳ τίθησιν ἡ φύσις κρίσει.
Ο θὴρ δὲ κοινῇ τοῦ γένους τοὺς πρεσβύτας
Οἶδε πρὸ τοῦ Σόλωνος ἀῤῥήτως τρέφειν.
Ηδη δὲ καὶ κάμνοντας ἐν μάχαις βλέπων, 220
Εξὸν παρελθεῖν τοὺς διώκτας μακρόθεν,
Τέως μὲν, ὡς δύναμις, ἀναλαμβάνει
Γοργῶς τὰς αὐτῶν ἐκδρομὰς ἀνατρέπων,
Καὶ τὰς μετάρσεις τῶν βελῶν, καὶ τοὺς κύνας,
Καὶ τοὺς ἐν αὐτοῖς ἀντανείργων ὁπλίτας. 225
Οταν δ' ἐπιστῇ τῆς τελευτῆς ὁ χρόνος,
Κοινοῦ τέλους ἄμυναν ὁ ξένος φέρει.

Νῦν, ὦ βασιλεῦ, δεξιῶν ἔργων φύσις
Ξένης μάχης ἄκουσον ὡς ἔχει τρόπον.
Ἐχθιστός ἐστιν ὁ δράκων τῷ θηρίῳ· 230
Δράκων δ' οὖν Ἰνδοῖς θαῦμα· τίς γάρ ἢ δράκων
Ὀξύς, πονηρός, ἐμβριθής, γλίσχρος, μέγας,
Φθορεύς, ἰταμός, ἀνθρακῶδες ἐμβλέπων,
Ψυχρός, πλαδαρός, ἐνδακῶς ἐπειγμένος,
Ἑρπων, συρίττων, ἐξεμῶν, ἀντιπνέων, 235
Καὶ τοῖς ἑλιγμοῖς ὡς πτεροῖς ἐπιτρέχων;
Οὗτος τὸν ἐλέφαντα μακρόθεν βλέπων,
Ἐπὶ τρύγην ἥκοντα λεπτῶν ἀκρίδων,
Πυκνοῖς καλυφθεὶς ἐξεπίτηδες κλάδοις
Κεῖται κατ' αὐτοῦ προσβαλόντος ἀθρόως, 240
Καὶ τὰς μὲν ὄψεις ἀσφαλῶς ἀποθλίβει,
Ὥσπερ τομὸν τέρετρον ὠθῶν τὸ στόμα·
Οἰκτρὸν δὲ λοιπὸν εὑρεθέντα τὸν μέγαν,
Καὶ πρὸς μάχην ἄτολμον ἐξ ἀβλεψίας,
Σφαιρῶν τὸν ὅλκον ἐγκρατῶς ἀποπνίγει. 245
Τούτους, βασιλεῦ, τοὺς καλοὺς θῆρας, λόγος,
Θεσμοῖς φυσικοῖς τακτικοῖς ὠθισμένους
Τηρεῖν ἀκραιφνῆ τὴν φιλάλληλον σχέσιν.
Καὶ γάρ νέοι γέροντας αἰδοῦνται βλέπειν,
Καὶ συλλυποῦνται δυσπραγοῦσι τοῖς φίλοις, 250
Εἰς ἀφρόνων ἔλεγχον ἀνθρώπων φίλων
Τὸ κοινὸν εἰσφέροντες, ὡς ἅλως τρύφος,
Καὶ τοῖς ἐν ἀκμῇ συμμαχοῦσιν ἐκθύμως,
Ἰνδῶν ἐπ' αὐτοὺς δυσμενῶν πεφραγμένων
Σάλπιγξι, πυρσοῖς, φασγάνοις, ἀκοντίοις, 255
Καὶ τοῖς μεταξὺ μορμολύττουσι ψόφοις.
Ἐστί δ' ὅτε θνήσκουσιν ἀλλήλων χάριν,
Καὶ μᾶλλον αὐτῶν τῆς γονῆς τῶν σκυμνίων.
Ὅταν δὲ τὴν σύρρηξιν ὁ χρόνος λύσῃ
Καὶ τὰς παρ' ἀμφοῖν τῆς κονίστρας ἐκστάσεις, 260
Σκοποῦσι τοὺς κάμνοντας ἐκ τῶν τραυμάτων,
Καὶ πᾶν μὲν ἐξαίρουσι τῇ προβοσκίδι
Βλος πεπηγὸς εἰς μυχοὺς ἀποκρύφους.
Ὡς ἂν δὲ μηδὲς φλεγμονῆς ὄγκος πάλιν
Εἰς ὑποθέρμους ἐκτροπὰς ἀντισπάσῃ, 265
Τὴν πικρὰν ἐκχέοντες ἁλόης θρόσον
Παρῆκαν αὐτοὺς ἐνδρομεῖν ἀκινδύνους.
Τούτοις δὲ πᾶσαν ἡμερουμένοις νόσον

Οἶνος μέλας ἔλυσεν ἀνθ' Ἱπποκράτους.
Ω τίς Γαληνός, ἢ Γαληνοῦ βιβλίον 270
Τούτους διδάσκει φαρμακεύειν τὰς νόσους;
Πόθεν δὲ θηρσὶν ἡ σοφὴ χειρουργία
Καὶ τὸ κρίνειν δύναμιν ἁπλοῦ φαρμάκου;
Τίνας δὲ τέχνας ἀκριβοῦντες εὐστόχως,
Αἱμορρηγούσας ἐμπεδοῦσι τὰς φλέβας; 275
Οὗτοι ποταμὸν ἐμπερᾶν ἠπειγμένοι
Πτύσσουσι τοῖς κέρασι τὴν προβοθκίδα,
Μήπως τὸ ῥεῖθρον εἰσρυῇ τοῖς κάτοις
Καὶ συμποδισθῇ τὸ σφυρήλατον σκάφος
Ὑγροῖς χαλασθὲν δυστυχῶς ἐφολκίοις. 280
Ὑπανέχειν δέ φασιν αὐτῇ τοὺς τόκους,
Ἀγωνιῶντας πρὸς τὸ ῥεῦμα τοῦ πόθου.
Οταν δέ τις ὄρυγμα βοθρεύσκς μέγα
Τούτους νομίζῃ συμπεσόντας ἀσκόπως
Καὶ προστριβέντας ἐν βραχεῖ συλλαμβάνειν, 285
Ὠθοῦσι τὸν μέγιστον αὐτῶν εἰς μέσον,
Καὶ καθάπερ γέφυραν εὐτυχηκότες
Τὸ δυσχερὲς φεύγουσι τῆς ῥύμης βάθος.
Τὸ γὰρ κεχηνὸς τοῦ κενοῦ πληρούμενον
Ἤγαγεν αὐτοὺς εἰς τὸ τῆς ὄχθης πέραν, 290
Βάδην πατοῦντας ἐξ ἀνάγκης τὸν φίλον.
Καὶ τις προτείνας τὸν βκρύσφυρον πόδα
Παρῆκεν αὐτῷ συμβαλεῖν εὖ τὴν ῥίνα·
Ἄλλοι δὲ πλεῖστα συγκομίσαντες ξύλα
Ῥίπτουσιν αὐτῷ δραστικῶς πρὸς τοὺς πόδας· 295
Καὶ κατὰ μικρὸν τοῦ βάθους ὠθηκότος
Καὶ τῆς ξένης κλίμακος ἐξειργασμένης,
Ὀξυδρόμως ἕξεισι πρὸς τοὺς ξυννόμους,
Σωθεὶς ὁ σωτὴρ ὑπὸ τῶν σεσωσμένων.
Ἄξιον οὖν κκὶ τοῦτο θκυμάσαντά σε, 300
Μηδὲν παρελθεῖν τοῦ προσήκοντος λόγου.
Καὶ γάρ τινος βάλλοντος αὐτὸν τοξότου,
Καὶ τῷ στοχασμῷ συγκινοῦντος τὸν τόνον,
Αὐτὸς θεωρῶν τὰς βολὰς ἀντιστρέφει,
Καὶ πήγνυσι τὸ σῶμα δίκην ἀσπίδος 305
Εν τῇ συνάρσει τῶν μελῶν ἐσφιγμένον.
Αλλ', ὦ δικαστὰ τῶν σοφῶν πάντων λόγων,
Καὶ νοῦ καθαρὲ, τῶν ψυχῶν ἐπιστάτα,
Καὶ τῶν ἐπὶ γῆς δυσμενῶν ἀντιστάτα,

Καὶ τῶν παρ' ἡμῖν εἰσφορῶν ζυγοστάτα, 310
Καὶ τῆς φυσικῆς μουσικῆς χοροστάτα,
Καὶ τῆς καθ' ἡμᾶς φύσεως πρωτοστάτα,
Καὶ φῶς ἐναργῶς ἐξελέγχον τὰς φύσεις,
Καὶ πῦρ δαπανῶν τῆς ψυχῆς μου τοὺς πόνους,
Ω γλυκύτης ἄῤῥητε καὶ θυμηδία, 315
Καὶ τερπνότης ἄφραστε καὶ καταρχία
Νικῶσα καὶ κρύπτουσα πᾶν λόγου σθένος,
Ω πάντα κινοῦν εἰς θεοῦ δόξαν στόμα
Καὶ γλῶττα λαμπρὰ καὶ θεόφθογγε φράδη,
Καὶ σῶμα καινῶν δεκτικὸν χαρισμάτων, 320
Καὶ πνεῦμα κοινὸν εἰς πνοῆς λειτουργίαν.
Ω κόσμε τῆς γῆς, τῆς φυλῆς, τῆς ἀξίας,
Τῆς πορφυρίδος, τῆς γονῆς, τῆς ἑστίας,
Τῆς τοῦ στέφους χάριτος, ὡς καὶ τοῦ θρόνου,
Τῆς τοῦ βίου πλάστιγγος, ὡς καὶ τοῦ τρόπου, 325
Τῆς τοῦ λόγου σάλπιγγος, ὡς καὶ τοῦ κράτους,
Σοῦ πάντες ἁπλῶς ἀγνοοῦμεν τὴν φύσιν·
Τὸ γὰρ ἀκατάληπτόν ἐστί σοι φύσις
Θεοῦντι μικρὸν τὴν κατ' ἄνθρωπον φύσιν.
Πῶς δ' ἂν βλέπειν γένοιτο καθάρων γένη 330
Τὸν αἰγυπιὸν, τὸν φρικώδη, τὸν μέγαν;
Τί δ' ἂν ψοφεῖν δύναιντο καὶ πιθηκίδες,
Οταν βρυχηθμῶν ἐξερεύγεται κτύπους
Λέων ἐπ' αὐτὰς ἐκδραμὼν τῆς παστάδος;
Η μαινίδων ὅμιλος, εἰ κῆτος βλέποι 335
Τέμνον τὸ ῥεῦμα τοῖς πτεροῖς τοῖς ἐνδρόσοις;
Ο φιλοπαίστης ψαλμικῶς ἕρπει δράκων.
Σὺ μετριάζων εὐμενῶς πάντας βλέπεις·
Καὶ γίνεται τὸ βλέμμα τοῖς κακουμένοις
Σαφὴς γλυκασμὸς καὶ θεόβλυστος δρόσος. 340
Οταν δὲ τὴν σὴν χεῖρα κινῇς ὀξέως,
Καὶ τὰς ἐν ἡμῖν συμφορὰς ἀνατρέπῃς,
Εκ τῆς ἐρυθρᾶς τῶν γραφῶν πανοπλίας,
Ενταῦθα πολλοὺς τοὺς δορυκτήτους ἄγεις·
Ως καὶ πρόδηλόν ἐστι, κἂν μηδεὶς λέγῃ. 345
Κρόζει δὲ πάντως, εἰ θελήσει, καὶ λίθος,
Ως σὺ καθαρῶς ἐκνικᾷς πᾶσαν φύσιν.
Ημεῖς δὲ παταγοῦμεν ὥσπερ ἀγέλαι
Πτηνῶν, βασιλεῦ, τοῦτο δὴ τῶν ἐμψύχων,
Οταν ὁρῶμεν ἀπὸ γῆς μετάρσιον 350

Ταῖς τῶν φρενῶν πτέρυξιν ἐσκιασμένον
Τὸν ἀετόν σε τὸν θεόπτην τοῦ κράτους.
Αλλ' εἰ γε φασὶ, βασιλεῦ, τὸ θηρίον
Ο μηδὲν εἰς ὄνησιν ἀνθρώποις φέρει,
Κἂν τισιν ἴσως τὴν γλυφὴν τῶν ὀστέων 355
Πρὸς θρύψιν ἁβρότητος ἀπλήστου τρόπου,
Εἰς τρεῖς ἑκατὸν συντιθέντας ζῆν χρόνους.
Σὺ παντὸς ἐλέφαντος ὀφθείς πλέον
Βιοῦς δι' ἡμᾶς τῶν ἐτῶν σου τὸν δρόμον·
Εχθρὸς δὲ πᾶς, ἢ δοῦλος, ἢ κεκρυμμένος, 360
Πρὸ τῶν ποδῶν σου χοῦς βραχὺς γένοιτό σοι·
Θεοῦ τὸ σεπτὸν εὐγενίζοντος κράτος,
Καὶ τῆς ἀληθοῦς τοῦ θεοῦ λοχευτρίας,
Εφ' ἣν βεβαιοῖς τῆς ψυχῆς τὰς ἐλπίδας,
Αὐτοκράτωρ μέγιστε, τοῦ γένους λέων. 365

EXCVRSVS II

Ad ea Plinii verba, cap. 4:

Quamobrem deciduos (dentes) *casu aliquo, vel senecta, defodiunt* (elephanti).

Ex G. Cuvier, *Recherches sur les ossements fossiles*, ed. II, tom. I, p. 75 et seq.

Vouloir rapporter ici tous les lieux où il s'est trouvé des ossements fossiles d'éléphant serait une entreprise infinie: il suffira de montrer que tous les pays et toutes les époques en on offert.

On en trouve des traces dès le temps des anciens. *Théophraste* en parlait dans un ouvrage que nous n'avons plus; mais *Pline* nous a conservé son témoignage: *Theophrastus auctor est, et ebur fossile candido et nigro colore inveniri, et ossa e terra nasci, invenirique lapides osseos,* » liv. XXXVI, chap. 18.

Comme certains os de l'éléphant ont plus de ressemblance avec ceux de l'homme, que n'en ont les os des animaux les plus ordinaires, des anatomistes même instruits ont été souvent exposés à les prendre pour des os humains, et c'est probablement ainsi qu'ont été occasionnés toutes ces prétendues découvertes de tombeaux de géants dont parlent à tant de reprises les auteurs de l'antiquité et ceux du moyen âge. On n'en excepterait que les plus grands de tous qui sont quelquefois représentés comme huit ou dix fois supérieurs aux plus grands éléphants, et que l'on serait peut-être tenté de rapporter à des cétacés, si les mesures que l'on en donne pouvaient être regardées comme exactes.

Même après que des idées plus saines eurent dissipé ces chimères; on dut encore être porté à penser que les éléphants dont on découvrait des os, avaient été amenés par des hommes. Tant que ces découvertes se bornèrent à l'Italie et aux pays très-fréquentés par les *Macédoniens*, les *Carthaginois* et les *Romains*, on put croire en trouver d'assez bonnes explications dans la quantité prodigieuse d'éléphants que ces peuples ont possédés.

On sait en effet que les premiers Européens qui aient eu des éléphants, *Alexandre* et ses Macédoniens, après la défaite de Porus, en amenèrent dès-lors assez pour mettre Aristote en état d'en donner d'excellentes notions. Ce grand naturaliste a mieux connu que Buffon la manière dont l'éléphant s'accouple, dont il tète, et presque tous les autres détails de ses habitudes; et tout ce qu'il en rapporte a été confirmé par les observations récemment faites aux Indes.

Après la mort d'Alexandre ce fut d'abord *Antigonus* qui eut le plus d'éléphants.

Les *Séleucides* en entretinrent toujours, surtout depuis que *Séleucus Nicator* en eut reçu cinquante de *Sandrocottus* en échange d'un canton entier des bords de l'Indus. *Séleucus* devait d'autant mieux apprécier l'importance de ces animaux, qu'il avait été commandant en chef de ceux d'Alexandre.

Plutarque assure que ce prince et ses alliés en avaient quatre cents à la bataille d'Issus qu'ils gagnèrent contre Antigonus, 301 ans avant Jésus-Christ.

Son fils *Antiochus Soter* en employa douze avec grand succès contre les Galates, et nous voyons qu'*Antiochus-le-Grand* en plaça cent deux en ligne à la bataille de Raphie contre Ptolémée Philopator qui n'en avait que soixante-treize, l'an de Rome 535, et cinquante-quatre à celle de Magnésia contre les Romains qui n'en avaient que seize, l'an 562, sans toutefois que cette grande supériorité dans le nombre des éléphants lui ait été fort utile, puisqu'il fut vaincu dans les deux affaires.

Pyrrhus le premier avait amené des éléphants en Italie, l'an de Rome 472, et comme il était débarqué à *Tarente*, les Romains donnèrent à ces animaux, qui leur étaient inconnus, le nom de *bœuf de Lucanie*. Ils étaient en petit nombre, et *Pyrrhus* s'en était emparé sur *Demétrius*. *Curius Dentatus* en prit quatre de ceux de Pyrrhus, et les amena à Rome pour la cérémonie de son triomphe en 479. Ce sont les premiers qu'on y ait vus; mais ils y devinrent bientôt en quelque sorte une chose commune.

Métellus ayant vaincu les Carthaginois en Sicile, l'an 502, fit conduire leurs éléphants à Rome sur des radeaux, au nombre de cent quatre selon *Orose*, de cent vingt suivant *Sénèque*, de cent trente selon *Eutrope*, et de cent quarante-deux suivant *Pline*; lesquels, au rapport de *Varron*, cité par Pline, furent tous massacrés dans le cirque, attendu que l'on ne savait qu'en faire.

Annibal en amena aussi avec lui en Italie trente-sept, en 534, qui périrent à l'exception d'un seul, après la bataille de la *Trebbia*; *Asdrubal* son frère en amena d'autres, et lorsque ce nouveau général fut défait sur le *Métaure* en 538, les conducteurs de ces éléphants furent obligés d'en tuer plusieurs de leurs propres mains.

P. Scipion Nasica et *P. Lentulus* firent voir des éléphants dans le cirque pendant leur édilité, en 584. *Claudius Pulcher* y en fit combattre, en 655. Vingt ans après les deux frères *L.* et *M. Lucullus*, dans leur édilité, en montrèrent combattant contre des taureaux. *Pompée* en fit voir vingt, selon *Pline*; dix-huit selon *Dion-Cassius* lors de son second consulat en 700; César, quarante, lors de son troisième consulat en 708. *Pompée* en attela à son char lors de son triomphe d'Afrique. *Germanicus* en montra qui dansaient grossièrement. Ce fut sous *Néron*, aux jeux qu'il donna en l'honneur de sa mère, qu'on en vit danser sur la corde, et faire mille tours d'adresse extraordinaires. Elien dit même expressément, à l'occasion de ceux de Germanicus, que c'étaient des éléphants nés à Rome que l'on dressait ainsi; par conséquent ils s'y propageaient.

« *Quum Tiberii Caesaris nepos Germanicus gladiatorum spectaculum edidit,* » *plures iam grandes utriusque sexus elephanti Romae erant, e quibus alii plerique generati exstiterunt: quorum artus interea dum committebantur et con-* » *firmabantur, et membra infirma conglutinabantur, peritus vir ad pertra-*

« *ctandos eorum sensus animosque mirabili quodam disciplinae genere eos eru-* » *diebat.* » *Aelian. de Anim. lib. II, cap.* 11, *trad. de Conrad Gessner.*

Columelle assure encore plus positivement ce fait de la propagation des éléphants à Rome: » *India perhibetur molibus ferarum mirabilis, pares tamen* » *in hac terra* (*Italia*) *vastitate belluas progenerari quis neget, quum inter* » MOENIA NOSTRA NATOS *animadvertamus elephantes?* » *Col. de Re rust. lib. III, cap.* 8, *ed. Leips.* 1735, 4°, 471.

Si nos naturalistes eussent fait attention à ces deux passages, ils n'auraient pas ajouté foi si long-temps à l'impossibilité de faire produire l'éléphant en domesticité, et l'on aurait peut-être tenté plutôt les essais qui viennent de réussir à M. *Corse.*

Plusieurs des empereurs suivants, *Domitien*, *Antonin Pie*, *Commode*, *Septime-Sévère*, *Caracalla*, *Héliogabale*, eurent encore des éléphants; Gordien en eut trente-deux, Gallien dix. *Aurélien* en amena vingt lorsqu'il triompha de Zénobie.

Il n'est donc pas douteux qu'il n'ait vécu à des époques connues, en Italie et dans les autres pays conquis par les Romains, un nombre considérable d'éléphants.

